

NICOLAI

VIGELII DE DREISA HESSORVM IVRISCONSVLTI,

METHODVS VNIVERSI Iuris Pontificij absolutißima, in quinque libros distincta.

Ex qua patet, in quibus Ius pontificium cum Iure Ciuili consentiat, in quibus ab eo discrepet, illúdve distinguat.

Nunc demum multis locis restituta, & suo nitori reddita.



LVGDVNI,

Apud Ioannam Iacobi Iuntæ F.

M. D. LXXXI.

[redacted]





ILLVSTRISSIMO ET DOCTISSIMO

Comiti D. Alphonso Beccariæ, I. V. D. Eximio & celebratissimo.

IOANNES Baptista Regnaud S. P. D.

INTER eos qui scientiarum studium profitentur, easque suis illustrare lucubrationibus & vigiliis curant, illi mea quidem sententia, vir illustrissime, qui iuri operam dederunt, & in hoc studio se exercuerunt, tritum illud communi ore prouerbium, Spartam quam nactus es, eam exorna, vsitasse potissimè videntur. Et certè non dixerit quis plures extare aliarum scietiarum libros, aut vero diligentius, aut copiosius quampiam aliarum disciplinarum exornatam, aut illustratam: denique deficeret me dies numerantem: quot quantaque volumina edita fuerint à Iurisperitis, non solum antiquis illis, sed & modernioribus. Nec verò huic librorum multitudini, vt tute belle scis, vir illustrissime, causam dedit rei ipsius difficultas, aut

materiæ de qua in hac sciẽtia tractatur, quæ tota tribus his præceptis continetur, Honestè viuere, alterum nõ lædere, ius suum cuique tribuere., sed aut hominum malitia & prauitas, aut rerum & specierum quæ incidit sæpenumero diuersitas, quæ diuersas reddit consultorum opiniones, & hanc propterea librorum immensitatem fecit. Non parũ igitur laudandi sunt maiores nostri & huius nostræ ætatis viri qui Spartam hãc sic exornarunt, vt omnes omnium aliarũ scientiarum ornatus superet: cùm & inde fiat vt nulla ex omnibus aliis disciplinis magis elucescat, faciliorẽ scitu se præbeat, magísque placeat, vigeat & laudetur. Sed vt non sunt spernendi qui huic scientiæ suis lucubrationibus lucẽ afferre conati sunt, sic & illi maximis efferẽdi sunt laudibus, qui in scribendi genere excelluerunt, & se cæteris magis eximios reddiderunt (nõ enim nescis quantam afferat delectationẽ & voluptatem puri & eximij alicuius authoris lectio) qui eo magis sunt à iuris studiosis laudandi, quo exiguus est eorum numerus. Ita nescio quo fato barbaries inuasit Iurisprudentiam, & eo peruentum, vt impura & spurca magis placeat locutio, quàm pura & nitida. Inter quos quidem non est postremus censendus do-

ctissimus

ctissimus ille Germanus Iurisconsultus NICOLAVS VIGELIVS, vt satis docent & indicāt doctissima illius in ius Ciuile Commentaria, quæque ille particulatim obseruauit ad hanc scientiam pertinentia: quæ quidem ita augustè, ita purè, ita nitidè scripsit, vt videantur redolere magestatem & puritatem antiquorum illorum Iurisconsultorum: cuius & ob id lectio magis oblectat, quòd obscuritatem tantopere à quibusdam affectatam, & quæ tamen multùm est vituperanda, tanquam scopulum vitarit, & effugerit. Cuius quidem authoris, cum à nobis his diebus prælo cōmissus esset liber quem ille edidit de METHODO VNIVERSI IVRIS PONTIFICII, is dignus visus est, qui tibi, vir illustrissime, dicaretur, tum ob celebritatem authoris & libri ipsius vtilitatem, tum etiam quòd ὅμοιον ὁμοίῳ dare videar. nam vt omittam Beccariæ gentis, vnde es exortus, antiquitatem & celebritatem, quæ ab ineunte ætate pręstitisti, & quam ob bonam indolem à ciuibus deamatus fueris, & commendatus, & encomium quod laudum tuarum retulisti, dum Ticini & Bononiæ iuri operam dares, quod quia nō delitescit, non persequar, vt transeam quod ob eximiam doctrinam, summum in iure studium & ma

gna tua merita, celeberrimæ Affidatorum Academiæ Princeps fuiſti, & pro ea multas obiiſti legationes, tum ad Emanuelem Philibertum Allobrogũ ducem, tum ad Othonem Truchies Cardinalem ampliſſimum, quæ quidẽ te ad regimen ciuitatis Papienſis ſepè euexerunt, ſapientia & prudentia qua ſumma quotidie in moderanda eiuſmodi ciuitate vteris, tum belli, tum pacis tẽpore, te adeo reddunt admirabilem & tuis & exteris, vt vbique nomen tuum vigeat & celebretur, ab omnibus ameris & celebreris, vt feliciſſima dici poſſit Papia, quæ talem nacta eſt ciuem & conſiliarium. Teſtes eſſe poſſunt plures legationes, quæ tibi fuêre ad varios Principes à ciuibus commiſſæ, & à te feliciſſimè obitæ: teſtis acclamatio quotidiana populi, qui te ob conſilia ſanctiſſimè data non ceſſat laudibus in cœlum euehere: teſtis denique cura & diligentia, qua vſus es anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, dum peſtis per totam Italiam graſſaretur, in vindicãda Papia ab eiuſmodi lue. Non ſolùm igitur ὅμοιον ὁμοίῳ dedi, ſed ὁμοιότατον ὁμοιοτάτῳ dum virũ clariſſimum & eximium & doctiſſimum Iuriſconſultum nomini comitis Illuſtriſſimi & doctiſſimi Iuriſconſulti inſcribo. Accedit tua in me ſumma &

ma &

ma & admirabilis benignitas & clementia, cum tua opera & consilio in negotiis meis opus fuit ita, vti enim te facilem, ita benignum erga me præstitisti vt eius rei merito plurimùm tibi sum deuinctus, eóque nexus genere obligatus, vt nisi aliquo ingenti magnificóq; præmio dissolui hóc nomen non possit. Accipe igitur grati mei animi hoc exiguum monumentum, & in clientelam tuam suscipe: quod si non ex sua magnitudine, sed ex meo gratificandi animo ponderes, non illepidũ sane fuerit: in quo etiam quid præstiterimus, quámque accuratè in eo nunc demum excudendo versati fuerimus, tuum erit, vir illustrissime, iudicium: nam tibi si fuerit satisfactum, omnibus factum erit satis. Vale mi Alphonse, qui quidem vnus pulcherrimo illo Apuleij dignus es elogio, Inter doctos nobilissimus, inter nobiles doctissimus, inter vtrosque optimus: adde etiam inter omnes modestissimus. Vale etiam, atque etiam, & tui amantissimum plurimum dilige. E nostra Typographia Kalend. Quinctilis anno Domini CIↃ IↃ. LXXXI.



REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO DOMINO DANIELI, ARCHIEPIſcopo Moguntino, ſacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellario, Principi Electori, Domino ſuo clementiſſimo,

NICOLAVS Vigelius I.C.
S. D. P.



CVM Methodus hæc denuò eſſet excudenda, Reuerendiſſime Princeps Elector, Domine clementiſſime eam recognitã, & in nonnullis locis emendatã, Reuerendiſſimæ Celſitudini veſtræ dedicandam duxi:tum quòd Reuerendiſſima Celſitudo veſtra labores meos, quos in Iure excolendo ſuſtineo, inter cæteros Imperij ordines ſua liberalitate iuuit:tum vt per hanc occaſionẽ Iuriſprudentiæ meæ, quam ij qui in foro verſantur, tanquam nouam, & à fori conſuetudine alienam, Principibus viris ſuſpectam & inuiſam reddere conantur, Reuerendiſſimæ Celſitudini veſtræ, tanquam ſacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellario, rationem aliquam redderem. Neque enim me huius Iuriſprudentiæ vteunque nouæ, & à fori conſuetudine alienæ pœnitet, adeò quidem, vt eius publico hoc ſcripto rationem reddere non erubeſcam. Cum enim Ius ars boni & æqui, perinde ac cæteræ artes, doctrina partim, partim vſu paretur & exercitatione:ita ſentio, doctrinam ſimul & exercitationem Iuris forenſibus actionibus, dummodò non vitioſis, debere eſſe accommodatam: eſt enim perabſurdum, artium ac ſcientiarum ſtudia ab actionibus, quarum artes atq; ſcientiæ ſunt, diſcrepare. Iam nemini dubium eſt, actiones forenſes, quibus Iuris ſtudia ſunt accommodanda, potiſſimùm conſiſtere in argumentis cauſarum, quæ in iudicia

dedu

deducuntur, tam inueniendis, tum formandis, tum denique diiudicandis: quorum priora duo aduocatorum munera sunt, postremum ad iudicem eiúsque assessores spectat. Argumenta autem causarum appello actiones, exceptiones, replicationes, duplicationes, & sic deinceps, quibus iura causarum vtrinque disputantur. Huiusmodi disputationibus forensibus doctrinam Iuris accommodaui. Siquidem proposito aliquo iure, eius exceptiones, exceptionum replicationes, replicationum duplicationes, & sic deinceps ordine subieci. Quam rationem tam in ciuili, quàm Pontificio, necnon Controuerso Iure dirigendo sum secutus: qua non solùm facilem vtriusque Iuris cognitionem, sed & argumentorum forensium inuentionem promptam & expeditam me reddidisse confido. Hac re nihil aduersus fori consuetudinem deliqui: nec credo quemquam omnium qui in foro versantur, tam iniquum, qui hanc meam Iuris docendi rationem duxerit reprehendendam. Quod ad rationem attinet argumentorum formandorum, seu apud iudicem proponendorum, in ea (fateor) à fori consuetudine discrepo: nec enim quid in foro fiat, sed quid fieri debeat, in hac re spectaui. Siquidem cõsuetudo fori, qua vnum argumentum per decem, viginti vel triginta, interdum plures positiones proponuntur, quibus singulis singulariter ab aduersario respondetur, à Dialecticorum, Rhetorũ, & veterum Iurisconsultorum præceptis abhorret: ipséque causæ status, ad quem Iudici ante omnia in iudicando est respiciendum, ista ponendi ac respondendi ratione inuoluitur, vt difficilius iudici apparere possit. Proinde non sine causa Elector Saxoniæ hunc morem à suis iudiciis per constitutionẽ repulit. Nec praua ista consuetudo defẽdi hoc colore potest, quòd in locum interrogationum, quæ olim in iudiciis erant receptæ, successerit. Siquidem istarum interrogationũ longè alia fuit ratio: tunc enim adhibebantur, quando actor dubitabat, an & pro qua parte aduersarius hæres esset, eiúsque rei probatio dificilis erat. In positionibus autem, quibus hodie vtuntur, actor non dubitat, sed asserit verum esse, séque ad probandũ offert. Proinde præstat syllogistica forma vel copiosius argumentum proponere, & aut negando aut distinguendo ad id ab aduersario responderi: hęc enim ratio Dialecticorum, Rhetorum & veterum Iurisconsultorum præceptis consentit, & ad causæ statum iudicem rectà sine lon-

gis ambagibus perducit. Superest de argumentis propositis iudicãdi ratio, in qua mea Iurisprudentia, veteribus quidem Iurisconsultis non incognita, nostris hominibus noua videtur, éstque (vt ingenuè fatear) hoc casu à fori consuetudine seu corruptela potius prorsus aliena. Licet enim omnes fateantur, litis contestationem iudicij fundamentum esse: qui tamen litis contestatio fit, & quomodo lis contestanda, nemo intelligit, & ita in ipso iudicij fundamento aberratur ab omnibus: ex quo errore litium longæuitas & incertitudo, de quag raues hoc seculo querelæ existunt, originem trahit. Impp. Seuerus & Antoninus Augusti: Lis (inquiunt) tunc contestata videtur, cum iudex per narrationem negocij causam audire cœperit. Quorum verborum sensus hic est, Litem contestatam videri, cum per actionem, exceptionem, replicationem, & alia huiusmodi causæ argumenta, in Iure vtrinque proposita, iudex id in quo causa consistit, seu statum causæ cognoscere cœperit, nec enim audire causam aliò spectare potest, quàm vt iudex statum totius negotij cognoscat. Quo cognito, vel actio, vel exceptio, vel replicatio, vel duplicatio apparebit controuersa: & aut de iure, aut de facto eius lis erit. de qua re aliâs copiosius disserui. Quòd igitur in iudicio actio proponitur, excipitur, replicatur, duplicatur, &c. omne eò pertinet, vt iudici status negocij constare possit. Nec enim iudici, quemadmodum aduocatis, qui argumenta ad causam agendam ac defendendam quærunt, ad circunstantias causæ, sed ad causæ statum in iudicando respiciendum: nec causa illi in personis & temporibus, sed in genere vniuerso consideranda, & hypotehesis ad thesin reuocanda est. Quod & Cicero testatur his verbis: Omnes controuersias ad vniuersi generis vim & naturam referri. item dum ait: Nullam esse causam, in qua id quod in iudicium venit, ex reorum personis, ac non generum ipsorum vniuersa disputatione quæratur. Hac ratione vsi veteres Iurisconsulti, non verbosis consiliis vt nunc fit, sed breuiter de iure soliti sunt respondere, vt ex Pandectis constat. Nec obstat, quòd in suis responsis, quemadmodum Imperatores etiam in suis rescriptis, sæpe certas personas & res nominatim posuerint. Ex hoc enim non conuincitur, eos in respondendo ac rescribendo ad facti speciem, seu ad personas & tempora potius quàm ad genus vniuersum respexisse: cum nihil intersit, vtrum respon-
deatur.

deatur, Titium, qui Stichum seruum calendis Martij dare promiserat, Sticho ante calendas Martias sine dolo & culpa Titij mortuo liberatū esse: an sic, Debitorē speciei interitu ipsius rei debitæ liberari, si dolo & culpa caret, nec in mora soluendi fuit. Nec item obstat, quòd iudici interdū à legibus iniungitur, vt pro qualitate personæ & causę duriorē vel humaniorem sententiam ferat: hoc enim in iis causis obtinet, quæ magis ex arbitrio iudicis, quā ex certa legum authoritate pendēt, in quibus litis cōtestatione opus non est, nec iudex ad statum causæ alligatur. Hæc veteribus Iurisconsultis non fuerunt incognita, sed hodie noua videntur, & sunt inaudita. Nisi tamen aliquando in vsum reuocentur, frustra de litium longæuitate & incertitudine è iudiciis extirpanda in Comitiis Imperij consultatur. Reddidi breuiter me Iurisprudentiæ, quæ in iudicando magis quā in disputando consistit rationem: quam ad reuerendissimam Celsitudinem vestram tanquā sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellariū, potissimùm perscribere volui, vt principes Viri, & ij qui penes eos sunt, intelligant, me lucem non subterfugere, & gratiā potius eorum quàm indignationē meis summis laboribus, quos in iure excolēdo exhaurio, mereri. Nec dubito, si tali Iurisprudentia iuuentus in scholis institueretur & exerceretur, eam actionibus forēsibus magis idoneā euasuram, & tandem euenturum id quod in priore huius Operis præfatione, quæ nunc inter alia mea opuscula extat, promisit, vt progressu temporis tales viri ad iudicia accedant, qui vno anno plures causas vel certiore iudició expedire queant, quàm nunc decem annis expediuntur. Quòd verò ad præsentem Methodum attinet, eam reuerendissimæ Celsitudini vestræ dedico, in qua omnia quæ in iure pontificio, reperi, fideliter ad suos redegi locos, & cùm ciuili contuli: vt facilè apparere possit in quibus pontificium Ius à Iure ciuili discrepet, in quibus cum eo consentiat illúdve distinguat: de iis quæ à nostris hominibus in controuersiam deducta sunt, liberum cuique suum iudicium relinquens. Quemadmodum enim in Iuris ciuilis Methodo, ita quoque in hac meum non interposui iudicium: cùm hoc mei instituti non esset. Illud autem optandum censeo, vt tantum prudentiæ & iustitiæ ciuilis studium in animis hominum excitetur, quanta de religione hodie est contentio; tunc enim res humanæ longè melius sese essent habituræ.

AVTHO

AUTHOR AD *Lectorem.*

HABES, Lector, vniuersi Iuris Pontificij Methodum, ad eum ferè ordinem, quem in Digestis Iuris ciuilis obseruaui cõscriptam: nisi quòd ea quæ de Hæreticis habentur, in hac Methodo accusationibus publicis subieci: & ea quæ de Matrimoniis hab̃etur, inter actus ecclesiasticos retuli. Quoniam canones, matrimonium inter sacramenta referunt, & eius causas ecclesiasticæ iurisdictioni subiiciunt. Signum autem hoc M. I. C. quod passim occurrit, Methodum meam Iuris ciuilis denotat. Nam diligenter Ius Pontificium cum Iure ciuili contuli, & si quo in loco ius hoc cum illo concordat, vel ab eo discrepat, illúdve distinguit, annotaui: ideóque sæpius Methodus mea Iuris ciuilis hoc signo mihi fuit allleganda: quod vt intelligeres, eius te hoc loco admonendum duxi.

Vale.



CATALOGVS CAPITVM HVIVS METHODI.

LIBRI PRIMI DE LEGIBVS, Magistratibus, & iudiciis publicis.

LIBRI SECVNDI de iudiciis priuatis.

Descriptio

LIBRI TERTII DE re ecclesiastica.

De reb

LIBRI QVARTI DE *actibus ecclesiasticis.*

LIBRI QVINTI DE *reliquo iure pontificio.*

DE

F I N I S.



INDEX LOCVPLES ET FIDELIS PRÆCIPVARVM MATERIARVM in hac Methodo Iuris Pontificij contentarum.

† Accusatio

Arbitri.

Archiepiscopus.

Author.

Baptismus.

Beneficium.

Debitor, & debitum.

Decimæ.

Delegatus.

Delictum.

Dilatio.

Dispensatio.

Diuinatio.

Donatio.

Dos.

Ecclesia, & ecclesiastica.

Iudex

quibus

Testes

FINIS.



METHODI IVRIS PONTIFICII LIBER I.

DE LEGIBVS, MAGISRATIbus,& iudiciis publicis.

DE IVRE ET LEGIbus. Cap. I.

I. ETYMOLOGIA IVRIS.



VS Dictum est, quia iustum. c. ius generale. §. ius autem. distinct. j. Aliam etymologiam vide M. I. C. libro primo, capite j. quæst. iij.

II. DIFFERENTIA. Iuris & legis.

Differunt ius & lex, quemadmodum genus & species. Lex enim iuris species dicitur d.c. ius generale, in princ.

III. ORIGO iuris ciuilis exponitur distin. vij. c. j. cum duob. sequentib. Concordat M. I. C. d. cap. j. quæst. v. Iuris Pontificij origo exponitur distinct. xv. c. j. cum sequente.

IIII. SPECIES aliquot legum enumerantur distinct. ij. c. quædam, cum duob. sequentibus.

V. RATIO & vsus iuris legúmq; est coercitio humanæ audaciæ & nocendi facultatis. distinct. iiij. c. j. cum sequente. xxiij. q. v. c. non frustra.

VI. OFFICIVM legum exponitur distinct. iij. c. priuilegia. §. officium, cum sequente. Concordat l. vj. ff. de legib.

VII. DE LEGISLATIONE.

I. Regula: Translato sacerdotio legis quoque ferendæ potestas transfertur. c. translato. iij. de constitutionib. Concordant ea quæ habentur J. cap. iiij. in princ.

II. Regula: Quæ in legibus ferendis attendenda, definitur dist.iiij.c.factæ.§.præterea, cum c.sequente. Plura de legislatione vide M.I.C.lib.j.cap.ij.

VIII. DE LEGVM INterpretatione.

I. Regula: Eius est ius interpretandi leges, cuius est & ius ferendi. xxv.q.j.c.,vlt.§.quanquam. Concordat M. I. C.lib.j. cap.ij.quæst.v.

II. Regula: Prohibita causa, prohibitus quoque censetur effectus, c.cum quid.xxxix. de reg. iuris, in vj.c.nam concupiscentiam.iiij.de constitutionibus.

III. Regula: Prohibito effectu, omnis eius causa prohibita censetur.c.cum quid. 84.de reg.iuris, in vj.

IIII. Regula: Vbi eadem ratio, ibi idem ius constituendum est, per ea quæ habentur M. I. C.lib.j.cap.vj.quæst.vj. reg. ij. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi aliquid contra ius commune statutum vel introductum sit. hoc enim ad similes casus non est trahendum.c.quæ à iure.xxviij.de reg. iuris, in vj.l.xiiij.& l. xxxix. ff.de legib. Altera exceptio est: Nisi propter necessitatem aliquid statutum sit: nam nec hoc ad similes casus est trahendum.c.in argumentum.78.de reg. iuris, in vj. j.q.vij. c.quod pro remedio.ix.quæst.j.c.ordinationes. §.quamuis.c.cum in cunctis. vij. in princip. vers. ea propter.de electione.cap.in causis.xix. in fin.de sententia & re iudicata.l.quæ propter.cxxij.ff.de reg.iuris.

V. Regula: Cessante legis ratione, cessat lex.d. c. quod pro remedio, & d.§.quamuis.

VI. Regula: In re obscura id sequendum, quod legibus contrarium non est. c.vltim.in fine, distinct. xiiij. l. xix. ff.de legib.l.quoties.xxxxxxvij.ff.de reg.iuris.

VII. Regula: In re dubia loci consuetudo est attendenda. l. si de interpretat. xxxvij. cum l. sequente. ff. de legib. l. semper.xxxiiij.ff.de reg.iuris.l.xviij.§.optimum ergo. ff. de instrum. legato. Quòd si varia sit consuetudo, ea potius attendenda, quæ magis rationabilis est, & alij minus præiudicans.c.cum olim.vj.de consuetudine.

VIII. Regula: Leges priores, quamuis abolitæ, in posterioribus interpretandis adhiberi possunt. l.non est nouum.xxvj.cum lege sequente.ff.de legib.cap.fuerunt.§.paulatim.distinct.vij.

IX. Re-

IX. Regula: Quæ in alicuius fauorem constituta sunt, aduersus eum non sunt interpretanda. c. quod ob gratiam. lxj. de reg. iuris, in vj. Concordat M.I.C.lib.j.c.ij.q.vj.reg.vij.

X. Regula: Beneficium Principis latissimè interpretandum. c. olim xvj. & c. abbate. xxv. de verb. significat. c. cum dilecti. vj. de donationib. l. iij. ff. de constitut. princip. l. ij. C. de bonis vacantibus. Huius regulæ exceptio est in literis super obtinendo beneficio impetratis, c. quamuis. iiij. in princ. de præbendis, in vj. Cui tamen exceptioni videntur repugnare capitula s. proximè proposita.

XI. Regula: Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat. l. cum lex xxij. ff. de legib. item j. q. vij. c. quoties à populis. c. exigunt. c. donatum. §. fin.

XII. Regula: Cum quid lex permittit, nolens præcipit. Ideóque non committitur contra legem, si non fiat quod permisit. xxxj. q. j. c. hac ratione. §. fin. Cuius exemplum in secundis nuptiis proponitur d. c. hac ratione, in princ. Sed & de regula proposita vide j. c. prox. except. ix. Hæc de regulis interpretandarum legum sint dicta. Plures huiusmodi regulas vide j. lib. proxim. cap. xvij. & M.I. C. lib. j. cap. ij. quæst. vj. item lib. ij. cap. xxiiij.

IX. DE LEGVM MVTAtione, & iudicio de iis.

Non est liberum iudicare de legibus, sed oportet iudicare secundum eas: nec mutandæ aut distinguendæ sunt leges à priuatis, vel iis quibus legum ferendarum potestas non est. distinct. iiij. cap. erit autem. §. fin. cum c. sequente. item c. ne innitaris. v. de constitutionib. xvij. q. iiij. c. si quis suadente. §. committunt. l. ij. C. de crimine sacrilegij. l. minimè. xxiij. ff. de ll. l. ij. ff. de constit. principum. Exemplum habetur c. cum omnes. vj. de constitutionibus. Huius regulæ exceptio est: Nisi vrgens necessitas, vel euidens æquitas mutationem aut distinctionem exigat. c. non debet. viij. in princ. de consang. & affi. d. l. ij. & l. etsi. cxliij. ff. de reg. iuris. Sanè sine euidenti æquitate Papa Honorius totum Ius ciuile, multis vigiliis excogitatum, reiicere videtur c. super specula. xxviij. de priuilegiis.

X. DE LEGVM CONTEMptu & iniustitia.

Legum accidens est iustitia & iniustitia, quarum illa leges obseruat, hæc contemnit. Est autem iniustitia duplex.

Vna, qua contra expressa legum verba committitur: altera, qua salutis verbis legis, mens eius circumuenitur. Quæ posterior species approbatur c.vltim.de reg.iur.in vj.l.xxix. cum l.sequente.ff.de ll.l.v.C.eod.tit.

XI. DE ANTINOMIIS. SEV CONtrarijs legibus conciliandis.

I. Regula, De antinomia concilianda ex causa, tempore & loco, habetur dist.xxix.in princ.cum tribus cc. sequentib. Ex causa conciliandæ antinomię exemplum proponitur distinct. xxx.in prin.distin.xxxj.c.si laicus.§.quod autem,cum c.sequente.Ex tempore conciliandæ antinomiæ exemplum proponitur distinct. xxxj. in princ.cum c. sequente. Ex loco exemplum proponitur dist.xxxj.c.penult.§.si quis igitur.

II Regula conciliandæ contrarietatis canonum est,quòd eius concilij sententia tenenda est, cuius antiquior & maior est authoritas. distinct. 50.c.domino.§.in fine autem.xxxiij. q.ij.c.hoc ipsum.§.in fine autem.

III. Regula habetur distin.xix.c.in canonicis.

IIII. Regula habetur distinct.xx.c.j.cum c.sequente.

V. Regula habetur xj.q.iij.c.qui resistit.

XII. DE LEGVM INSTITVtione ac confirmatione.

De hac disseritur dist.iiij.c.in istis temporalib.§.leges.

DE EXCEPTIONIBVS ADuersus leges. Cap. II.

Regulariter quidem leges obseruandæ sunt,& quod cõtra eas fit pro iniusto habendum distinct.x.c.de capitulis.c.vides.c.quis autem.c.certum.c.vltim.item xxv.q.ij.cùm piæ. c.ecclesiasticæ.c. imperiali. Concordant ea quæ proposita sunt paulò superius quæst.ix. Planè propositæ regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi lex ab eo lata sit, qui eius ferendæ potestatem non habuit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur M. I. C. lib. j. cap.iij.except.j.Cuius exemplum habetur c. ecclesia. x. de constitutionibus. Sed & huius exceptionis replicatio est: Nisi is qui legis ferendæ potestatem habebat, legem ab alio latam confirmauerit. Quæ replicatio approbatur d. capit. ecclesia. x. vers. nisi ab ecclesia fuerit.

fuerit. & c.cum accessissent. viij. d. tit.de constitut. Plura de huiusmodi confirmatione dicentur alibi.

II. Exceptio: Nisi lex iniqua sit & parum rationabilis. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt s̄.cap. prox. quæst. x. Quibus concordat distinct. x.c.ego solis, In prin.l.xx.cum l. sequente. ff.de ll.51.§.fin. ff.ad l.Aquiliam. l. prospexit. xij. in princ. ff. qui & à quib. manumissi.l.penult. §.prætor quoque.ff.de iustitia & iure.l.iij.§.fin.ff.de suppell. legata. Planè exceptio proposita admittitur in casu, de quo j̄. except. proxim. item j̄. cap.prox.de consuetudine,reg.iij. except.ij.

III. Exceptio: Nisi lex iuri diuino vel naturali contraria sit.dist.viij.c.quo iure.§.fin,cum c.sequente.item distinct.ix. in prin.cum c.sequẽte,&c.vlt.l.quæ rerum natura cxxxxviij. ff.de reg.iuris. Concordat item j̄. except. xij.repl.j.& j̄.cap. prox.d.reg.iij.except.j.repl.j.dupl.j.& except.ij.distinct.j.

IIII. Exceptio: Nisi lex ecclesiasticæ constitutioni repugnet. xxv.q.j.c.sunt quidam. c. contra. item distinct. ix.c.vlt. item distinct.x.in prin.cum c.sequente.c.non licet.c.certum. c.constitutiones. c. imperium. c. suscipitis.c.quoniam.item distinct.xij.c.scit sancta.vers.si illis canonica. item xv.q.iij.c. sanè.Concordant item ea quę habentur j̄.excep.xiij.Exemplum habetur xxxv.q.v.c.ad sedem.

V. Exceptio: Nisi contra libertatem vel immunitatem ecclesiæ lex sit lata.c.aduersus.vij.§.quia verò nec sic de immunitate ecclesiar. Exemplum habetur c. statutum. ix. de hæreticis, in vj. Plura de hac exceptione vide in priuilegiis Ecclesiæ.

VI. Exceptio: Nisi lex contra authoritatem sedis apostolicæ lata sit.c.constitutionem.ij.§.fin.de verb.signific.in vj.

VII. Exceptio: Nisi exceptio contra legem introducta causæ propositæ insit. c.j.in fin.de rescriptis. Concondat M. I.C.lib.j.cap.iij.except.iiij.

VIII. Exceptio: Nisi lex seu ius sit personale vel priuilegium:hoc enim ad alios,quàm quorum priuilegium est,non extenditur, per ea quæ habentur j̄.c.prox.de priuileg.reg.ij.

IX. Exceptio: Nisi consulat, exhortetur vel permittat lex magis quàm præcipiat. hoc enim casu non delinquitur, quamuis aliter quàm lege cautum est, fiat,per ea quæ habẽtur s̄.c. prox. quæst.viij.reg.xij.quib.accedit c.vlt. §.fin.dist. iiij.& xiiij.q.j.c.vlt.Exemplũ habetur d.q.j.c.episcopus.§.fin.

X. Exceptio: Nisi Papa contra legem dispensauerit. distin. xiiij. c. j. §. fi. cum c. sequen. j. q. vij. c. requiritis. c. dispensationes. Exemplum habetur d. q. vij. c. didici. Sanè sex causæ, ex quibus contra leges dispensari potest, enumerantur. d. c. requiritis, hisce verbis: Pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, siue vtilitatis, & pro euentu rei. Prioris pro tempore exempla proponuntur d. c. requiritis. §. fin. cum c. sequente. Pro persona exemplum dispensationis proponitur d. q. vij. c. tanta nequitia. Intuitu pietatis exemplum dispensationis habetur d. q. vij. c. si qui vel. Necessitatis intuitu exemplum proponitur d. c. si qui vel. §. necessitate. & d. q. vij. c. quoties à populis. item ix. q. j. c. ordinationes. §. quamuis. Vtilitatis intuitu dispensationis exemplum habetur j. q. vij. c. tali coniugio. Pro euentu deniq; rei dispensationis exemplum habetur d. c. tali coniugio. §. fin. cum cc. sequentib. c. donatum. Hæc de exẽplis propositæ exceptionis. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi nulla (ex causis iam enumeratis) dispensationi insit: hoc enim casu dispensatio non valet. d. q. vij. c. si quis episcopus. §. fin. cum. c. sequente. item c. in causis. xix. de sententia & re iudicata. Altera replicatio est: Nisi contra ius naturale Papa dispensauerit. distin. xiij. in prin. Huius duplicatio hæc est: Nisi ob maius malum euitandum contra ius naturale dispensatio fiat. d. distin. xiij. in prin. vers. nisi fortè duo mala. item c. duo mala. c. nerui. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi duo mala non in eadem, sed in diuersis personis sint metuenda. dist. xiiij. in prin. cum c. sequente. Plura de duplicatione proposita vide j. except. xix. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi contra præcepta Euangelica, vel decreta patrum dispẽsatio facta sit. dist. xiiij. c. vlt. in fi. xxv. q. j. c. quæ ad perpetuam. c. sunt quidã. Quarta replicatio est: Nisi ius alterius dispensatione plurimum lædatur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ habentur j. except. xv. repl. 1. Hæc de decima exceptione.

XI. Exceptio: Nisi causa legem præcesserit. c. cognoscentes. ij. & c. vlt. de constitutionibus. Cuius exemplum habetur c. dilectus. v. vt lite pendente nihil innouetur. xxxij. q. iiij. c. dixit plura de hac exceptione vide M. I. C. li. j. c. iij. exce. xiiij.

XII. Exceptio: Nisi lex sit mutata, vel in desuetudinem abierit. distinct. iiij. c. in istis. §. leges. vers. sicut enim. Cuius exemplum habetur d. §. leges. vers. vnde illud. & d. distin. iiij. c. vlt. §. hæc etsi. item xxxij. q. iiij. c. quis ignoret. Huius exceptionis

ptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ius ſit naturale. hoc enim alia lege vel conſuetudine mutari non poteſt. cap. ius naturale, in fine. diſt. j. item c. j. §. naturale diſtin. v. c. vlt. §. naturale ergo. diſtin. vj. c. vlt. in prin. de conſuetud. Inſt. de iure naturali. §. ſed naturale. Inſt. de legitima adgnator. tutela. §. fin. l. viij. ff. de reg. iuris. l. ij. ff. de vſufructu ear. rer. quæ vſu conſum. l. viij. ff. de capitis diminut. Concordant ea quæ habentur s̄. except. iij. Altera replicatio eſt: Niſi ſacra ſcriptura ſit mutata. diſtin. ix. c. quis neſciat. c. noli frater. Contradicit diſtin. v. c. j. ſed cum naturale. Soluitur hæc contrarietas per diſtinctionem c. vlt. §. his itaque. diſtinct. vj. Tertia replicatio videtur: Niſi poſterior conſtitutio legis mutandæ nullam faciat mentionem. Sed hæc replicatio cap. j. verſ. quamuis de ipſa de conſtitut. in vj. Quarta replicatio eſt: Niſi cum lex vel conſuetudo alicuius loci eſſet ſpecialis, poſterior lex ſit vniuerſalis: hæc enim ſpeciali alicuius loci legi vel conſuetudini non derogat, niſi nominatim eius mentionem faciat. d. c. j. Cui tamen contradicit l. iij. §. Diuus Hadrianus. ff. de ſepulchro violato. Plura de exceptione propoſita vide M. I. C. lib. j. c. iij. except. xvij.

XIII. Exceptio: Niſi eccleſia vel eccleſiaſticæ perſonæ leges ciuiles non obſeruent. c. quæ in eccleſiarum. vij. & c. eccleſia. x. de conſtit. xj. q. c. continuæ. xxxiij. q. ij. c. inter hæc. Concordat item s̄. except. iiij. Planè propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi nulla canonica conſtitutio legibus ciuilibus repugnet: tunc enim iis eccleſiaſticæ perſonæ æquè ac laici obſtringuntur. diſtin. x. cap. lege Imperatorum. ij. §. fin. diſtin. xij. c. ſcit. ſancta. item de operis noui nunciat. c. j. §. quia verò iij. q. v. c. de accuſationibus. vj. q. j. c. nos ſequentes.

XIIII. Exceptio: Niſi quis aduerſus eccleſiaſticas perſonas legibus ciuilibus non obtemperet. Reprobatur hæc exceptio d. c. l. Imperatorum. ij. §. fi. & d. diſt. x. c. ſi in adiutorium. c. quoniam. verſ. & pontifices pro curſu. c. certum eſt.

XV. Exceptio: Niſi Papa contra leges vel canones fecerit. xxv. q. j. c. vlt. §. his ita reſpondetur. Huius replicatio eſt: Niſi facto Papæ, quod contra leges vel canones fit, alius ſine euidenti ratione plurimum lædatur. d. §. his ita reſpon. ver. vt priuilegia videlicet. item d. c. vlt. in prin. vſque ad d. §. his ita. item d. q. j. in prin. §. fi. cum c. ſequente. & d. xxv. q. 2. c. poſtea, in princ. Plura de replicatione propoſita vide j̄. cap. prox. de priuilegiis, reg. iij. except. j. Sed & plura de exce-
ptione

ptione proposita vide j̄. except. iiij.& except.x. Sanè exceptio hæc, quæ iure Pontificio datur Papæ, iure Ciuili datur Imperatori,l.Princeps.xxxj.ff.de legib.Cui contradicit c.iustum.dist.ix. De qua re vide plura M.I.C.li.j.c.iij.exce.xviij.

X V I. Exceptio : Nisi Spiritusancto ductus contra leges faciat.ix.q.2.c.duæ sunt.

X V I I. Exceptio: Nisi certi alicuius loci lex sit vel consuetudo,non vniuersalis:hæc enim alios, quàm quorum lex est,non ligat. dist in xij.c.illa autem. c. illud breuiter, in fine. Huius replicatio hæc est: Nisi metropolis specialem aliquam legem vel consuetudinē obseruet:hanc enim alias ciuitates subiectas sequi par est. d.distin.xij.c.de iis. item dist. xj.c.nolite.c.palam. & c.vlt. item distinct. xij.c.non decet.ij. & c.præceptis. item l.j.§.sed etsi quæ leges.C.de vetere iure enucleando. Inst.de satisdationib.§.fin. Huius replicationis duplicatio est: Nisi consuetudo particularis sit minus rationabilis.d.dist.xij.c.nouit.l.licet is.xij.ff.de officio præsidis.

X V I I I. Exceptio : Nisi lex vel consuetudo sit incerta: hæc enim neminem ligat. d.distin.xij.c.illa autem. vers. alia verò quæ. & §. fin. Ad hanc exceptionem pertinent opiniones Doctorum controuersæ,quarum authoritas probabilis tantùm,non necessaria est: ideóque indifferenter habendæ. Huius exceptionis replicatio est: Nisi id quod incertum est, fidei catholicæ vel bonis moribus repugnet. d.c. illa autem.vers.quod enim neque.

X I X. Exceptio : Nisi ob grauius delictum euitandum quis legi non paruerit. Hæc exceptio approbatur simul & exemplis declaratur. dist. xiij. in prin. cum duob.cc.sequen. Aliud exemplum habetur l. si ita vulneratus. 51. §. quod si quis absurdè. ff. ad l.Aquiliam.& l.si seruus.lxiij.§.quod verò. vers. nam licet. alioquin. ff. de furtis. Huius replicatio est : Nisi quis legis non paruerit ob grauius delictum non à se,sed ab alio euitandum.dist.xiiij.in prin.cum c.sequente.

X X. Exceptio : Nisi propter ignorantiam legi non paruerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. vt animarum.ij. in prin. de constitut. in vj. De qua exceptione plura dicentur j̄.lib.v. de exceptione ignorantiæ generali.

X X I. Exceptio : Nisi extra territorium legislatoris legi non paruerit. d.c.vt animarum.§.statuto. Hæc de exceptionibus aduersus leges:quarum tamen plures vide j̄.c.prox.de iure non scripto, reg.iij.item M. I. C. lib.j.c.iij.

DE

DE IVRIS LEGVMQVE *diuisionibus ac speciebus.*

Cap. III.

HActenus de Iure & legibus in genere dictum est: nunc de iisdem in specie est dicendum.

Prima diuisione ius aliud publicum, aliud priuatum dicitur, distin. j. c. penult. l. j. §. huius studij. ff. de iustitia & iure. Inst. eod. tit. §. fin. Eadem legum diuisio, sed alia sententia, habetur xix. q. ij. c. duæ sunt.

Altera diuisione ius diuiditur in naturale, gentium & ciuile, distin. j. in princ. & c. ius autem. l. j. §. priuatum. §. de iustitia & iure. Instit. eod. tit. §. fin. Similis diuisio est distinct. xj. cap. catholica.

Tertia diuisione ius diuiditur in ius personarum, rerum & actionum, l. j. ff. de statu hominum. Instit. de iure naturali, gentium & ciuili. §. fin. Ad ius personarum pertinet ius maris & fœminæ. Mas autem dicitur ad imaginem Dei creatus, fœmina non item. Ideóque hæc velare caput iubetur. xxxiij. q. v. c. hæc imago. c. mulier.

Quarta diuisione ius diuiditur in diuinum & humanum, distin. j. c. omnes leges. distin. viij. c. j.

Quinta diuisione ius diuiditur in scriptum & non scriptum, seu leges & mores, distin. j. c. ius generale. De hac diuisione dicetur etiam j̃. eod. c. vbi de iure ciuili specialiter agetur, reg. v. Hactenus diuisiones iuris enumerauimus. Nunc species secundæ diuisionis latius persequemur.

DE IVRE NATVRALI.

I. DEFINITIO iuris naturalis habetur distinct. j. c. j. §. ius naturale. Declaratur hæc definitio distin. vj. c. non est peccatum. §. his itaque respondetur. Alia iuris naturalis definitio habetur d. dist. j. c. ius naturale. l. j. §. ius naturale. ff. de iustitia & iure. Inst. de iure naturali, in prin.

II. SPECIES iuris naturalis est rerum communio. dist. viij. in prin. cum c. j. sequente.

III. DIFFERENTIA iuris naturalis & ciuilis habetur ibidem. Sed & alia differentia est, quòd naturale ius vetustius sit. distinct. v. in prin. §. naturale. Concordat j̃. de iure ciuili reg. iij. item, quòd naturale sit dignius. d. §. natu-

rale.& d.c.j.§.fin. item,quòd naturale sit immutabile, ciuile ius mutabile.de quo dictum s̃.cap.prox. except.xij.

DE IVRE GENTIVM.

Hoc ius describitur distinct. j.cap. ius gentium.item l.j.§. fin. cum quatuor legibus sequentibus. & l.ix. in fine. ff. de iustitia & iure.Instit. de iure naturali. §.ius autem gentium. Huius species est ius militare,de quo dist.j.cap.ius militare.

DE IVRE CIVILI.

I. DEFINITIO iuris ciuilis habetur dist.j.c.ius ciuile.l.ix.ff.de iust.&iure.Inst.de iure naturali.§.ius autẽ ciuile.

II. SPECIES iuris ciuilis est rerum proprietas,seu distinctio dominiorum.distinct.viij.in prin. cum c.sequente.

III. DIFFERENTIA iuris ciuilis & naturalis est, quòd ciuile ius sit posterius. c.vlt. §. naturale ergo.distinct. vj.Inst.de rerum diuis.§. singulorum,in fine. Alias differentias vide s̃.de iure naturali reg.iij.

IIII. PROPRIVM. Ius ciuile ex vnaquaq; ciuitate appellatur.Inst.de iure naturali.§.sed ius quidem. Vnde ius Quiritum appellatur,de quo d.§.sed ius quidem.item distin. j.cap.vlt.

V. DIVISIO iuris ciuilis in scriptum & non scriptum, distin.j.c.ius generale,in fine. distinct.ij. c. ecclesiasticarum. l.vj.§. fin.ff.de iustitia & iure.Inst.de inre naturali.§.constat.

DE IVRE NON SCRIPTO, SEV longa consuetudine

I. Definitio iuris non scripti habetur distinct.j.c.mos est. c.consuetudo,in prin.§.vocatur autem.Inst.de iure naturali. §.sine scripto.

II. Diuisio consuetudinis in scriptum & non scriptum,d. c.consuetudo.§.nec differt.& §.cum itaque.

III. Cõsuetudo vim legis obtinet.d.c.cõsuetudo,in prin. item c.cum consuetudinis.ix.de consuetud.item.distin.xj.c. ecclesiasticarum.c.in his rebus. item distin. xij.c.scit sancta. c.illud.c. diuturni. c.consuetudo.c.nos consuetudinem.cap. quemadmodum.item l.xxxij.§.inueterata.l.xxxv. cum lege sequente.ff.de legib.l.j. & l.iij. C. quæ sit longa consuetudo. Institut. de iure naturali. §.ex non scripto. vers. diuturni mores.plan.è propositæ regulæ exceptio prima hæc est.Nisi lex consuetudini contraria existat: hoc enim casu con-

ſuetudo cedit legi.d.cap.diuturni. verſi.niſi legi ſint aduer. item diſtinct.xj.in princ.cum cap.ſequente.cap. conſequer. cap.conſuetudinis, in princ.item diſt.xij.cap.ſcit ſancta.vel ſi illis canonica.l.xxxij. in princ. & l.xxxiij.ff. de legib.l. j.C. quæ ſit longa conſuetudo.Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi lex conſuetudinem præceſſerit: tunc enim conſuetudo poſtea ſecuta præcedentem legem tollit, per ea quæ propoſita ſunt s.cap.proxi.except.xij.in princ. Concordant ea quæ habentur M.I.C.lib.j.ca.iiij.de iure non ſcripto, reg.ij.except.j.repl.j. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt:Niſi conſuetudo iuri naturali ſit contraria:nam hoc ius licet prius,tamen poſteriori conſuetudine non mutatur, per ea quæ d. except.xij.replic.j.ſunt propoſita, item per ea quæ proponentur j.except.proxi.Altera duplicatio eſt:Niſi conſuetudo rationi non ſit conſentanea, vel legitimè non præſcripta,cap.vlti.in fin. de conſuetudine.cap. cum cauſa.8. de ſententia & re iudicata. Plures duplicationes licet colligere ex ſequentib.exceptionibus. Quæ enim exceptio conſuetudini obiici poteſt:ea multò magis aduerſus replicationem propoſitam duplicationis vim habet.Hæc de prima replicatione. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi lex vniuerſalis ſit,cõſuetudo verò particularis alicuius certi loci:tunc enim, niſi lex nominatim conſuetudinem tollat, conſuetudo eo loco legi præualet. ca.j. de conſtitutionibus, in 6.Contradicit l.iij.§.diuus.ff. de ſepulchro violato. Sed & contradicere videtur ij.q.vij.ca.puto.§.fin.Hęc de prima exceptione.Altera propoſitæ regulæ exceptio videtur:Niſi errore ,non ratione conſuetudo ſit introducta. Hæc exceptio reprobatur s. cap. prox. except.ij.item M. I. C.lib.j. cap.iiij. de iure nõ ſcripto,reg.ij.excep.iij. Planè ſi talis ſit conſuetudo erronea,quæ manifeſtę veritati & naturali iuri repugnet, ea ſeruanda eſt, per ea quæ propoſita ſunt s.cap.prox.excep. xij.repl.j. Quib.concordat diſtinct.viij.ca. veritati.ca.ſi conſuetudinem.c. qui contempta.c. fruſtrà.ca.conſuetudo.c.vlt. Concordat item s.cap. prox. except.iij. Deinde admittitur exceptio propoſita,ſi lex ſcripta extet,quamuis anterior:hęc enim erroneæ conſuetudini eſt præponenda, per ea quæ dicta ſunt s.expt.prox.repl.j.dupl.ij. Tertiæ diſtinctionis loco notandum , quòd conſuetudo erronea, quamuis ius faciat, vt eſt oſtenſum: tamen à magiſtratu loci per aliam legem ſit abroganda.diſtinct.viij.cap.mala.diſtinct.xij.c.illa autem.§. fin.cap.

fit cap. omnia. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositi regulæ exceptio est: Nisi consuetudo sit contra fidem catholicam. distinct.xj.cap. consuetudinem distinct.xij.cap. no consuetudinem, in princ. cap. illa autem versi. quod enim neque. Quarta exceptio est: Nisi consuetudo sit contra disciplinam ecclesiasticam. Quæ exceptio approbatur exemplo cap. cum inter.5. de consuetudine. Quinta exceptio est: Nisi consuetudo sit contra bonos mores. Quæ exceptio elicitur ex d. vers. quod enim neque. cuius exempla proponuntur cap. ad audientiam.iij.&c. ex parte.10. de consuetudine. Sexta exceptio est: Nisi consuetudo ecclesiis sit damnosa. cap. de consuetudine. Cuius exemplum proponitur c. cum terr. xiiij. de electione. & cap. cum causa.8. de sententia & re iudicata. Hactenus exceptiones aduersus cõsuetudinem enumerauimus, quarum tamen plures vide M.I.C. lib.j.cap. iiij. de iure non scripto, reg.ij. Sed & exceptiones ex specie consuetudinis, seu ex re, cuius est consuetudo, desumptas, vide passim sub suis generibus. vt de pluralitate beneficiorum cap.j. de consuetudine, in vj. j̃. lib.iij.cap.vij. reg.viij. except.vij. & sic de aliis.

DE IVRE SCRIPTO, eiúsque speciebus.

Species iuris scripti enumerantur distinctio.ij.cap.j. Cui concordant ea quæ habentur M.I.C. libr.j.cap.iiij. quas species ordine prosequemur.

De lege.

Legis definitio habetur distinct.ij.cap. lex est. Instit. de iure naturali.§.scriptũ. vers. lex est. Alia definitio habetur. dist. j.c. lex est. Plures legis definitiones vide M.I.C.lib.j.c.j.q.iiij. Species aliquot legum enumerantur distinct.ij.ca. quædam, cum duob. sequentibus.

De plebiscito.

Huius definitio habetur distinct.ij.ca. plebiscita. Instit. de iure naturali.§.plebiscitum. Plura de hac specie vide M.I.C. lib.j.cap.iiij.

De Senatusconsulto.

Huius definitio habetur distin.ij.cap. senatusconsultum. de quo vide plura M.I.C. de cap.iiij.

De constitutionibus Principum.

I. Definitio constitutionis habetur distinct.ij.cap. constitutio.

tūtio.Institu de iure naturali.§.sed & quod.l.j. in princ.ff.de constitut.principum.

I I. Genus. Constitutiones vim legis habent. Quæ regula ex iam propositis constat. quib.cōcordat distinct.viij.c.quæ contra versic. generale quippe. Huius regulæ exceptiones vide s̄.cap.prox.item j̄.cap.prox.

I I I. Diuisio constitutionum in ciuiles & ecclesiasticas habetur distinct.iij.in princ. Sed & diuiduntur constitutiones in generales & personales, Institu.de iure naturali.§.sed & quod,in fin.l.j.§.fin.ff.de constitut.princip. Plura de constitutionibus principum vide M.I.C.lib.j.cap.iiij.

DE CONSTITVTIONIBVS PERsonalibus & priuilegiis.

I. Definitio personalium cōstitutionum ac priuilegiorum habetur distinct.iij.cap.regula.§.fin.cum cap.sequente.item xxv.quæst.j.cap.vltim.§. cum ergo aliqua. versic. priuilegia nanque.

I I. Proprium. Priuilegia in exemplum trahi non debent. d.ca.vlt.§.item Hieronymus.xxvj.q.ij.ca.non exemplo.item c.priuilegium.vij & ca.quod alicui.lxxiiij.de reg.iuris,in vj. ca.sanè.ix.de priuilegiis.l.j.§.fin.de constitu.princip.l.in omnibus.lxviij.ff.de reg.iur.l.ij.C. de legibus. Exemplum proponitur cap.constitutus.xj.§. fin. de concessione præbendæ. Plura exempla vide j̄.c.j.q.viij.reg.xj. Sed & exceptiones huius regulæ vide j̄.reg.proxi.except.xj.

I I I. Regula:Priuilegium alicui concessum,ei auferendum non est,nec contrà faciendum.c.decet.xvj.& ca.indulti.xvij. de reg.iur.in vj. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi priuilegium vni concessum aliis plurimum obsit.Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.ca.prox. excep. xv.repl.j. Quibus concordat xxv. quæst.ij.ca. de ecclesiasticis.& ca.vlt.§.priuilegia. Altera exceptio est: Nisi causa priuilegij cesset.d.cap.vlt.§. sed obiicitur,in fi.l.generaliter.40. §.eos tamē clericos.C.de episc.& cleric. Tertia exceptio est: Nisi quis priuilegio suo abutatur.ca.licet.xviij.§. tali ergo, in fine.de regularibus. c.tuarum.xj.§. verùm quia.&cap.vt priuilegia.xxiiij.in princ.versi.quia priuilegium. de priuilegiis.c.cum illorum.xxxij.§.fi.& c.cōtingit.xlv.§.verùm quia de sent.excōm.item xj.q.iij.priuilegiū xxv.q.xj.c.posteaquā. §.fi.c.sic decet.Exemplum habetur d.quæst.ij.cap.denunciamus,

mus. Similia exmpla vide j.de electionibus. Quarta exceptio est: Nisi priuilegiatus alterius priuilegio deroget approbatur exemplo cap.dilecti.iiij.de priuilegiis. Quinta exceptio est: Nisi quis priuilegio suo renunciauerit. cap.si de terra.vj.§.vlt.d titu. Sexta exceptio est: Nisi quis priuilegio suo intra triginta annos vsus non sit.d. cap. si de terra.vj.in prin.& cap.accedentibus.xv.eod.titu. Septima exceptio est: Nisi quis vnico actu contra suum priuilegium fecerit. approbatur exemplo cap. cum accessissent. viij.§.fin.de constitutio.Plura de hac exceptione vide in gl.d.§.fi.in verbo Contrauenerint. Octaua exceptio est: Nisi aliud priuilegium postea sit indultum priori contrarium, vel prius à principe rursus sit ablatum.xxv.q.ij.ca.posteaquam.§.his ita respondetur.item cap.penult.§.fi.cum ca.sequente. Huius replicatio est: Nisi nulla rationabilis causa mutandi vel auferendi priuilegij subsit.d.q.ij.in prin. cum sequentibus, vsque ad ca. igitur secundum.item ca.priuilegia.cap. posteaquam. Concordant item ea quæ proposita sunt s̄.ead.reg.except.j. Nona exceptio videtur: Nisi instrumentum priuilegij sit amissum Sed reprobatur c.cum olim.xij.de priuilegiis. Decima exceptio est: Nisi idem duas personas sustineat, quarum vna sit priuilegiata, altera non priuilegiata: tunc enim priuilegio non vtitur, exemplo c.cum capella.xvj. de priuilegiis.ca.j.§. in eis.eod.titu.in vj. Vndecima exceptio est: Nisi certæ alicui personæ vel rei priuilegium indultum, ad aliā personam vel rem extendatur. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.regu.proxim. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi per id, quòd priuilegium aliis denegetur, etiam ij quorum priuilegium est, contra suum priuilegium lædantur. Quæ replicatio approbatur exemplo cap.quanto amplius.xxvj.de priuilegiis. Altera replicatio est: Nisi priuilegium indefinitè seu generaliter concessum sit: tunc enim ad omnes res, quò sub isto genere vel vniuerso continentur, pertinet.c.exemplo quia circa.xxij de priuilegiis. Cuius duplicatio est: Nisi aliud in specie vel parte aliqua nominatim sit constitutum.c.ex ore.17.eod.titu. Hactenus de constitutionibus personalibus ac priuilegiis sit dictum. De quibus tamen vide plura M.I.C.lib.j.cap.iiij.

DE CANONIBVS ET Decretis Pontificum.

I. Definitio canonis habetur distin.iij.ca.j.cum duob.seq.

II. Diuisio

II. Diuiſio canonum habetur d.diſtinct.iij. cap.regula.§. porrò canonum.

III. Origo canonum & numerus conciliorum exponitur diſtinct.xv.in princ.cum ca.ſequente.diſtin.xvj.c.ſexta ſynodus.cum capitibus ſequentib.vſque ad diſtinct.xvij.

IIII. Genus. Canones & Decreta Pontificum vim legis obtinent.c.de conſtitutio.diſtin.xj.c.hoc veſtræ. diſtinct.xij. c.ridiculum.item j.q.vij.cap.ſi quis, in princ.xxv.q.j.c.nulli. c.violatores.c.omne quod.c.prima ſalus.c.generali.c.omnia. c.hac conſona.c.à ſanctis.item xxv.q.ij.c.amputato.c.ſi quis dogmata.item l.vj.& l.xij.§.j.C.de ſacroſanct.eccleſ. Nouel. vj.§.ſed etiam ſic. Nouell.lxxxiij.§.ſi verò eccleſiaſticum. verſi.ſecundum ſacras.Nouell.cxxiij. in prin.verſi.nam ſi leges.& Nouell.cxxxj. in prin.Plura de regula propoſita dicetur j.cap.proxi. item j.lib.iiij. cap.j.reg.j. cum ſequent.item cap.de conciliis.

DE RESPONSIS PRVDENTVM
& opinionibus Doctorum.

I. Definitio horum proponitur diſtinct.ij. cap.reſponſa. Inſtit.de iure naturali.§.reſponſa.

II. Genus. Reſponſa prudentum olim vim legis habebant, quemadmodum patet ex d.§.reſponſa. Hodie verò non item; ſed probabilem tantum obtinent authoritatem, non neceſſariam.diſtinct.ix.c.noli meis.c.negare.c.ego ſolis.cap. noli frater.c.neque quorumlibet.item diſtin.xx.in prin.cum cap.ſequente. Plura de reſponſis prudentum vide M.I.C.lib. j.cap.iiij.

DE RATIONIBVS
ſeu regulis iuris.

Hæ quoque vim legis habere dicuntur à Gratiano, diſtin. j.cap.conſuetudo.§.porrò. vbi dicit: Si ratione lex conſiſtat, lex erit omne iam quod & ratione conſtiterit duntaxat. Huius propoſitionis antecedens falſum eſt: quia non ratione conſiſtit lex, ſed authoritate legiſlatoris & conſenſu populi, vt alibi oſtenſum eſt: & lex etiam parum rationabilis vim ſuam obtinet, vt ſ.dictum. Ergo & conſequens erit falſum: de quo aliàs copioſius.

De iudicato.

Res iudicata vim legis non habet.l.xiij.C.de ſententiis & interloc.

interlocut. Nisi Imperator sententiam tulerit.l.ij.C.de legib. vel Pontifex Maximus. cap. in causis xix. de sententia & re iudicata.versi. cum in similib. casibus. Plura de regula proposita vide in M.I.C.lib.j.cap.iiij.

DE RESCRIPTIS PRINCIpum, & Decretalibus Epistolis.
Cap. IIII.

Rescripta quoque Principum vim legis obtinent, & actionem exceptionémve suppeditant tam in causa, in qua rescripta sunt, quàm in aliis similibus, per ea quæ habentur M.I C.lib.j.ca.v.in princ.Idem de epistolis decretalibus cauetur distinct.xix in prin.cum cc sequentib. vsque ad c.secundum.item distinct.xx.in prin.item c si decreta. Concordant. denique ea quæ habentur s. c. prox. de canonibus, reg.iiij.Planè propositæ regulæ exceptiones plures sunt.

I. Exceptio videtur: Nisi decretales epistolæ in Corpore iuris Pontificij non contineantur. Quæ tamen exceptio reprobatur distinct.xix.in prin.cum c.sequente Planè si dubitetur, an sit decretalis epistola, eáque sit præter ius: exceptioni propositæ locus est.c.pastoralis. viij.de fide instrum.

II. Exceptio: Nisi quid prædecessorum decretis contrarium sit decretum.distinct. xix.c. ita dominus.§.fin. cum tribus cc.sequentib.xxv.q.j.c.iustitiæ.c.satagendum. xxv.q. ij.c.si.ea.c. institutionis. c. quòd verò. c. decessorum. c. posteaquam, in princ. Concordant ea quæ habentur s. cap. ij. except. iiij. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex causa contra decreta prædecessorum Papa dispensauerit, vel priuilegium alicui concesserit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur s. cap.ij. except. x. Altera replicatio est: Nisi alius decretali epistola non lædatur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt d.cap.ij.except.xv.

III. Exceptio: Nisi ab indisciplinato Pontifice quid sit decretum vel scriptum. Quæ exceptio approbatur exemplo distinct.xix c.vlt.

IIII. Exceptio: Nisi excommunicatus rescriptum impetrauerit. Quæ exceptio approbatur c.j.de rescriptis, in vj. Huius replicatio prima hæc est: Nisi de excommunicationis causa rescriptum impetrauerit. Quæ replicatio approbatur d. c. j. vers.super alio quàm excommunicationis articulo.

culo. Altera replicatio est:Nisi de appellatione persequenda rescriptum impetrauerit. d. c.j.vers.appellationis.& c.vltim. de exceptionib.

V. Exceptio : Nisi preces veritate non nitantur,vel quædam non dissimulanda in iis fuerint omissa.xxv.q.ij.c.dicenti,in princip. & §. rescripta.vers.mendax enim. & §. præscriptione.itē De rescriptis c.ex parte. ij. item De fide instrum. c.quo super.vij.item l. si quis obrepserit.xxix.ff.ad l.Cornel. de falsis.l.ij. C. si contra ius. Exemplum dissimulationis habetur c.ex parte.xij.vers.in quibus nulla c.constitutus.xix.c. dilectus.xxvj.c.postulasti.xxvij de rescriptis. item cap. cum olim xij.de sententia & re iudicata. c.oblatæ.lvij.de appellationib.c.bonę memorię.iij.de cōfirmatione vtili c.super eo. v.de cohabitat.clericor.Exemplum expressę falsitatis habetur c.ex insinuatione. xxxvij. de rescriptis. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est : Nisi id quod in iure, non in facto consistit,in precibus sit omissum. Quæ replicatio approbatur exemplo d.c.oblatæ lvij.§.licet igitur.vers.si verò non sit. Altera replicatio est:Nisi id fuerit omissum , ꝙ intentioni supplicantis iure non potuit esse impedimento. Hęc replicatio approbatur exemplo c.vlt.de exceptionibus. c.super literis. xx. §. inter alios.de rescriptis. Cuius replicationis duplicatio est : Nisi quis dolo malo falsum expresserit,vel verum omiserit. Quæ duplicatio approbatur d. c. super literis.xx.§.nos igitur.item d.c.dicenti. §.etsi legibus.& l.v.C.si contra ius. Tertia replicatio est:Nisi cognitio tātum per rescriptum sit mandata.d. c. vlt.de exceptionibus. & l. j. C. si contra ius. Quarta replicatio videtur : Nisi executio tantùm per rescriptum fuerit mandata. Quæ tamen replicatio reprobatur d.c.dicenti. §.etsi non cognitio.& l.iiij.C.si contra ius. Quinta replicatio est : Nisi non dolo malo , sed per simplicitatem vel ignorantiam falsum expresserit , aut verum omiserit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur capit.super literis. xx. de rescriptis. Huius replicationis duplicatio est: Nisi id in precipus positum vel omissum fuerit,ꝙ si in veritate rescribens sciuisset, nō rescripsisset. Quæ duplicatio approbatur d. cap.super literis. vers. si verò per huiusmodi falsitatis. Ex his patet , propositam replicationem tantùm locum habere in casu superioris secundæ replicationis : ideóque cum ea concurrere. Sexta replicatio videtur : Nisi iudex nolit preces falsas argui. Quæ ta-

men reprobatur xxv. q.ij. cap. dicenti.§. puniri iubemus. & §.rescripta,in fine.l.iij.C.si contra ius.

VI. Exceptio : Nisi conditio hæc, Si preces veritate nitantur:rescripto non sit inserta.d. §.rescripta, & d.c.dicenti. §.vniuersa. l. vlt.in princ. C. de diuersis rescriptis. Contradicit cap.ex parte. ij. §.verùm quoniam. vers.& in huiusmodi. De rescriptis.

VII. Exceptio;Nisi dies aut consul rescripto non sit adiectus. d. cap. dicenti. § .si qua beneficia.l.iiij.C.de diuersis rescriptis.

VIII. Exceptio : Nisi exemplum rescripti, non ipsum rescriptum authenticum fuerit insinuatum. d. cap. dicenti. §.sancimus.l.iij.C.d.tit.

IX. Exceptio : Nisi rescriptum manu. Principis non fuerit subscriptum. d.§.sancimus.vers. nostra etiam manu subscripta.& d.l.iij.

X. Exceptio : Nisi sine scripto mandatum Principis adferatur,de quo dubitetur. c. cum in iure. xxxj.de officio delegati. l. vnica.C.de mandatis Principum. De hac exceptione vide M.I.C.lib.j.cap.v.quæst.j.except.x.

XI. Exceptio : Nisi rescriptum contra ius sit, vel vtilitatem publicam.xvj.q.iij.c iubemus.§.rescripta. item xxv.q.j. c. vlt. §. illud verò.§.item constitutio.item xxv.q.ij.c.rescripta.c.nec damnosa.c.dicenti,in prin.& §.omnes cuiuscunq;. item De fide instrum. c.pastoralis.viij.item l. iij.& l.vij.C.de precib.Imp.offerendis.l.vlt. C. si contra ius vel vtilit. publ.l. vnica.C.de senatusconsultis. Nouell. lxxxij.§ omnis demq;. Huius exemplũ proponitur c.cum teneamur.vj.de præbendis.Planè propositę exceptionis replicatio est:Nisi rescriptũ contra ius nemini obsit, & prosit impetranti. d. §. illud verò.vers. nisi fortè aliquid. Cuius exemplum proponitur d. c. cum teneamur. vers. nisi fortè in literis.item cap. in nostra xxxij.in fine.de rescriptis.

XII. Exceptio:Nisi ius alterius per rescriptum sine causa lædatur. approbatur exemplo c.si propter.x.de rescriptis, in vj. Cuius replicatio est:Nisi exceptiones alicuius non admittendas esse Papa rescripserit.Quæ replicatio videtur approbari c.ex parte.xiij.vers.nisi exprimatur.de officio delegati.Contradicit l.ij.C.de precibus Imp.offerendis.

XIII. Exceptio : Nisi idem diuersa rescripta eadem de re impetrauerit. Quæ exceptio approbatur exemplo cap.

ex tenore.xvj.& c.in nostro xxxij.de rescriptis.

XIIII. Exceptio: Nisi aliud rescriptum contrarium ab aduersario sit impetratū: hoc enim casu posterius derogat priori.c.bonæ memoriæ.iij.de cōfirmat.vtili.c.cæterùm.iij.§.si verò in secundis.& cap.cum contingat. xxiij.§.sed si postea.de rescriptis.c.pastoralis.xxviij.§.præterea.de officio delegati. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in rescripto posteriore non fiat mentio prioris.d.c.bonę memoriæ. vers.dummodo nihil diceretur de literis confirmationis expressè.item c.ex parte.ij.§.fin.vers.& in literis.item c.cæterùm.iij.& c.cum dilecta.xxij.in prin.item c.cum contingat.xxiiij.§.si verò ex literarū.et.c.capitulum.xxx.de rescriptis.item c. ex parte.xij. c.ex literis xxix.de officio delegati. c. ex literis.ij.de dolo & contumacia.c. oblatæ. lvij.§.& alia pars alias.item §. fin.de appellationib.item c. cum olim xij.de sententia & re iudicata.Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi prior impetrans dolo vel negligentia suo rescripto intra annum non sit vsus. c. si autem ix.c.ex parte xij.& c.plerunque.xxiij.de rescriptis. Altera duplicatio est:Nisi prius rescriptum tacita veritate vel expressa falsitate sit impetratū d. c.ex parte.xij.vers.in quibus nulla mentio.& c.cæterùm.iij.§.fin.eo.tit.Tertia duplicatio est: Nisi prius rescriptum sit generale, posterius speciale: tunc enim posterius in specie expressa derogat generali,quamuis eius mentio facta non sit c.j.& c.pastoralis.xiiij. §.quoniam autem. de rescriptis. Quarta duplicatio est: Nisi prius rescriptum falsum vel vitiosum dicatur, vt meritò de vi vel fide eius dubitari possit:tunc enim consulendus est Papa qui rescripsit,suspensa iurisdictione delegati.c.sanè. ij.de officio delegati. vel per arbitros lis dirimenda. d. c. pastoralis xiiij. in princ. Hæc de prima replicatione sint dicta. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi posterius rescriptum falsum vel vitiosum dicatur,vt meritò de vi,vel fide eius dubitari possit: tunc enim cognitio vtriusque suspenditur. d.c. pastoralis. xiiij.in princ. Hæc de xiiij. exceptione sint dicta, de qua tamē plura dicētur j. lib.iij.c.vij.de prębend.adquir.

XV. Exceptio: Nisi cum aduersus Cisternensem ordinem rescriptum esset impetratum, in eo non fiat ordinis mentio.cap.cum ordinem.vj.de rescriptis.

XVI. Exceptio:Nisi rescripto alicui potestas sit data iudicis in causis suis eligēdi quē velit.c.ad hæc.x.de rescriptis.

XVII. Exceptio: Nisi rescriptum malè fuerit conceptum, vel non congruum Latinæ linguæ. c. ad audientiam. xj. de rescriptis.

XVIII. Exceptio: Nisi alterius nomine sine speciali mandato, vel reuocato mandato rescriptum sit impetratum. Quæ exceptio approbatur simul. & distinguitur. cap. nõnulli. xxviij. §. nõ valent. & c. ex parte. xxxiij. de rescriptis.

XIX. Exceptio: Nisi erratum sit in rescripto approbatur exemplo c. significante. xxxiiij. de rescriptis.

XX. Exceptio: Nisi impetrans fraudulenter rescripto abutatur. approbatur simul, & exemplis declaratur. c vlt. de rescriptis.

XXI. Exceptio: Nisi falsum sit rescriptum. c. super eod. ij. de crimine falsi.

XXII. Exceptio: Nisi ad diuersos delegatos aduersus eundem, quamuis ex diuersis causis, rescriptum quis impetrauerit. c. dispendia. iij. de rescriptis, in vj. & c. vlt. eod. tit. in antiquis. Hactenus exceptiones aduersus rescripta enumerauimus, quarum tamen plures vide ĵ. cap. prox. de iurisdictione, quæst. j. item ĵ. De præbendis, De confirmatione, & in aliis locis. item s̃. cap. ij. item M.I.C. lib. j. cap. v. Nunc reliquos rescriptorum locos persequemur.

II. QVIBVS EX RESCRIPTO actio vel exceptio competat?

Rescriptum (in communi causa) ab vno impetratum, cæteris quoque prodest. l. j. C. de rescriptis.

III. ADVERSVS QVOS EX rescripto actio vel exceptio detur?

I. Regula: Per clausulam rescripti hanc, Quidam alij, non plures quàm quatuor in primo citatorio exprimendi conueniri possunt. c. cum in multis. ij. de rescriptis, in vj.

II. Regula: Successoribus eius aduersus quem rescriptum impetratum est illud non nocet. c. significauit. xxxvj. de rescriptis. Nisi scientes successerint in vitiũm. c. quia. xj. de iudiciis. & ibi Panormitanus.

III. Regula: Si vacante sede. capitulo sit mandatum, episcopus postea electus exequi tenetur. cap. eam te. vij. de rescriptis.

IIII. AD-

IIII. ADIVNCTA ET EVENTVS actionis & exceptionis ex rescripto competentis.

I. Regula rescripto impetrato, conceditur ei, aduersus quem impetratum est, exceptionem illi opponere, & causam rationabilem, quare illud obseruare non teneatur, allegare. cap. si quando. v. de rescriptis. Plures huiusmodi regulas vide M.I.C. lib. j. cap. v. quæst. iij.

V. APVD QVEM DE VI rescripti sit disceptandum?

I. Regula: De rescripto absoluendi excommunicatum, si contra concilium fuerit excommunicatus, eiusque conditione, non excommunicator, sed executores dati cognoscunt. c. ab excommunicato. xxxxj. de rescriptis.

II. Regula: De meritis appellationis non iudex causæ principalis, sed cui commissa est appellationis causa, cognoscere debet. c. dilectus. xxix. eod. tit.

III. Regula: In quæstione reuocationis rescriptorum recurritur ad arbitros. cap. pastoralis. xiiij. in prin. de rescriptis. Item hoc casu Papa consulitur. c. sanè. ij. de officio delegati. Hæc de rescriptis & decretalibus epistolis sint dicta. Plura de rescriptis vide M.I.C. lib. j. cap. v.

DE MAGISTRATIBVS. Cap. V.

HActenus de iure & legibus dictum est: nunc de magistratu, legum custode dicendum.

I. RATIO magistratus habetur xxiij. q. v. cap. non frustrà. c. principes. c. res autem. c. administratores, in princ. Concordant ea quæ habentur j. quæst. iij. reg. j.

II. DE ORDINANDIS MAgistratibus.

QVI ET QVALES ordinandi.

I. Regula, De infamibus non ordinandis. cap. penult. de reg. iuris, in vj. Plura de regula proposita vide M.I. C. lib. j. cap. vj. quæst. j. reg. ij.

II. Regula: De hæreticis, eorumque fautoribus, receptoribus,

ribus, liberis,& c.cauetur c.quicunque.ij.§.hæretici.& cap. ſtatutum. xv. de hæreticis, in vj. Plura de regula propoſita vide M.I.C.d.quæſt.j.reg.ix.

III. Regula: De Iudæis non ordinandis cauetur xvij.q. iiij.c.nemini,in fine,cum c.ſequente.l.xvij.C.de Iudæis.Concordant item ea quæ habentur.j̃. cap. xviij.ſpecie j. reg. vj. Contradicit l.iij.§.fin.ff.de decurionib.

IIII. Regula: Ne alicui patriæ ſuæ adminiſtratio committatur, cauetur xvij.q.iiij. c. ſi quis ſuadente. §.committunt,in fine. l.vlt. C. de crimine ſacrilegij. l. vlt. C. de officio Rectoris.

V. Regula: De potentibus externis, horúmve cognatis in magiſtratum vrbis Romæ non eligendis, cauetur c.fundamenta.xvij.de electione,in vj.

ANTECEDENTIA, ADIVNCTA & conſequentia ordinationem.

VI. Regula: de conſenſu & confirmatione Papæ adhibenda cauetur c. vnico,de maioritate & obedientia, in Extrauag. Ioan.xxij. Idem iuris olim habebat Imperator.l.j.in prin.ff.ad l.Iul.de ambitu.Nouell.lxxxij.§.ſi quis verò.

VII. Regula, Ne per ſeditionem aut ambitum magiſtratus ordinetur,j.q.j.c.principatus.

VIII. Regula, De iureiurando ab ordinato præſtando, habetur j.quæſt.vij.c.ſancimus.l.vj. C. ad l. Iul. repetundar. Nouell. viij. §. ad eum itaque. De qua re plura dicentur in accuſatione Simoniæ. Aliud iuramentum, de hæreſi cauenda, præſcribitur c. vt officium. xj.§.ſtatuimus. de hæreticis,in vj.Concordant ea quæ habentur j̃.cap. 17.q.4.reg.4.

III. DE OFFICIO MAGISTRATUS:& actionibus,ſi contra officium fecerit.

I. Regula:De coercẽdis delictis cauetur.xxiij.q.v.c.inceſtuoſi.c.regum.c.non ſolum.c.non eſt.c.qui malos.c.Rex debet.Concordant item ea quæ habentur s̃.eod.cap.in prin.

II. Regula:De eccleſia per magiſtratum defendenda cauetur d.q.5.c.dicat.§.fin.cum c.ſequente.& c.res autem.

III. Regula: De malis ad bonum cogẽdis cauetur xxiij. q. vj. per totum: in cuius fine ponitur obiectio, nimrium

c.vlt.

c.vlt.§.sed obiicitur. item Solutio ibidem §.his ita.

IIII. Regula: Minor magistratus maiori cedere debet. c.quæ contra. §.fin.distnct.viij. c.volentes. viij.de officio delegati.xj.q.iij.c.qui resistit.l.iij.C.de metatis.

DE ACCVSATIONE EX LEGE Iulia Repetundarum.

V. Regula: Si à subditis vltra quantitatem legibus definitam magistratus vel in officio positus quid acceperit, aut alio modo contra officium fecerit. accusatio aduersus eum datur. j.q.j. c.iubemus.c. penult. & vlt.item c.cum ab omni. x. de vita & honestate clericor. l.iij. l.vj. & l.vij. in prin. ff.ad l.Iul.repetund.l.iiij.C.eod.tit. Planè propositæ accusationis exceptio prima hæc videtur: Nisi is, à quo illicitum accepit, actionem ei remiserit. Sed hæc exceptio reprobatur c. statutum.xj.§.si quid autem. de rescriptis, in vj. Altera exceptio est: Nisi esculentum vel poculentum quid acceperit. Hæc exceptio approbatur certo modo d.c.statutum.ix.§.insuper vt gratis. Tertia exceptio est: Nisi expensarum nomine acceperit.d.§.in super.vers.vel nisi cum ipsum prop.

VI. Regula: Quid veniat in accusatione iam dicta, difinitur j.q.j.c.vlt.§.hodie.item l.vij.§.fin. ff. ad l.Iul.repetundar. Sed & de simplo restituendo cauetur d.§. si quid autem.

VII. Regula: Euentus propositæ accusationis est infamia damnati.d.c.vlt.§.fin.& l.vj.§. hac lege.ff.ad l.Iul.repetundar. Hæc de lege Iulia repetundarum, de cuius tamen accusatione vide plura.M.I. C. lib.1 cap.vij.

VIII. Regula: Si iudex litem suam fecerit, & malè iudicauerit, punitur. c.j.de sententia & re iudicata. xj.q. iij.c.temerarium.c.si quis dixerit.c.nolite.§. fin.cum.c.sequente. Concordant item ea quæ habentur. j. cap.xv. vij. quæst. j. causa vj. Plura de actione proposita vide M. I. C. lib.j.cap.vij.in fin.

IIII. DE IVRISDICTIONE, Præsertim delegata.

CAVSÆ EX QVIBVS IVrisdictio competit.

I. Regula: Si iurisdictio alicui mandata sit, vel delegata, is eam exercere potest. Cuius regulæ exceptio prima

hæc est: nisi ab eo mandata sit iurisdictio, cam non suo iure, sed alieno beneficio habet, puta ipse delegatus iudex: hoc enim casu secundus delegatus iudex iurisdictionem exercere non potest. c. cum causam. lxij. §. fin. de appellationib. Concordat M. I. C. lib. j. cap. viij. quæst. ij. except. ij. in princ. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi à principe alicui iurisdictio mandata sit: hic enim eã alij delegare non prohibetur. d. §. fin. item c. pastoralis. xxviij. in princ. de officio delegati. l. si in fine. C. de iudiciis. Altera replicatio est: Nisi à Papa alicui iurisdictio mandata sit. nam & hic eam alij delegare potest. c. si pro debilitate. iij. & c. vlt. in princ. de officio delegati. Clement. vnica. eod. tit. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi ita iurisdictio à Papa mandata sit, vt eam personaliter exerceat. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur d. c. vlt. §. is autem. Altera duplicatio est: Nisi is cui iurisdictio à Papa mandata est, tanquam suspectus fuerit recusatus. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur c. iudex. v. de officio delegati, in vj. Tertia duplicatio est: Nisi mandatum alicui sit, vt ecclesiæ de persona idonea prouideat. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur c. is cui. xij. d. tit. Quarta duplicatio est: Nisi conseruator aliquis, alicui à Papa sit datus: hic enim vices suas alteri committere nequit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur c. hac constitutione. xv. §. vices quoque. d. tit. Quinta duplicatio videtur. Nisi cùm duobus iurisdictio à Papa esset mandata, vnus ex iis vices suas alij delegauerit. Hæc duplicatio reprobatur c. quamuis. vj. de officio delegati. Sexta duplicatio est: Nisi causa ita grauis delegata sit à Papa, vt sine delegato commodè non possit expediri. c. si pro debilitate. iij. in fine. d. tit. Septima duplicatio videtur: Nisi delegatus Papæ non totum negotium alteri commiserit, sed principium saltem, mediũ, vel finem. Hæc duplicatio reprobatur c. super. xxvij. in prin. eo. tit. Plures huiusmodi duplicationes vide in exceptionibus sequentibus. Nam ex quibus causis ordinarius delegare iurisdictionem non potest, ex iisdem nec delegatus Papæ subdelegare poterit. Hæc de secunda replicatione. Tertia propositæ explicationis replicatio est: Nisi per alterutram partem factum sit, vt, iudex delegatus die ad procedendum statuto fuerit auocatus: hoc enim casu alteri causam subdelegare potest. c. pastoralis. xxviij. §. cum autem, de officio

cio

cio delegati. Hæc de prima exceptione.

II. Exceptio: Nisi suspectus recusatus iurisdictionem alteri mandauerit. Quæ tamen exceptio reprobatur certo modo c. si quis. iiij. de foro competenti. Admittitur in delegato Papæ subdelegante: de quo dictum s. prox. dupl. ij.

III. Exceptio: Nisi ei mandata sit iurisdictio causæ, qui nec dignitatem habet, nec cathedralis Ecclesiæ canonicus est. c. statutum. xj. in princ. & §. in nullo, in fine. de rescriptis, in vj. l. qui neque. lxxxij. ff. de iudiciis. Huius exemplum proponitur Clement. & si principalis. ij. de rescriptis. & c. hac constitutione. xv. in prin. de officio delegati. in vj.

IIII. Exceptio: Nisi quis conseruatoris sui conseruator sit delegatus. d. c. hac constitutione, in prin. vers. nullúsque deputati sibi conseruatoris esse valeat conseruator.

V. Exceptio: Nisi subdito eius, cuius, est negotium, iurisdictio sit mandata. d. c. hac constitutione. §. j.

VI. Exceptio: Nisi ei qui similem causam habet, iurisdictio sit mandata. c. causam. xviij. de iudiciis.

VII. Exceptio: Nisi ei delegetur causa, à quo in eadem causa est appellatum. ij. q. vj. c. placuit. §. fin. cum c. sequente. cap. vlt. §. fin. item l. vj. in prin. vers. quapropter. C. de appellationib. Concordat item M. I. C. lib. ij. c. xxvij. quæst. ix. reg. viij. cum sequentibus. Huius exceptionis replicatio est. Nisi appellans causam remitti petat. de qua re vide j. libro prox. cap. xviij. quæst. vij. reg. xx. except. j. repl. j.

VIII. Exceptio: Nisi ei delegata sit causa, quem altera pars nominatim petiit. c. ad hæc. x. de rescriptis. l. obseruandum. xlvij. ff. de iudiciis. Contradicit xj. q. j. c. iudices. iij. q. iij. c. j. in fine. q. viij. cap. accusatores. §. iudices. item cap. cum R. xxxv. de officio delegati. Sed & contradicunt ea quæ habentur j. lib. iij. cap. viij. quæst. x. reg. vij. Planè si episcopus ab alterutra parte fuerit petitus vel electus iudex, ab aduersario recusari non potest, per ea quæ habentur j. lib. prox. cap. ij. quæst. ij. except. xxv.

IX. Exceptio: Nisi extraneo alicui causa sit delegata c. statutum. xj. §. cum verò eiusdem. de rescriptis. in vj. Huius replicatio prima hæc est: Nisi inter magistratum & subditum lis sit. d. §. cum verò. vers. nisi ab episcopo contra aliquem. Altera replicatio est: Nisi actori non satis tutum sit ad locum seu domicilium rei venire. d. §. cum vero. vers. vel nisi actor eandem ciuitatem. Tertia replicatio est. Nisi actor

b 5 aduer

aduerſarij ſui potentiam metuat. d.§. cum verò.verſ.aut ſui aduerſarij potentiam meritò perhorreſcens. Quarta replicatio eſt: Niſi actor & reus ſint diuerſarum ciuitatum vel regionum.d.c.ſtatutum.xj.§.cum autem. Huius replicatio eſt: Niſi actor eius nomine, qui eſt eiuſdem ciuitatis vel diœceſis, cum reo agat: tunc enim propoſita replicatione non iuuatur, exemplo Clement.j.de reſcriptis.

DVPLICATIONES generales.

Planè replicationũ iam enumeratarum duplicatio communis prima hæc eſt: Niſi vltra vnam diætam reus à limite ſuæ diœceſis in ius vocetur. d. §. cum verò. verſ. nullus tamen eorum. item.d.§. cum autem. verſ. dummodo locus ad quem. item c.nonnulli. xxviij.in prin.de reſcriptis. Concordant item ea quæ habentur j.lib. prox. cap. vj quæſt. iiij.in fin. except. general. ij. Altera duplicatio eſt: Niſi actor de timore, quem prætendit, per iuſiurandum fidem non fecerit.d.§.cum verò.verſ.ſed & in duobus vltimis caſibus. Hæc de nona exceptione.

X. Exceptio: Niſi is qui iuriſdictionem mandauit, vel cauſam delegauit, deceſſerit.c.licet vndique. xxx.de officio delegati.c.hac conſtitutione.xv.§.officium.eod.tit.in vj.l.vj. ff.de iuriſdictione. Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi tempore mortis delegantis res non ſit integra. d.c.licet verſ.ſi verò ante mortem.c.ſi delegatus. vij. in prin. de officio delegati,in vj. Exemplum habetur c. relatum.xix. & c.gratum. xx. de officio delegati. Planè huius replicationis duplicatio videtur: Niſi cùm pluribus cauſa eſſet delegata, in quorundam perſonis res adhuc ſit integra. Sed reprobatur c.cum plures.viij.§.fin.de officio delegati,in vj.Altera replicatio eſt: Niſi de gratia facta executor ſit datus. hic enim etiam mortuo Papa qui dedit, perdurat. cap.ſi ſuper.ix.d.tit. Tertia replicatio eſt: Niſi legationis officium alicui ſit demandatum: hoc enim morte mandantis non expirat. cap.legatos.ij.d.tit. Quarta replicatio eſt: Niſi inquiſitio hæreticæ prauitatis alicui ſit demandata. cap. ne aliqui.x.de hæreticis,in vj. Quinta replicatio eſt: Niſi non oppoſita exceptione de morte delegantis, coram delegato ſit proceſſum.cap.cum veniſſet.xxv.in prin.de teſtibus.Hæc de decima exceptione.

XI.

XI. Exceptio: Nisi mandans mandatam iurisdictionem reuocauerit.c.vt nostram.lvj. de appellationib.l.lviij.in prin. ff.de iudiciis. Huius replicatio est: Nisi re non integra mandatum sit reuocatum.c.venerabili. xxxvij. de offic.delegati. Huius replicationis duplicatio est: Nisi non totum negociũ sit mandatum, sed principium saltem, vel mediũ: tunc enim eo expleto nihilominus potest mandatum reuocari.c. super xxvij.in prin. de officio delegati. Aliam propositæ exceptionis replicationem vide M.I.C.lib.j.c.viij.quæst.ij.excep.xiij.

XII. Exceptio: Nisi cum iurisdictio ad tempus esset mandata, tempus illud fuerit finitum. hoc enim casu expirat iurisdictio delegata.cap. de causis.iiij.in princ.de officio delegati. Huius replicatio prima hæc est: Nisi tempus consensu partium sit prorogatum.d.c.de causis.iiij.in prin.versi. nisi dies præfixus.& l.ij.§.si & iudex.ff.de iudiciis. Altera replicatio est: Nisi ab eo die, quo delegatus mandatum accepit, dinumeratione facta, tempus nondum sit elapsum.cap. super eo.xij.§.fin.de appellatio. Plura de exceptione proposita vide M.I.C. d.quæst.ij.except.xiiij.

XIII. Exceptio: Nisi iurisdictio eius qui delegauit, sit finita: tunc enim delegati quoque iurisdictio expirat.c.vlti. in fin.de officio legati. Huius replicatio est: Nisi res non sit integra. Quæ replicatio approbatur argumento eorum, quę s̃.except.:c.repl.j. proposita sunt. Concordat.l.xlix.§. fin.ff. de iudiciis.

XIIII. Exceptio: Nisi eadem causa antea alij fuerit delegata.cap. venerabili.xxxvij.de de offic.delegat.l.vbi ceptũ. ff.de iudiciis. Huius replicationes vide M.I.C.lib.j.cap.viij. quæst.ij.except.xvj.

XV. Exceptio: Nisi is cui iurisdictio mandata est, eam suscipere nolit.reprobatur cap. Pastoralis. xxviij.in princ.de officio delegati.

XVI. Exceptio: Nisi is cui iurisdictio mandata est, decesserit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verùm eius replicatio prima hæc est: Nisi iudex in delegatione nõ proprio.sed officij nomine sit appellatus:tũc enim ad successoré eius iurisdictio delegata transit.c. quoniá.xiiij.de officio delegati. Altera replicatio: Nisi cùm pluribus iurisdictio mandata esset, vno ex iis mortuo, alij supersint. Sed hæc reprobatur, sub conditione tamen, c.vno.xlij.eo.tit.

XVII. Exceptio. Nisi iudex delegatus causam alij subdelega-

delegauerit: hoc enim casus delegatus recusari potest: nisi aliquid sibi de iurisdictione reseruauerit. cap. super quęstionum. xxvij. §. porrò. versi. vnde si forsan. de offic. delegati.

XVIII. Exceptio: Nisi ciuitas seu diœcesis, in qua causa delegata est, medio tempore sit diuisa. reprobatur c. j. §. idem etiam. de officio delegati, in extrauag. communi.

XIX. Exceptio: Nisi sententia dicta sit, & executioni mandata. cap. in literis. 9. de officio delegati. l. iudex. lv. ff. de re iudicata. Cuius replicatio est: Nisi executor datus exequi nolit, vel non possit. c. significasti. vij. & c. quærenti. xxvj. de officio delegati. Hæc de prima causa iurisdictionis, hoc est de mandato seu delegatione specialis causæ, sint dicta. Acquiritur insuper iurisdictio per ordinationem. Nam in magistratum ordinatus eo ipso adquirit iurisdictionem ordinariam: ad quam pertinet titulus de officio iudicis ordinarij: déque ea dicetur j. lib. iij. cap. ix. Nunc effectus delegatæ iurisdictionis videamus.

EFFECTVS DELEGATÆ iurisdictionis, & iura eius, cui mandata est iurisdictio.

II. Regula: Iudex delegatus fungitur vice eius qui delegauit, non sua. Ideóque superiores etiam coercendi potestatem habet. cap. sanè quia. xj. de officio delegati. Concordat M. I. C. lib. j. c. viij. quæst. iij. reg. j.

III. Regula: Mandata iurisdictione, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potest: vtputa modica coercitio. c. præterea. v. cap. pastoralis. xxviij. in princ. & §. j. item cap. ex literis. xxix. & cap. suspicionis. xxxix. versi. cui sicut. de officio delegati. l. ij. ff. de iurisdictione. l. j. §. verius est. & l. v. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio.

IIII. Regula: Modus coercendi ac defendendæ iurisdictionis præscribitur cap. quia pontificali. ij. de officio delegati, in vj. cap. sanè. xj. & c. pastoralis. xxviij. in prin. eod. tit. in antiquis. De districtione ecclesiastica seu excommunicatione adhibenda cauetur etiam cap. j. de officio delegati. ij. quæst. vj. cap. quisquis. De arbitraria pœna cauetur cap. dilectus. xj. de pœnis..

V. Regula: Ne delegatus mandati fines excedat, néve extra locum sibi deputatum iurisdictionem exerceat, cauetur. cap.

tur cap.vlt.§. conseruatores.de officio delegati, in vj. Pœna, si contrà fiat, statuitur d.cap.vlt.§. vt autem. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi iusta subsit causa excedendi fines, ca. statuimus.xiij.eod.tit.

VI. Regula: De officio conseruatorum cauetur cap.j.& cap.vlt.in prin.& §.vt autem. de offic.deleg.in vj. Aliud officium proponitur d.cap.vlt.§. circa munera. vbi mentio fit c. statutum.xj.de rescriptis,in 6. Hactenus de iurisdictione delegata sit dictum: de qua vide item M. I. C. libr.j. cap.viij. De ecclesiastica verò iurisdictione ordinaria dicetur, infra lib.iij.cap.ix.

V. DE DIGNITATE ET reliquo iure magistratus.

I. Regula: Præferuntur cæteris eiusdem dignitatis hi qui prius ad eam dignitatem peruenerunt. cap.j. de maioritate & obedientia. Cuius exceptio est: Nisi maior sit dignitatis gradus eius qui postea ordinatus est: tunc enim is præfertur iis qui ante ipsum ad minorem dignitatis gradum sunt ordinati.c.statuimus.xv. eod.titul. Plura de regula proposita, aliísque similibus vide M.I.C.lib.j.cap.ix.

II. Regula: De reuerentia & obsequio magistratui præstando, cauetur xxiij.q.v.ca.si apud.cap.dicat. item l.ij.& l.v. C.de officio Rectoris.l.ij.& l.iij.C.de officio diuers.iud.Concordant item ea quæ habentur j.ca.viij.quæst.v.causa j.Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iniustum quid iubeat magistratus, vel contrariũ ei quod alius magistratus superior iusserat: tunc enim impunè ei obsequium nõ præstatur.xj.quæst.iij.cap. qui resistit, cum cap.sequente.item ij.q. vij.cap. admonendi. Concordant item ea quæ habentur j. lib.iij.cap.v.reg.xl.except.iij. Altera exceptio videtur: Nisi magistratus excommunicandi potestatem non habeat. Quæ tamen exceptio reprobatur exemplo cap. dilecta.xij.de maior. & obed.

III. Regula: De mitra pontificali vsurpanda cauetur cap.vt apostolicæ.vj. de priuileg.in vj. Plura de dignitate & reliquo iure magistratus vide M.I.C.d.cap.ix.

IIII. Regula: Exemplum superioris inferiores sequuntur.c.magnæ.vij.§.præterea.de voto.

VI. DE IMPERATORE SPECIALIA.

I. Regula: De Imperatoris electione cauetur c.venerabilem.

bilem.xxxiiij.de electione.& Clement.j.de iureiurando.

II. Regula: De iuramento quod præstat Imperator Papæ, cauetur d.Clement.j.

III. Regula: Imperator subest Papæ.de qua re dicetur. j̃.lib.iij.cap.xj.in iure Papæ.

IIII. Regula: De iudicio Imperatoris disputari non oportet.xvij.q.iiij.cap.si quis suadente.§.committunt.l.ij.C. de crimine sacrilegij. Concordant ea quæ proposita sunt s̃. cap.proxi.in princ. item cap.iij. de constit. princ. reg.ij.item cap.ij.in prin.& cap.j.quæst.ix.

V. Regula: Mortuo Imperatore, iurisdictio Imperij vacantis ad Papam pertinet.cap.vnico,ne sede vacante aliquid innouetur.

VI. Regula: Imperator vel Rex iura Imperij vel regni, etiam præstito iureiurando, nequit alienare.cap.intellecto. xxxiij.de iureiurando. Plura de iure Imperatoris vide M.I. C.lib.j.cap.x.Hactenus de magistratibus dictum est,de quibus tamen vide plura d.lib.j. Nunc de iudiciis publicis primùm in genere,deinde in specie tractabitur.

DE PVBLICIS IVDICIIS in genere. Cap. VI.

PRIMO: An publica iudicia sint iusta,seu Christiano homini licita? Differitur xxiij.q.iiij. De qua vide j̃.ca.vij. in prin.item cap.viij.quæst.ij.reg.iij.

II. RATIO publicorum iudiciorum est emendatio delinquentium.xxj.quæst.ij.cap.placuit.§.fi.xxiij. quæst.iiij. cap.est iniusta.§.fin.in fin.l.si pœna.xx.versi.quia pœna.ff.de pœnis.l.si à reo.lxxj.§.id quod vulgò.versi. nam pœnas.ff.de fideiussoribus.l.si ita vulneratus.51.§. quod si quis absurdè. versi.neque enim.ff.ad l.Aquiliam.

III. CAVSÆ EX QVIBVS COMPETUNT publica iudicia cum suis exceptionibus.

Huius loci regula est, quòd sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.l.sine culpa. xxiij de regulis iuris. in vj. Sanè causæ publicorum iudiciorum generales enumerantur. De pœnitent. distinct.j.cap. aut facta.l. aut facta. xvj.in princip.ff. de pœnis. Istarum causarum exceptiones generales hæ sunt.

I. Excep

I. Exceptio: Nisi sine dolo malo factum sit, & non iniuriæ gratia, xv.quæst.j.in prin.item.§.cui sententiæ.item cap. non est.item de pœnitent.distinct.ij.cap.sciendum. Concordat item M.I.C.lib.j.cap.xiij.except.j.& ij. Huius exemplum proponitur, si ratione officij fecit, xxiij.q.v.cap.cum homo, in prin.& d.cap.& d.l.aut facta.§. causa. Alia exempla vide j. in exceptionibus sequentibus. Sed & plura de exceptione proposita vide M.I.C.d.except.j.& ij.

II. Exceptio: Nisi furiosus commiserit.iij. quæst.ix.cap. indicas.xv.quæst.j.in princ.& cap.illud.§.furor.§.meas verò. item cap.aliquos.cap.illa cauenda.versic. neque enim si per. cap.nec is qui.§.fin.

III. Exceptio: Nisi per infirmitatem vel ignorantiam commiserit. Reprobatur hæc exceptio d.q.j.in princ.§.j.ca. illud.§.itaque vt ex promissis. Contradicit d.q.j.c.illa cauenda.§.quinetiam ipsius. Item contradicunt ea quæ habentur M.I.C.d.except.ij.

IIII. Exceptio: Nisi per cæcitatem commiserit. approbatur simul & distinguitur d.c.illud.§.sed obiicitur.

V. Exceptio: Nisi per ebrietatem commiserit.xv.q.j.c.sanè diximus.& cap.inebriauerunt.

VI. Exceptio: Nisi coactus commiserit. reprobatur d. quæst.j.cap.meritò.

VII. Exceptio: Nisi iussu eius cui parêre necesse fuit, commiserit.cap. quod quis.xxiiij.de regulis iuris, in vj.item de consecrat.distinct.iiij.cap. quæris à me, in princ. Contradicere videtur d.c.meritò. Sed plura de hac exceptione vide M.I.C.lib.j cap.xiii.except.iiij.

VIII. Exceptio: Nisi minor ætate commiserit. xv.q.j.c. illud.§.fin.c.firmissimè, in prin.item c.intelleximus.ij.de delictis puerorum. Huius replicatio est: Nisi minor doli sit capax d.§.fi.vers.nisi rationis sit capax.item c.j.de delictis puerorum. Huius duplicatio est, quòd quamuis minor doli sit capax, mitius tamen propter ætatem punitur d.c.j.versi.quãuis in eis non ita.& l.auxilium.xxxviij.§.in delictis.versi.nisi quatenus.ff.de minor.xxv.annis. Plura de exceptione proposita vide M.I.C.lib.j.c.xiij.except.v.

IX. Exceptio: Nisi animal brutum commiserit. xv.q.j. cap.firmissimè.§.animalia enim. Plura de hac re vide M.I.C. libr.cap.j.

X. Exceptio: Nisi crimen propositũ nõ fuerit perfectum. reproba

reprobatur De pœnitent.distinct.j.cap.quisquis, in princ.& cap.aut facta.§.euentus.l.v.in prin.versi.eadem enim.C.ad l. Iul.maiestatis.l.aut facta.xvj.§. euentus.ff. de pœnis. Planè admittitur exceptio proposita, si crimen ad actum non peruenerit. Nam cogitationis pœnam nemo patitur.d.distinct. j.cap.cogitatio.& cap.cogitationis.item l.cogitationis.xviij. ff.de pœnis. Hæc quoad hominem. Nam apud Deum distinctio iam dicta non admittitur, à quo etiam cogitatio punitur.d.distin.j.cap.nunquid.item xvij quæst.j. vouentibus. xxxij.quæst.v.cap.sicut enim.cap.si Paulus c.nec solo.ca.qui vident.item xxxij.q.vij.c.non solum.

XI. Exceptio: Nisi reus mortuus sit.xxxiij.quæst.ij.cap. admonere.§.& nunc post mortem. versi. nec à te post.Cuius replicatio est: Nisi de hæresi quis accusetur.xxiiii.quæst.ij. c.penult.§.fin. cum.c. sequente. Plura de exceptione proposita vide M.I.C.lib.j.c.xiij.except.x.

XII. Exceptio: Nisi accusator mortuus sit, vel ex alia causa impediatur accusationem prosequi. ij. q. viij. c. vlt.§. fin.l.iij.§.fin.ff. de accusationib. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d.c.xiij.except.xiij.

XIII. Exceptio: Nisi accusator destiterit, reprobatur c.j. & ij.de collusione detegenda.Plura de hac exceptione vide M.C.I.d.c.xiij.in fine.replic.general.ij.

XIIII. Exceptio: Nisi eadem accusatio antea quoque in iudicium fuerit deducta, vel eiusdem criminis nomine actū. cap. de his.6. de accusatiouibus. Huius replicatio prima est: Nisi prior accusator fuerit præuaricatus.vel per collusionem reus absolutus.ca. vlt. de collusione deteg. Concordant ea quę proposita sunt s̄.except.prox.Sed & concordat M.I.C. lib. ij.c.xiij. excep.xv.repl. ij. Altera replicatio est: Nisi crimen sit iteratum, de quo postea accusatio instituitur. c. j.de pœnis.l.ix.§.si tamen.C.de accusationib.Plura de excepione proposita vide d.except.xv.

XV. Exceptio: Nisi abolitio criminis interuenerit. ij. q. iij. c.vlt.§. destitisse. vers. abolitio enim.Plura de hac exceptione vide M. I. C. d.c.xiij.exceptione xvj.

XVI. Exceptio: Nisi episcopus commiserit.hic enim accusari nequit, nec damnari.xj. q.iij.cap.irritam.vj.quæst.j.c. qui crimen.§.fin. cum c.sequente.ij.q.vij.c.accusatio.§.vnde liquet. Contradicit d.quæst.vij.cap.præsumunt.cap. si hæreticus.§.item quod dicitur.

XVII. Regu

XVII. Exceptio: Nisi crimen commissum sit vulgare & vsitatum.xxiij.q.iiij.c.si quis potestatem.§.fi.cum c.sequēte.

REPLICATIO PRÆCEDENTIVM exceptionum generalis.

Hactenus exceptiones aduersus crimina enumerauimus, quarum tamen plures vide M I.C.d.cap.xiij. Istarum autem exceptionum replicatio generalis est: Nisi reus accusatorem corruperit: hoc enim casu pro conuicto habetur. ij. q. iij. c.vlt. §.in omnibus.l. vlt.ff.de præuaricatoribus. De qua replicatione cum aliis pluribus vide M.I.C d.c.xiij.in fine.

IIII. QVIBVS COMPETANT accusationes seu iudicia publica?

Sine legitimo accusatore nemo inter reos est recipiendus.cap. j. de accusationibus. ij. q.j.c.nihil.cap.in primis.§. sed & de personis accusantium. iij. q.ix.cap.dignum,in fine. vj. q. j.cap.nos sequentes. Concordant item ea quæ proponuntur j.ead.quæst.in fin. Planè regulariter quilibet accusator præsumitur legitimus,nisi ll.specialiter prohibeatur accusare. Qui autem specialiter accusare prohibeantur, patet ex sequentibus exceptionibus, quarum prima hæc est: Si mulier accusare velit: hæc enim ab accusando repellitur.ij. q.j.c.prohibentur.xv.q.iij.in prin.& c.de crimine.item l.viij. ff.de accusationibus. l. xij.C.qui accusare non possunt. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi mulier suam suorúmue iniuriam persequatur.d.q.iij.in prin. vers.nisi fortè suas. & c.ex eo quod.§.fin.cap.certis de causis, in princ.& §.vxor.tua. item l. j.& l. ij.ff.de accusationibus l.iiij & l.xij. vers.nisi certis ex causis. C.qui accusare non poss. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi mulier maritum vel adulteram adulterij velit accusare: hanc enim suam iniuriam persequi non permittitur.xxxij. q.j.c. apud misericordem. §. publico.item l.j. C.ad l. Iul. de adulteriis.Huius ratio proponitur xxxij.q.v. c.penult.§.sed quæritur. cum c.sequente. Hæc de prima replicatione.Altera propositæ exceptionis replicatio est:Nisi crimen læsę maiestatis mulier deferat.xv.q.iij.c.certis de causis.§. in quæstion. c.sanè.§.vnde aut.l.viij.ff.ad l. Iul.maiestatis. Tertia replicatio est:Nisi ex l. Iulia de annona mulier accuset. ij.q.j. c.prohibētur.§.mulierem.& l.xiij.ff.de accusationibus.Hęc de prima exceptio-

ne, de qua vide item M.I.C.lib.j. cap.xij. quæst.v.except.j.

II. Exceptio: Nisi pupillus accusare velit: nam & huic specialiter ius accusandi denegatur. d. cap. prohibentur, in princ. & l.viij.ff.de accusationibus. Cuius replicatio est: Nisi pupillus patris vel aui iniuriam persequatur. xv. q.iij.c. certis de causis.§.pupillis.l.ij.§.fin.ff.de accusationibus.

III. Exceptio: Nisi seruus accusare velit.iij. q.v.c.canonica.vers.aut libertas.c.accusatores.§.fin.c.nullus.item l.xxvj. C.ad Iul.de adulteriis. Huius replicatio prima est: Nisi seruus ex lege Iulia de annona velit accusare.ij.q.j.c prohibentur.§.mulierem. l.xiij. §. serui quoque. ff. de accusationibus. Altera replicatio est: Nisi seruus mulierem, quæ cum propriis seruis rem habuit, deferat.xij.q.ij.c.episcopus.§. in criminali.vers.quo casu,cum sequentibus.l.vnica.§.sit etiam seruo.C.de mulieribus quæ se propriis seruis, &c. Plura de exceptione proposita vide M.I.C.lib.j.cap.xij. q.v.excep.iij.

IIII. Exceptio: Nisi pauper accusare velit. ij.q.j.c.prohibentur.§.nonnulli. & cap.in primis.§.sed & de personis. & l.x.ff.de accusationib.

V. Exceptio: Nisi quæstus causa accuset. c. significante v.qui matrimon. accusare poss. Plura de hac exceptione vide j.quæst.viij.reg.ij.

VI. Exceptio: Nisi miles accuset. d. c. prohibentur, in prin.& l.viij.ff.de accusation.Huius replicatio est: Nisi miles ex lege Iulia de annona accuset.d. c. prohibentur. §. mulierem.vers. milites quoque.l.xiij.§.milites. ff.de accusationibus.Plura de exceptione proposita vide M. I. C. lib.j.cap.xij. quæst.v.exceptione v.

VII. Exceptio: Nisi is qui in magistratu positus est, accusare velit. d.c. prohibentur,in princ. & d. l.viij. §. alij propter magistratum.

VIII. Exceptio: Nisi infamis accusare velit. d.c.prohibentur. §. alij propter delictum.iij.q. iiij.in prin.cum cap.sequente.iij.q.v. c. canonica.c.accusatores, in fin. c.constituimus. c. similiter. c.nullus.item iiij. q.j.c.j.§.omnes etiam vj. q. j.in princ.cum c.sequente.c.beatus. item l. viij. § alij propter delictū.ff.de accusationibus, Declaratur exceptio proposita definitione infamium,vj.q.j.c.omnes.c.illi qui.c.summa.§.fin.cum c.sequente.Plane propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex lege Iulia de annona infamis accuset. ij. q.j.c.prohibentur.§.mulierem.vers.famosi quoque.

l.xiij.§.

l.xiij.§.famosi. quoque. ff. de accusationibus. Altera replicatio est: Nisi de hæresi vel symonia infamis accusare velit. vj.q.ij.c. nos sequentes. §.sed licet. Contradicere videtur d. q.j.c. quæro ergo. Vbi Gratianus subiicit solutionem, vers. vtrum hoc Augustini. Plura de proposita exceptione vide M.I.C.libro j.cap.xij.quæst.v.except.vij.

IX. Exceptio: Nisi accusator ipse sit culpabilis,& in crimine constitutus.vj.q.j.in prin.cum c.sequente, & c.beatus, in princ. item c.qui crimen.item iij. q. v.c.suspectos.c.canonica. c. similiter.c. nullus. Huius exemplum habetur c. cum ecclesiasticæ. iij. de exceptionibus.Plura exempla vide j.except.prox.& except.xvij.cum sequentibus.

X. Exceptio. Nisi excommunicatus vel anathematizatus accuset. iiij.q.j.c.j.in prin.c.quod autem.ij.q.vij.c.in sancta. vj.q.j.c.illi qui.§.similiter.c.omnes.iij. q.iiij.c. conspiratores.c.nullus.c.omnes. Huius replicatio videtur: Nisi reus accusatori excommunicato communicauerit. Sed reprobatur. c.ij. de exceptionibus. Plura de hac replicatione vide j. ead. quæst. iiij.replic.gener.iij.

XI. Exceptio:Nisi inferior superiorem,vel minor maiorem accuset.ij. q.vij. c. qualis.§.fin.cum c. sequente. item.c. maiorum.c.quærendum.c.in sancta.vers.& sicut maior.item vj.q.j.c.beatus,in princ. vers. & qui eis coæquales. & §.fin.c. omnes verò,in fine.item iij.q.v.cap.accusationes,in fin. Huius replicatio.prima hæc est:Nisi maior sit hæreticus,& minor catholicus. d. q. j.c.cum maiores. Altera replicatio est: Nisi maior exemplo suo ad interitum trahat iuniores. ij. q. vij. c. Paulus dicit. Tertia replicatio est: Nisi maior vita & moribus minore sit deterior.d.q.vij.c.qui nos. §. fin.cum c. sequente.c.quanquam.c.puto.c.quæritur.Duplicatio præcedentium replicationum generalis hæc est: Nisi minor non sit irreprehensibilis. d.quæst.vij.cap.criminationes,in princ. Plura de except.proposita eiúsque replicationibus vide j. except.prox.

XII. Exceptio:Nisi subditus prælatum vel magistratum suum accuset.ij.q.vij.c.j.c.sacerdotes. c.qualis.c.sententia.c. oues.c.sunt.nonnulli.c.si hæreticus. §.item quod dicitur.iij. q.iiij.c.hi qui.vj.q.j.c.oues.c.deteriores. viij. q. ij. c.vltim.in fin.Contradicit ij.q.vij.c.plerunque.c.testes.§.ecce ostēsum, cum sequentibus, vsque ad c. clericos aut laicos. Item contradicit d.q.vij.c. criminationes.§.colligitur.& c.admonendi.

Ex his patet, exceptionem propositam controuersam esse, & non minus reprobari quàm approbari. Sed posito quòd ipso iure sit approbata: tunc notandæ sunt eius replicationes, quarum prima hæc est: Nisi prælatus à fide exorbitauerit: tunc enim à subditis suis accusari potest. ij. quæst. vij. c. sacerdotes, in fine. c oues. vers. nisi à fide. & c. præsumunt. Altera replicatio est: Nisi prælatus nomine tantùm sit, non vita. d. q. vij. c. non omnes. c. non omnis. c. secuti. c. qui nec plerumque. § fin c. Paulus. item viij. q. j. c. vereor. Tertia replicatio videtur. Nisi clericus subditus prælatū accuset. verùm hæc replicatio reprobatur ij. q. vij. c. sacerdotes. c. oues. §. his authoritatibus. c. plerunq;. §. itē probatur. itē iij. q. iiij. c. clericus. Quarta replicatio est: Nisi accusator vir sit probus, minimè criminosus. d. §. his authoritatibus, cum c. sequente. & d. q. vij. c. accusatio, in princ. cap. sunt nonnulli. §. fin. cum cap. sequente. item c. si hæreticus. §. item quod dicitur.

X I I I. Exceptio: Nisi is qui clericus non est, necesse potest, clericum accuset. ij. q. vij. c. beati. §. fin. cum c. sequente. c. testes, in princ. & §. sic & illud. c. sacerdotes. item vj. q. j. cap. omnes verò. vers. indignum est enim. c. infames. §. hi nimirum omnes. item xv. q. iij. in prin. vers. generaliter enim. Huc item pertinet j. except. prox.

X I I I I. Exceptio: Nisi laicus clericum accuset. ij. q. vij. in prin. cū c. seq. c. nullus. c. laico. c. in sancta. c. laicos c. sicut. c. laici. item vj. q. j. cap. beatus. c. sacerdotes. c. sunt plurimi. c. quiescite. item xj. q. j. c. clericum, in fine. item c. cum P. x. de accusationib. & c. de cætero. xiiij. de testibus.

X V. Exceptio: Nisi clericus laicum accuset. ij. q. vij. c. sicut. Huius replicatio est: Nisi presbyter suum plebeium accuset. d. q. vij. cap. decretum.

X V I. Exceptio: Nisi monachus clericum accuset. ij. q. vij. c. placuit. c. nullus. in princ. ij. q. iiij. c. hi qui. §. fin. iij. q. v. cap. canonica. §. fi. Contradicit d. q. vij. c. vlt. §. item Ioannes. Huic obiectioni. respondetur per distinctionem d. c. nullus. §. sed aliud. & d. q. vij. c. negligere. cap. sancta. item De accusationibus c. ex parte. xj.

X V I I. Exceptio: Nisi hæreticus, apostata vel aliàs vilis homo velit accusare. ij. q. vij. c. quærendum. c. alieni. c. pagani item iij. q. iiij. c. j. c. beatus. c. si quis. item iij. q. v. c. suspectos. c. canonica. c. nullus. item iiij. q. j. c. j. §. omnes etiam. cap. quod autē. Huius replicatio hæc est: Nisi hæreticus hæreticū velit

accusare.d.c.pagani.§.in hoc.& d.q.vij. c.si hæreticus,in pri.

XVIII. Exceptio:Nisi is qui sortilegos & magos consulit,accuset. ij.q.viij.c.quisquis.§.fin.item iij. q.x.c. constituimus vers.seu qui ad.

XIX. Exceptio: Nisi is qui Papæ inobediens est, velit accusare.iij.q.iiij.cap.j.& c.si quis.

XX. Exceptio: Nisi in illegitimo matrimonio constitutus accuset,vel ei consentiens.d. q.iiij. c. consanguineorum.

XXI. Exceptio: Nisi raptor velit accusare. d. c. consanguineorum.vers.similiter de raptoribus.

XXII. Exceptio: Nisi conspirator velit accusare. d. q. iiij.cap.conspiratores.

XXIII. Exceptio: Nisi detractor vel actor inimicorum episcopum accuset. d. q. iiij.cap.detractores.item vj.q. j.cap.deteriores.

XXIIII. Except.Nisi sacrilegus accuset.v.q.iiij.c.nulli.

XXV. Exceptio:Nisi accusator suspectus sit.iij.q v.c.suspectos. c.canonica.c.accusatores. §.fin.c.similiter.c.accusatores.c.omnes,in fine.item iij.q.viij.c.j.in princ.

XXVI. Exceptio: Nisi accusator sit homo contentiosus. d.c. suspectos.& d.c.similiter. & d.q.v.nullus.vers. nullus frequenter litigans.

XXVII. Exceptio:Nisi accusator inimicus sit accusati. d. c.suspectos. & d.c.canonica. & d. c.nullus .vers. nullus qui inimicitiis studet.&.d.c.omnes ,in fine.item iij.q.v.c.accusatores.c.accusatoribus,c.nulli.§.quod verò. c. vlt. §.fin. item xxiij.q.iiij.c.ea vindicta.§.sed huic vindictæ.& c.vltim. item De accusationibus c.cum P.x. & c.meminimus. xiij. Declaratur exceptio proposita definitione inimici, simul & obiectioni respondetur v.q.v.in prin.cum c. sequente. c.non omnis.c.non osculatur. Obiectio alia proponitur d.c.non osculatur.§.fin.eíque respondetur d.q.v.c.vltim.§.sed aliud.

XXVIII. Exceptio: Nisi accusator domesticus sit inimici accusati, vel ei coh bitet.c.repellantur.vij.de accusationibus.item iij.q.v.c.accusatoribus.in prin.

XXIX. Exceptio: Nisi exterus & ignotus accuset. d. q. v. c.canonica. vers. & eos qui non sunt eorum gentis.item c. accusatores.vers.nullus alienigene.

XXX. Exceptio: Nisi libertus episcopum accuset. d.q. v.c.accusatores.§.fin.& c.nullus.

XXXI. Exceptio: Nisi accusator antea fuerit calum-

niatus vel præuaricatus. ij.q.j. c.prohibentur. §. alij propter ſuſpicionem. item ij.q.iij.c.vlt.§.accuſator.l.ix.ff.de accuſationibus.l.accuſator.v.ff.de præuaricatoribus. Plura de hac exceptione vide M.I.C.lib.j.c.xij.q.v.except.viij

XXXII. Exceptio: Niſi accuſator antea ob accuſandum vel nō accuſandum pecuniam acceperit.d.c.prohibentur.& l.iiij.in fine.item l.qui accuſare.viij.§.alij propter turpem.verſ.nummóſve.ff.de accuſationib.

XXXIII. Exceptio: Niſi accuſator plures reos habeat. d. c. prohibentur. & d.§. alij propter turpem. De qua exceptione vide plura M. I. C.d.q.v.except.x.

XXXIIII. Exceptio: Niſi accuſator cognatus ſit, adfinis, familiaris vel domeſticus accuſati. iij. q. v. c. ſimiliter. verſ.vel ad fines.c.accuſatores.verſ. nec familiares. item iij. q.xj.c.vlt.§.ſi quis enim. l.ſi quis.xx.C.qui accuſare non poſſunt. Plura de hac exceptione vide M. I. C. lib.j.cap.xij.q.v. except. xij.Sed & eius ſpecies ſunt exceptiones proximè ſequentes.Replicationes vide ĵ.except.xxxvij.

XXXV. Exceptio: Niſi ſeruus dominum accuſet. d. §. ſi quis enim. & d. cap. vltim. §.cauſa verò. ij.q.j. cap.in primis. §. quod autem dicitur. d. l. ſi quis.xx. & l.j.§.quod autem.ff.de officio præfecti vrbi.Plura de hac exceptione vide M. I. C. except.xij.

XXXVI. Exceptio: Niſi liberi parentes accuſent.ij.q.j. c.prohibentur.l,qui accuſare.viij.§.alij propter cōditionem. ff.de accuſationibus.Huius replicationes vide ĵ.exce. prox.

XXXVII. Exceptio: Niſi libertus patronum accuſet. iij. q. xj.c.vlt.§.fin. xij.q.ij.c.epiſcopus.§.huiuſmodi autem. & §. in criminali. d.§.alij per conditionem. & l.vlt.C.qui accuſare non poſſ. Huius & ſuperioris proximè exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ex lege Iulia maieſtatis accuſet.d.§.in criminali.verſ.crimen verò. & d.l.xx.verſ.maieſtatis tamen.& d.§.ſi quis enim,in fine. Altera replicatio eſt: Niſi ciuiliter, non criminaliter agatur.ij.q.j.c.prohibentur. §.liberi.& l.xj.§.j.ff.de accuſationibus.

XXXVIII. Exceptio: Niſi domeſticus vel familiaris iudicis accuſet.iij.q.v.c. ſimiliter,in verbo Gratioſi. & iiij.q. iiij.c.penult.§.fin.cum c.ſequente.

XXXIX. Exceptio; Niſi accuſator prior à reo ſit accuſatus, quæ accuſatio nondū ſit finita.iij.q.xj.in prin.cum c.ſequente. c.non eſt, in prin.c.neganda.iiij.q.j.c.vlt.§.fin.vj.

q.j.c.

q.j.c.qui crimen.l.neganda.xix.C.qui accusare non poss. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi accusator de maiori crimine accusetur.d.c.non est.§.hoc autem.l.j.C.qui accusare non poss. Altera replicatio est: Nisi reus contra accusatorem priorem inscriptiones tantùm pendente accusatione deponat:hoc enim facere nō prohibetur.d.c.neganda, in fine. & d.l.neganda. Tertia replicatio est: Nisi prior reus suam suorúmve iniuriam persequatur. d.c.& d.l.neganda.in prin. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. lib.j.c.xij. q.v.except.x.

XL. Exceptio: Nisi accusator aduersus eundē vel alium accusatione instituta non probauerit.iij. q.x.in prin. cum c. sequente. & c. vlt. item iiij. q.vj.c.j.c.si accusatorum.& c.vlt. item l.vij.§.si tamen.ff.de accusationib. Huius replicatio est: Nisi accusator propriam causam, non tamen criminalem vel ecclesiasticam, persequatur.d.q.vj.c.vlt.ver.nisi proprias. de qua re dicetur ĵ.inter replicat.generales.

XLI. Exceptio: Nisi accusator ab instituta accusatione semel destitit.c.licet.xiiij.de accusationib. De qua exceptione vide M I.C.lib.j.c.xij.q.v.except.xvj.

XLII. Exceptio: Nisi accusator antea præstito iureiurando accusationi renunciauit. cap. veniens. xv. de accusationibus.

XLIII. Exceptio: Nisi accusatoris nihil intersit.approbatur(teste glossa)c.illa præpositor.iij.de accusationibus.

XLIIII. Exceptio: Nisi ecclesia vel ecclesiastica persona accuset: his enim videtur accusatio deneganda: quia mali ab iis tolerandi videntur, per ea quæ dicentur ĵ. cap. viij.quæst.ij.reg.iij.

XLV. Exceptio: Nisi plures eundem de eodem crimine accusent.d.cap.illa.iij.de accusationib. & l.xvj.ff. eod.tit. Huius replicatio est: Nisi priore accusatore desistente, alius eundem reum repetat. ij.q.j.c.prohibentur.§.ab alio.l.xj.§. fin.ff.de accusationibus. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. d. quæst. v. except. xvij. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide d.quæst.v.

REPLICATIONES PRÆCEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALES.

Planè exceptionum hactenus enumeratarum replicationes aliquot restant generales siue communes, quarum

prima hæc est: Nisi accusare prohibitus suam suorúmve iniuriã persequatur: hoc enim casu accusatio ei nõ denegãda. d.c. prohibentur. §. hi tamen omnes. iiij q. vj. c. omnibus. c. illud verò. versi. nisi proprias. item c. si accusatorum. vers. nisi proprias. & c. vlt. ver. nisi proprietas. itẽ l. xj. in prin. ff. de accusationib. Altera replicatio videtur: Nisi clericus accusetur. reprobatur. iij. q. v. c. de acccusationib. c. accusationes, c. accusatore in prin. c. nullus, in fine. Concordant itẽ ea quæ habentur s. c. ij. except. xiiij. Tertia replicatio est: Nisi reus accusatorem propter crimen, quod illi obiicit, à sua familiaritate antea non repulerit. c. nulli. v. de accusationib. iij. q. v, c. nulli, in prin. Huius duplicatio est in reo, qui excommunicato accusatori antea communicauit: hic enim nihilominus eum propter excommunicationem ab accusatione poterit repellere. cap. ij. de exceptionibus. Quarta replicatio est: Nisi par parem, vel superior inferiorem accuset. ij. q. vij. c. pagani. Quinta replicatio est: Nisi hæreticus accusetur. d. q. 7. c. præsumunt. §. huic oppositioni. vers. cæterum si à fide, item vj. q. 1. c. nos sequentes, §. sed licet. & c. cum maiores. c. quæro. Huius duplicatio est: Nisi hæreticus de alio crimine, quàm de hæresi, accusetur ab eo qui est inferior in conuersatione vitæ. d. q. 7. c. si hæreticus. §. sed quæritur. Sexta replicatio est: Nisi accusator testis in reum produci possit. d. q. vij. c. testes. §. nunc demonstrandum. vers. at quicunque. Septima replicatio videtur: Nisi seruus accusetur. Sed reprobatur ij. q. iiij. c. nulli. l. v. in prin. ff. de accusationib. Hactenus, quibus accusatio publica competat, ostensum est. nunc aduersus quos competat, videndum.

V. ADVERSVS QVOS ACCVsatio publica competit?

Regulariter quidem alius quam qui crimen commisit, accusari ac puniri non debet. j. q. iiij. in princ. cum sequentibus, vsque ad c. quia præsulatus. c. crimen. c. Iudæi. c. iam itaque. c. non imputantur. item xxiiij. q. iij. in princ. §. vnde per Ezechielem. & §. quia verò. item c. j. c. certum. §. illicita. item c. ij. §. ri. de his quæ fiunt à maiore parte. & de consecrat. dist. iiij. c. quæris, in prin. item l. xxvj. ff. de pœnis. Nouel. cxxxiiij. §. cum verò corrigerit. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi mandato vel consilio alterius crimen sit cõmissum. hoc enim casu vterque potest accusari. De pœnitent. distin. j. c. si quis

c.si quis iratus, cum c.sequente.l.v.C.de accusationib. Concordant item ea quæ habentur j.cap.viij.quæst.vj.except.j. Altera exceptio est: Nisi alius in crimen consensit: nam & hic propter suum consensum tenetur. xj.q.iij.c.qui consentit. xvij.q.iiij. c.omnes.xxij.q.v.in prin.xxvij.q.j.c.viduas.§.fin.item dist.lxxxvj. c.facientis. Accedit glossa in c.j.de officio delegati. Tertia exceptio est: Nisi alius crimen defendat: nam & hic ob suam defensionem tenetur. d. c.qui consentit.vers.& defendit alium.item vers.si quis peccantem defendit. Exemplum habetur d.q.iij.c.ita corporis.& xiiij.q.vj.c.j.§.illud verò fidentissimè. Quarta exceptio est: Nisi alius coegit ad crimen faciendum: nam & hic tenetur.xxij.q.v.in prin.cum c.sequente. Quinta exceptio est: Nisi alius, cum posset, non propulsauit iniuriam: nam & hic tenetur. distin. lxxxiij. in prin. cum cc. sequentib. item c. consentire. item dist.lxxxvj.c.facientis.item xxiij.q.iij.c.non in ferenda.c.qui potest. c.ab Imperatorib. & c.vlt.item xxiij.q.v.c.non putes. c.non est.ca.qui vitiis.item xxiij. q.viij. c.præterea.item De sentent.excom.in vj c.dilecto vj.§.& quidem. Vide item j.c. viij.q.vj.except.iij. Sexta exceptio est: Nisi pœna non solum crimen cōmittenti, sed etiam eius posteris leges specialiter imposita sit: hoc enim casu posteri quoq; puniuntur, exemplo criminis læsæ maiestatis, l.v.§.filij verò eius. C. ad l.Iul. maiestatis. Cuius replicatio est: Nisi posteri per fœmininam, non masculinam lineam descendant. c.vbicunque.iiij. de pœnis, in vj. Plura de regula proposita vide M. I. C. lib.j. cap.xij.q.vj.item j.c.viij.q.vj.

VI. PER QVOS IVDICIA publica competant?

I. Regula: Per alium accusatio institui non potest, neque per epistolā. ij.q.vj.c.si quando.ij.q.vij.c.criminationes.ij.q. viij. c. perscripta, in princ.iij.q.ix.c.absente.c.non oportet.c. habetur. c.qui accusare.c.dignum.c.absens.c.vlt.item v.q.ij. c.relatum.v.q.iij.c.in criminalibus. Propositæ regulæ exceptio. prima hæc est: Nisi absentiæ causa per procuratorem reddatur.v.quæst.iij. in prin.cum c.sequente. item De accusationib.cap.veniens. xv.§.idem verò ad suum.& l.lxxj.ff.de procuratoribus. Altera exceptio est: Nisi accusator in illustri dignitate sit constitutus. iij. q. ix.c.absens.l.vlt. C. de iniuriis. Hæc exceptio in causis tantùm iniuriarum locum

habet,in cæteris causis criminalibus publicis non item.l.xv. C.de accusationibus. Tertia exceptio est, Nisi ciuiliter ex crimine agatur: puta si maritus vxorem de adulterio accuset. vt ab ea separetur. c.tuæ fraternitati. v. de procuratoribus. Quarta exceptio est: Nisi per modum exceptionis crimen obiiciatur. cap.super his.xvj.§. fin. de accusationibus. plura de regula proposita eiúsque exceptionibus vide in glossa ij.q.vj.cap.si quando,in verbo Per exploratores. item M.I.C.lib.j.cap.xij.quæst. vij.reg.j.

II. Regula: Per alium reus se in criminalibus defendere non potest, nec per epistolam. iij. q.ix.c.vlt. v.q. iij. c. in criminalibus,in fine.& c.vlt.vers.excepto publico.& l. xiij. ff. de publ.iud.Huius exceptio prima hæc est:Nisi absens sit damnãdus ad pœnam:hoc enim casu quilibet potius pro eo verba faciens admittendus est,quàm absens damnandus.d.q.iij.c.j. c.si ærogans.§.reos.item De accusationibus c. veniens. xv. §. idem vero.l.reos. iij. C.eod.tit. Altera exceptio est: Nisi illustris persona de iniuriis accusetur: hæc enim per procuratorem se defendere potest.iij.q.viiij. c. absens.& l.vlt. C. de iniuriis.De quare dictum quoque s. reg.prox.except.ij.Tertia exceptio est: Nisi absentiæ causa per procuratorem reddatur.De hac re dictum s.reg.prox.excep.j.Plura de regula proposita vide j. de sententia ferenda.item M.I.C.d.q.7. reg.2.

VII. VBI ET APVD QVEM accusatio competat?

I. Regula, De loco in quo crimen cõmissum est. Ibi regulariter reus accusandus ac puniendus est.c.j. de raptoribus. ii.q.iij.c.Paulum.§.reuera.iij.q. vj.in prin. cum c.sequente, & c.vlt.iij.q.viiij.c nec extra.vj.q. iij.c.placuit. c. vlt. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi papa permiserit alibi accusari.d.c.nec extra.vers. salua tamen. Altera exceptio est: Nisi alibi de crimine constare possit. Tertia exceptio est: Nisi per appellationem vel recusationem iudicis causa aliò deuoluatur.Hæ duæ exceptiones approbantur d.q. vj.c. pulsatus.§. hoc autem.Quarta exceptio est: Nisi episcopus accusetur.d.q.vj.c.si quis.in prin.iij.q.v.c. accusatores. §.nullus Plura de hac exceptione dicentur j.lib. iij. cap. viij. quæst.x. reg. vj. Quinta exceptio est: Nisi reus alibi deprehendatur. c.j.§.contrahentes.de foro competenti.

II. Regula

II. Regula, De Stationariis. Apud hos accusatio non competit.iiij.quæst.iiij.cap.nullus.§.si quis se.l.viij.C. de accusationibus.

III. Regula: De eo cuius interest. Apud hunc quoque accusatio institui potest.c.illa.iij.de accusationibus.

IIII. Regula: In templis, cœmeteriis & aliis locis Ecclesiæ, causæ sanguinis agi non debent.cap.cum ecclesia.v. de immunitate eccles.

V. Regula, De ecclesiastico magistratu. Apud hunc accusatio publica nō competit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur cap.in archiepiscopatu.4.de raptoribus Plura de quæstione proposita eiusque regulis vide M. I. C.libr.j. cap.xij.quæst.viij.item j̄. cap.xij.in prin.

VIII. ANTECEDENTIA accusationem.

I. Regula: De admonitione præmittenda accusationi prælatorum cauetur ij.q.vij.c. accusatio.§.sed si quis.cap.si quis erga.Concordant ea quæ habentur j̄.cap.viij.quæst.ix. reg.j.vbi de hac regula vide plura.

II. Regula: De causæ cognitione circa personam accusatoris & accusandi causam præmittenda, cauetur d.quæst. vij.cap.si qui sunt.cap.quærendum.cap. accusatio. cap.clericos.c.criminationes, in princ.item iij.quæst.iiij.cap.si quis à vero,in fine.iij.quæst.ix.cap.habetur.& cap.dignum.Hæc de antecedentibus publicorum iudiciorum. Adiuncta, consequentia & adfinia remedia proponemus infrà, si prius de pœnis, quæ in iudicia publica veniunt dictum fuerit.

QVID VENIAT IN iudicia publica, seu de pœnis. Cap. VII.

I. SPECIES POENARVM.

PRIMA regula, De vltimo supplicio. An vltimo supplicio crimina punienda sint? quæritur xxiij. quæstio.iiij. cap.vltim.§.fin. Quòd hæc sit illicita pœna, probatur xxiij. quæst.v.in princ. cap.circumcelliones. cap.pœna.cap.vnum. cap prodest.cap.reos, in prin. Contrà, quòd sit licita pœna mortis, probatur d.c.reos.§.sed obiicitur.item d.quæst.v.c. de occidendis,in prin.cap.si non licet.§.& ideo nequaquam.

cap.qui

cap.qui malos.cap. homicidas. cap.si audieris.c.hoc tamen. & cap.vlt.§.fin.

II. Regula, De pœna carceris. Hæc pœna approbatur. cap.quamuis.iij. de pœnis, in vj. Contradicit l. viij.§. solent præsides.ff.de pœnis.

III. Regula, De perpetuis vinculis seu perpetuo carcere. Hæc pœna approbatur d. cap. quamuis.iij. Contradicit l.xxxv.ff de pœnis.& l.vj.C.eod.tit.nisi in seruis, l.x.C.eo.tit

IIII. Regula, De mulcta. Quibus debeatur, definitur. xvij.quæst.iiij.cap.si quis in atrio cap.si quis contumax.§.fi. cum cap.sequente.c.omnes.item De pœnis c.ij. Hæc de iure pontificio. Iure autem ciuili mulcta fisco applicatur l.v.C.de modo mulctarum. Hæc de speciebus pœnarum: quarum tamen plures vide M.I.C.lib.j.cap.xiiij. Sed & de excommunicatione aliisque pœnis ecclesiasticis tractabitur j.in capitib.sequentibus.

II. QVÆ POENA CVIQVE sit irroganda?

I. Regula: Non omnia crimina eadem pœna sunt punienda. De Pœnitent. distinct.j.cap.pœnæ.§.fin.l.ix.§.istæ ferè sunt.ff.de pœnis. Contradicere videtur cap. defleat.ix. ff.de regulis iuris.

II. Regula: Si crimini certa pœna est à legibus vel canonibus constituta: eam sequi debet iudex. cap.de causis iiij. §.illius etiam. de officio delegati.ca.licet.iij.de pœnis.xvj.q. vj.cap.cognouimus.c.vlt.in princ.item xxiiij.quæ.j.ca.non afferamus.ij. quæst.iij. cap.vlt.§.accusatorum temeritas.l.j. §.calumniatorib.vers.nam vt Papinianus.ff. ad S.C. Turpillianum.l.inter.cxxxj.§.pœna non irrogatur & l.ccxxiiij §.fi. versi.nisi cum lege.ff. de verbor.significat. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus ad ecclesiam confugerit: tunc enim mitius punitur. cap. inter alia.vj. versic.nec inde damnari.de immunitate ecclesiar. Altera exceptio est: Nisi reus qui pecuniaria pœna est puniendus, non sit soluendo: tunc enim arbitrio iudicis corporali pœna punitur.c.finem v.§.etsi soluendo. de dolo & contumacia.xiiij. quæst.vj.cap. si res aliena.§.huic certæ.versic.verum quidem. Concordat M.I.C.lib.j.cap.xiij.quæst.v.de pauperibus.Tertia exceptio est: Nisi episcopus cum reo dispensauerit. approbatur sub conditione cap.at si.iiij.§.de adulteriis. de iudiciis. Quarta exceptio

exceptio est: Nisi per modum inquisitionis crimen probatum fuerit: hoc enim casu arbitraria, non ordinaria pœna locum habet, per ea quæ proponentur j.cap.xiiij. de inquisitionib.quæst.vj.regu. xij. Plures propositæ regulæ exceptiones vide à sequentibus regulis.

III. Regula: Si crimini certa pœna constituta non est; ea permittitur arbitrio iudicis irroganda.cap.de causis.iiij.§. illis etiam.versi.alioquin ipsos pro delicti qualitate.de officio delegati.l.j.§.expilatores. versi. quibus quia.ff. de effractoribus.l.hodie. xiij.ff. de pœnis. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi iudex modum excedat. xxiij.quæst.v.cap. prodest.d.l.xiij.versi.ita tamen vt in vtroque.l. respiciendum.xj. in princ.ff. de pœnis. Pro declaratione propositæ exceptionis sciendum est, modum quo iudicis arbitrum in pœnis decernendis restringitur, variè definiri pro varietate circunstantiarum, & qualitate criminis, cap.sicut. vj. de homicidio.cap. aut facta.§.j.de pœnitentia.distinct.j.l.aut facta.xvj. §.sed hæc quatuor.ff.de pœnis.l.iiij.§.penult.ff.de incendio, ruina,&c. Quis ergo modus pœnarum arbitrio iudicis à legib. & canonibus constitnatur, per singulas circunstantias ordine videamus: & primùm in persona delinquentis seu crimen committentis.

DE PERSONA DELINquentis regulæ.

De prælatis puniendis. Grauius cæteris puniendi.xj.q.iij. cap.præcipuè.xxv.quæst.j.cap.nullus, in fine, item De iureiurando cap.cum quidam.xij.in princ. Contradicit cap.quia pontificali.ij.de officio delegati, in vj.

De clericis puniendis prima regula cauetur cap. tuæ discretionis. vj. de pœnis.distin.50. cap.si episcopus. ca.si quis viduam.xvj.quæst.vj.cap.de lapsis.

Secunda regula, De clericis suspendendis ac deponendis, cap.at si clerici.iiij.§.si verò coram.de iudiciis.

Tertia regula: De clerico incorrigibili perpetuæ custodiæ seu incarcerationi mancipando, cauetur cap. vt famæ. xxxv.de sentent. excommunic. item cap.nouimus. xxvij.§. fin.de verbor.signific.

Quarta regula: De clerico sæculari magistratui tradendo cauetur d.c.nouimus, in princ. Quæ tamen regula non est perpetuò vera.c.at si clerici.iiij.§.fin.de iudiciis.

Quinta

Quinta regula: De modo degradandi clerici cauetur d. cap. nouimus. versi. sæculari potestate præsente. item cap. ij. de pœnis, in vj. c. j. de hæreticis, in vj.

De monachis puniendis cauetur xvj. q. j. cap. Probinum. item c. relatum. vij. ne clerici vel monachi sæcularibus.

De abbate puniendo cauetur xvj. q. vj. c. episcopo.

De minoribus ætate mitius puniendis. vide s. cap. proxi. quæst. iij. except. viij. in fine.

DE PERSONIS EORVM, IN quos crimen commissum est Regulæ.

Huius loci regula proponitur De pœnitent. distinctio. j. capit. aut facta. §. persona. l. aut facta. xvj. §. persona. ff. de pœnis.

Si in cardinalem crimen sit commissum, pœna definitur ca. fœlicis. v. de pœnis, in vj.

Si in episcopum crimen sit commissum, pœna definitur Clement. j. de pœni. xvij. q. iiij. cap. si quis deinceps.

Si in clericum crimen commissum sit, pœna definitur d. c. si quis. versi. si verò in præsbyterum, &c. De huius criminis pœna plura dicentur j. cap. prox. quæst. v. causa vj.

DE QVANTITATE ET QVAlitate criminis Regulæ.

Ne pœna maior sit delicto. c. quæsiuit. ij. §. fin. de his quæ fiunt à maiore parte. d. cap. aut facta. §. qualitate. & d. l. aut facta. xvj. §. qualitate.

De re circa quam crimen commissum est, regula proponitur d. c. & d. l. aut facta. §. quantitas.

De loco in quo crimen commissum est, cauetur ibidem. §. locus facit. & d. l. aut facta. §. euenit.

De tempore quo crimen commissum est, cauetur d. cap. & d. l. aut facta. §. tempus.

DE RELIQVIS CIRCVNstantiis Regulæ.

Si lex qua crimini pœna constituta est, obscurior sit: interpretatione pœna mollienda potius quàm exasperanda. cap. pœnæ, in princip. de pœnitent. distinctio. prima. l. xlij. ff. de pœnis.

Si nimium multis grassantibus exemplo est opus, pœnæ sunt

ſunt augendæ.l.xvj.§.fin.ff. de pœnis. Contradicit xxiij.q.ij. cap.ſi quis poteſtatem.§.fin.cum cap.ſequente.

Si iudex eccleſiaſtica ſit perſona, pœna ſingularis ab ea irroganda non eſt. cap. in Archiepiſcopatu. iiij. in fine de raptoribus.

Si reus crimen facilè confeſſus ſit, mitius cum eo agendum eſt.cap.præſbyterum,in fine.diſtinct.50.item xj.q.iij.ca. iniuſtum.§.fin. Hactenus de eo, qua quiſque pœna ſit puniendus,dictum eſt. Plures eiuſmodi regulas vide M.I.C.lib. j.cap.xiiij.q.v. Nunc ſequitur de pœnis eccleſiaſticis.

DE EXCOMMVNICAtione. Cap. VIII.

PRIMO: Definitio excommunicationis proponitur xj. quæſt.iij.cap.ad menſam,§.vel ſententia.

II. GENVS ET QVALItas huius pœnæ.

I. Regula: Excommunicatione nulla maior pœna eſt in eccleſia.xxiiij.q.iij.cap.corripiantur.verſi.qua pœna.

II. Regula: Medicinalis, non mortalis eſt pœna. cap.j. in princ.de ſentent.excommunicat.in vj.xxiiij.quæſt.iij.cap. notandum, in fine.

III. Regula: An ſit licita pœna? Videtur quòd non: hac ratione, quòd mali ſunt tolerandi.xxiij. quæſt. iiij.in princ. cum cap.ſequente.c.tu bonus.c. quid ergo,cum pluribus ſequentibus,vſque ad c.cum in lege.§.his itaque reſpondetur. Huic argumento reſpōdetur per diſtinctionem, ſi mali non ſint noſtri iuris vel iuriſdictionis, vel eorum delicta latent, aut ſalua pace eccleſiæ puniri non poſſunt: aliâs contrà.d.§. his itaque reſpondetur, vſque ad c.cum quiſque.item d.c.cū quiſque,in prin.& d.q.iiij.c.duo iſta.§.fi.cū ſequentibus,vſq; ad c.diſ·likt et.item d.q.iiij.c. qui peccat.c.ſi eccleſia.c.quæſitum.c.ſi quos igitur.c.ſi non ex.§.breuiter, cum ſequētibus, vſque ad c.debet homo.c.vlt. in prin.item xxiij.q.viij.c.legi. xxiiij.quæſt j.cap.quiſquis.xxiiij.q.iij.cap.tam ſacerdotes.c. de excommunicationis.cap.reſecandæ.cap.corripiantur.ca. ecce autem.cap.illud ſanè.cap.notandum.xj.quæſt.iij.ca.audi.§.fin.cap.ſequente.

Alia ratio,qua videtur illicita pœna excōmunicationis,& omnis alia, quia inutilis vel ſuperflua, proponitur xxiij.q.4. c.cum

cap.cum quisque.§.est & alia. Huic respondetur d. quæstio. iiij.cap.sicut non est,cum sequentibus,vsque ad cap.ipsa pietas. Plura de regula proposita vide j.c.xvij.in princ.

III. DIVISIO excommunicationis in eam quæ fit ipso iure,& in eam quæ fit per sententiam: item in eam quæ fit à corpore Christi,& in eam quæ fit à communione fidelium.proponitur xj.quæst.iij.cap.curæ sit.§.fina.cum cap. sequente.cap.ad mensam.§. euidenter. versi.sed ipsius sententiæ,cum sequentibus. Eius excommunicationis, quæ fit ipso iure, exemplum est xxiiij.q.iij.cap.de illis.cap.cum aliquis.cap.certum, in princ.

IIII. DIFFERENTIA excommunicationis & anathematizationis proponitur iij.quæst.iiij. cap. penult.§. fin.cum cap.sequente. Alia differentia proponitur.xj. quæst. iij.cap.nemo.

V. EX QVIBVS CAVSIS EXcommunicationis pœna est irroganda?

Non nisi ex certa & manifesta causa quis excommunicandus.d.c nemo.item De sentent.excom.c. sacro.xxxxviij. §.caueat. Concordant item ea quæ proponentur j. except. generali iij. & iiij. Ex quibus igitur causis excommunicandus quis sit,videndum.

I. Causa:Si quis decreto vel constitutioni prælati sui non obtemperauit.. c. si quis. ij. c. quod super. viiij. & c. cum in ecclesiis.x.de maioritate & obedientia. xj. q. iij.c. si episcopus.§.fin.xxiiij.q.iij.c.si quis de vers. & mandauerit. vide insuper j.lib. prox. cap. vj, quæst.iiij. reg. 5.Planè propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui non obtemperat, appellauit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur cap.licet.xiiij. de sentent. excommun.in vj. Concordat ea quæ proponuntur j.lib.prox.c.xvij.quæst.vij.reg.xiij.Contradicere videtur c.cum parati.xix.de appellationib. Altera exceptio est: Nisi contumax iter ad Papam est ingressus, ei causam expositurus. cap.dilecti. 52. de appellation.Concordant ea quæ habentur j.lib.prox:capit.xix.except. vj.replic. j.dupl.vj.

II. Causa: Si admonitus sit incorrigibilis. xxiiij.q.iij. c. tam sacerdotes.& c.ecce autem. Vide item j.quæst.ix.reg.j.

III. Causa: Si magistratus ecclesiasticus vim patiatur, potest vim inferentem excommunicare, vel terram eius interdicto

terdicto subiicere.c.dilecto.de sentent.excommun.in vij.

IIII. Causa: Si episcopus vel ecclesia accusetur, admonitione non præmissa. ij.q.vij.c.si quis erga. Huius exceptio est: Nisi de causa pecuniaria, non criminali agatur.d. q.vij.c. si quis ab episcopo.

V. Causa: Si quis ecclesiam contra immunitatem vel libertatem suam grauerit.c.non minus.iiij.de immunit.eccle. c.nouerit.xxxxix.& c.grauem.xxxiij.de senten.excom.

VI. Causa: Si clericum vel aliũ religiosum percussit, vel vim ei intulit.xvij. q. iiij. c. si quis suadente, in prin c.si quis deinceps.c. de presbyterorũ. item De sentent. excom.c. non dubium.v.Huius causę exceptio prima hæc est: Nisi ratione officij ac disciplinæ quis clericum percussit. cap.j. §. neque magister.& c. cum voluntate.liiij.§.si qui verò.de senten.excomun. Huius replicatio est: Nisi prælatus non per se, sed per laicum clericum disciplinæ causa percusserit. c. vniuersitatis.xxiiij. eod. tit. Contradicit c.vt famæ.xxxv.§.fin.eod. tit.item c.si clericos.xv.eod.tit.in vj.Altera exceptio est: Nisi iussu pręlati quis clericũ percusserit, vel vim ei intulerit.d.§. fin.& d.c.si clericos xv. Contradicit d.c.vniuersitatis. Tertia exceptio est: Nisi impubes clericum percussit. c.j.in princ.de sentent.excom. Quarta exceptio est: Nisi ioco percussit.d.c. j.§.j. Quinta exceptio videtur: Nisi volentẽ percussit. Sed reprobatur c.contingit.xxxvj.eod.tit. Sexta exceptio est: Nisi deprehensum in adulterio vel stupro percussit. approbatur simul & distinguitur c.si verò.iij.§.nec ille, cum sequente.de senten.excom. Septima exceptio est: Nisi ignorans clericum percussit. cap.si verò. iiij. eodem tit. Octaua exceptio videtur: Nisi priuilegiatus clericum percussit. Sed reprobatur c. nulli.viij.eod.tit. Nona exceptio est: Nisi quis eum, qui contempto habitu clericali, illicitis se immiscuit, percussit.cap. cũ nõ ab homine.xiiij.§.in articulo.c.perpẽdimus. xxiij.c.in audientia.xxv.& c.contingit.xxxxv.eo.tit. Decima exceptio est: Nisi diuina officia turbantẽ è tẽplo eiecerit.c.veniẽs.xvj. & c.cum voluntate.liiij.§.si qui verò. eod.tit. Vndecima exceptio est: Nisi non clericum.sed monachum, vel cõuersum, aut nouitium percusserit, reprobatur c.parochianos. ix. de sentent. excom. c.religioso.xxj.§.fin.eod.tit.in vj. Duodecima exceptio videtur: Nisi cum eo quem percussit, transegit. Sed reprobatur c. cum desideres. xv. §.iij.de sent. excomm. Decimatertia est: Nisi Iudęus clericum percusserit: hic enim

cum sit excõmunicatus, amplius excõmunicari non potest. Ideóque alia pœna punitur: de qua j. c. xviij. de Iudæis, reg. xiiij. Plura de causa proposita eiúsque exceptionibus vide j. cap. xiij. quæst. iij. reg. j. except. vij.

VII. Causa: Si clericum vel alium religiosum in vinculis vel custodia detinet. c. nuper. xxix. in prin. de sentent. exc. Huius causæ exceptiones eædẽ sunt, quæ superioris prox.

VIII. Causa: Si quis ecclesiam effregerit ac spoliauerit. c. conquæsti. xxij. de sentent. excom.

IX. Causa: Si absolutio vel reuocatio per vim fuerit extorta. c. j. in fine. de his quæ vi metúsue causa, in vj.

X. Causa: Si excõmunicato cõmunicauerit. c. cum desiderés. xv. vers. quia qui com. c. significauit. xviij. c. quod in dubiis. xxx. §. j. de sentent. exc. xj. q. iij. c. præcipuè. c. si quis episcopus iij. ver. sed & cõmunicãtes. c. si quis. iiij. ver. sed etiam eos. c. sicut. c. excõmunicatos. c. cum excommunicato. c. qui cõmunicauerit. c. audi. §. cum ergo. c. quibus. c. si quis frater. c. qui meritò. c. qui verò. c. vlt. in prin. Apost. canon. Si quis. x. Exẽplũ propositæ causæ habetur d. q. iij. c. Teugualdũ. Aliud habetur c. ad certitudinem. iij. §. cæterùm vniuersis. de sententia excom. in extrauag. com. Planè propositę causæ exceptiones plures enumerãtur xj. q. iij. c. quoniam multos. item c. quod in dubiis. xxx. §. nullus autem. & c. inter alia. xxxj. de sentent. excom. Istarum exceptionũ prima hæc est. Nisi familiares atque domestici excõmunicato communicauerint d. c. quoniã multos. item c. si verò xxxiiij. de sent. excom. Altera exceptio est: Nisi ignorans excomunicato cõmunicauerit. d. c. quoniã multos. ver. & eos qui ignorãtes. itã d. q. iij. c. si is qui potest. § fin. cũ c. sequẽte. item c. vlt. vers. seu ignorantia. Tertia exceptio est: Nisi ex necessitate excõmunicato cõmunicauit. d. c. vlt. vers. seu necessitate cuiusquã & d. q. iij. cap. excellentissimus. vers. aliud esse ex necessitate. Huius exemplũ proponitur d. c. quoniã multos. vers. quicunq; autem orator. Cõcordat c. si verò. xxxiiij. §. est autẽ. de sent. excom. Aliud exemplũ habetur d. q. iij. c. antecessor. & c. quod prædecessor. Sed & eius exemplũ est s. excep. j. Vide item j. excep. xxiiij. Quarta exceptio est: Nisi quis ei qui excõmunicato cõmunicat, cõmunicauerit: hic enim ob id excõmunicatus non est. d. cap. quoniam multos. vers. siue illos qui communicant. Contradicere videtur d. q. iij. c. rogo. c. si quis laicus. §. j. Huic obiectioni respondet Gratianus d. c. si quis

laicus.§.sed hoc pertinet. Quinta exceptio est:Nisi quis humanitaris gratia excommunicato quid dare velit:hoc enim facere potest sine metu excommunicationis.d.c. quoniam multos. §.fin. Sexta exceptio est: Nisi communicans excommunicato simplex sit, vt ab eius conuersatione nihil mali sit metuendum.d.cap.quoniam multos vers. nec non & omnes alios.Septima exceptio est:Nisi excõmunicato communicans animo non consentiat. xj.q.iij.c.antecessor,cum c. sequente.Concordant ea quæ proposita sunt s. q.ij.reg.iij.§. huic argumẽto. Octaua exceptio, sumpta ex specie excommunicationis, proponitur, & approbatur xj.q.iij.c.ad mensam.Nona exceptio est:Nisi occulta sit excõmunicatio eius, cui quis communicauit, vel non nominatim facta nec publicata.d.q.iij.c.curæ sit.§.final.c.audi.c. si quis laicus. §.sed hoc specialiter.itẽ xxiiij. q. iij.c.j.§.fin. Huius replicatio est: Nisi ob id, quòd clericũ percussit, excommunicatus fuerit: in huius enim excommunicatione non est sententia opus.c. cum non ab xiiij. in princ. & c.cum desideres. xv.§.secundæ quæstioni. de sentent. excom. Decima exceptio est: Nisi ei qui iniustè excommunicatus est, quis communicauerit. xj. q.iij.c.non debet.Contradicit d.c.non debet.§.cur ergo,cum c. sequente. Huic obiectioni respondet Gratianus ibidem §. ad hæc respondendum. Concordat d.q. iij.c. si episcopus. §. præmissis. Plura de hac re vide j. quæst. x. except. gener. ij. Vndecima exceptio est: Nisi is qui excõmunicato communicauit,prius non fuerit admonitus c.quod in dubiis.xxx.§. illi autem.& ibi glossa.de sentent. excomm. Concordant ea quæ habentur j. quæstione ix. reg. j. Duodecima exceptio est:Nisi ad executionem cõtra hæreticos quis excommunicatis vtatur.c.præsidentes.vj.de hæreticis,in vj. Decimatertia exceptio est: Nisi quis vices tantùm excommunicati officialis gerat,vel ei remoto succedat. c.j.de officio vicarij,in vj. Huius replicatio est: Nisi cum possit, non abroget id,ob quod prædecessor fuit excõmunicatus. c.aduersus.vij.§.fin. de immunitate ecclesiar. Decimaquarta exceptio est: Nisi allocutus tantùm fuerit excommunicatũ. c.cum voluntate. 54.in prin.de sentent.excom. Decimaquinta exceptio videtur: Nisi priuilegiatus excommunicato communicauerit. Reprobatur c.nulli.viij.d.tit. Decimasexta exceptio est:Nisi clericus excommunicato communicauerit. Videtur approbari xj.q.iij.cap. qui communicauerit. Contradicunt plures

canones s̄. positi. Decimaseptima exceptio videtur: Nisi is qui excommunicato communicauit, postea eum impugnauerit. Sed reprobatur c. sacris. xxxviij de sent. excom. Decimaoctaua exceptio videtur: Nisi pendēte appellatione à sententia excōmunicationis facta quis cum excommunicato cōmunicauerit. Reprobatur hæc exceptio c. per tuas. xxxx. §. prius tamen quàm omnia. & §. sed donec de ipsis. eod. tit. xj. q. iij. c. si episcopus. § fin. Decimanona exceptio est: Nisi excōmunicatus fuit absolutus, cum ei communicatum est. Hæc exceptio approbatur quidem ipso iure, verùm eius replicatio prima hæc est: Nisi ex pluribus causis excōmunicatus, ex vna tantùm fuerit absolutus. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proponentur j̄. c. xiij. quæst. ij. causa ij. except. j. Plures huiusmodi replicationes vide j̄. in exception. aduersus absolutionem. Vicesima exceptio videtur: Nisi summus Pontifex excommunicato communicauerit, vel eum honoris titulo appellauerit. Reprobatur c. si aliquando. xxxxj. de sentent. exc. Clement. si summus. iiij. eod. tit. Vicesimaprima exceptio videtur: Nisi excommunicatus iurauerit parêre mādatis ecclesiæ. Sed reprobatur c. cum desideres xv. in prin. & c. quod in dubiis. xxx. in prin. de senten. excom. Vicesimasecunda, exceptio videtur: Nisi excommunicatus cum eo, quem læsit, transegit. Sed reprobatur d. c. cum desideres. xv. §. tertio loco. Vicesimatertia exceptio videtur: Nisi diu fuerit excōmunicatus, postquam cum eo communicatum est. Sed reprobatur c. sicut nobis. xxxix. d. tit. Vicesimaquarta exceptio est: Nisi vi metúsue causa coactus excommunicato cōmunicauerit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur c. sacris. v. de his quæ vi metúsue. Vicesimaquinta exceptio videtur: Nisi is qui excōmunicantis iurisdictioni subiectus nō est, excōmunicato cōmunicauerit. Sed reprobatur c. ad reprimendam. viij. de officio ordinarij. xj. q. iij. c. si quis à proprio. c. seruetur. Vicesimasexta exceptio est: Nisi quis excommunicato fuerit concionatus. cap. responso. xxxxiij. in prin. de sentent. excom. Hæc de decima causa excōmunicationis, eiusque exceptionibus sint dicta.

XI. Causa: Si quis contra excommunicationem aliquid fuerit molitus. c. quicunque. xj. de sentent. excom. in vj.

XII. Causa: Si clericum ad sæcularem iudicem in ius vocauerit. xj. q. j. c. inolita. q. ij. c. vnico.

XIII. Causa: Si alium quàm fidei catholicæ iudicem appella-

appellauerit.ij.q.vj.c.catholicus.

XIIII. Causa: Si ad transmarina appellauerit. d. q.vj.c. placuit.§.ad transmarina.xj.q.iij.c.præsbyteri.§.fin.

XV. Causa: Si quis promissis fidem non præstet. Hæc causa approbatur exemplo c.j.de iudiciis.

XVI. Causa: Si falsum testimonium dixit.xxiiij.q.iij.c. itaque censuimus.

XVII. Causa: Si homicidium commiserit.d.c.itaque.

XVIII. Causa: Si quis duas vxores simul habeat. d. q. iij.cap.annon.

XIX. Causa:Si quis clericum, aut alium religiosum,vel pauperem spoliauerit. d. q. iij. c.si quis de potentib. cap. illi qui,in prin.

XX. Causa:Si quis Romipetas,peregrinos vel mercatores molestet.d.q.iij.c.si quis Romipetas c.illi qui,in princip.

XXI. Causa: Si quis oratores,ecclesias,bonáq; & personas earum infestet.d.q.iij.cap.paternarum & d.cap.illi qui,in capit.

XXII. Causa: Si quis pacem fregerit.d. c.illi qui.§.pax princip.

XXIII. Causa: Si ad synodum vocatus non venerit,vel veniens præceptis sacerdotalibus non obtemperauerit, vel ante finem à synodo abierit xj.q.iij.c.certum est.

XXIIII. Causa: Si ecclesiastica prædia inuaserit.xij.q. ij.c.nulli.c.quicunque.

XXV. Causa: Si quis periurium confiteri nolit.xxij.q.j. c.penult.§.fin.cum c.sequente.

XXVI. Causa:Si sortilegus, diuinator,incantator sit,vel similis.xxvj.q.v.in princ. c.non oportet. c.aliquanti.c.si quis clericus.c.auguriis.c.episcopi, in prin.& c. quicunque.§.fin.

XXVII. Causa: Si quis ariolos, cæterósque similes cōsuluerit vel obseruauerit.d. q.v.c.j.c.aliquanti. vers. vel consulere.& c. si quis clericus.vers.cum his qui cum eis.

XXVIII. Causa:Si vxorem sine causa dimiserit.xxxij. q.v.c.præceptum.

XXIX. Causa:Si cum matre spirituali,vel cum ea quam è sacro suscepit baptismate, aut quam ante episcopum propter chrismatenuit,fuerit fornicatus.xxxiij.q.ij.c.si quis cō.

XXX. Causa: Si hæreticus sit vel fautor hæretici, receptator vel defensor.c.nouerit.xxxxix.in prin.de sentent.exc.

XXXI. Causa:Si seipsum mutilauit. Apost.canon.xxiij.

XXXII. Causa: Si in fornicatione, periurio aut furto deprehensus fuerit. Quæ causa ipso quidem iure subsistit, verùm eius exceptio est: Nisi episcopus, præsbyter aut diaconus deprehensus sit: hic enim deponitur, non excommunicatur. Apostol.canon xxiiij. Vide j.except.gener.viij.

XXXIII. Causa: Si quis cum episcopo fauore ciuilis magistratus ordinato, & rursus deposito, communionem habuerit. Apostol.canon.xxix.

XXXIIII. Causa: Si clericus præsbyterum aut diaconum contumelia affecerit. Apostol.canon.lv.

XXXV. Causa: Si quis mancum, mutum, surdum aut similem subsannauerit. Apost.canon.lvj.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM causarum generalibus.

Hactenus causas excommunicationis enumerauimus: quarum tamen plures colligi possunt. Nunc istarum causarum exceptiones aliquot generales restant exponendæ.

I. Exceptio: Nisi is qui deliquit, iurisdictioni excommunicantis non sit subiectus. c. à nobis.xxj.de senten.excom.c. Romana. v.§.j.eod.tit.in vj. Exemplum huius habetur j. exceptione v.

II. Exceptio: Nisi delinquens sit priuilegiatus.c.quanto amplius.xxvj.de priuilegiis. Huius replicatio prima hæc est: Nisi ordinarius excommunicet: contra huius enim excommunicationem nullum valet priuilegium. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c.ne aliqui.v.de priuilegiis, in vj. Altera replicatio est: Nisi priuilegiatus clericum percusserit, vel excommunicato communicauerit: hoc enim casu priuilegium ei non prodest. cap. nulli. viij. de sentent. excommunicaionis.

III. Exceptio: Nisi non sit manifesta causa excommunicationis, nec satis probata. cap.sacro. xlviij.§.caueat.d.tit. ij.q.j.cap.nemo.xj.q.iij.cap nemo. Concordant item ea quæ habentur j.lib.proxim.cap.xij.reg.xxv.

IIII. Exceptio: Nisi leuis sit causa, & canonibus non approbata.d.q.iij.cap.nullus.c.plerunque.§.causæ ergo.

V. Exceptio: Nisi delinquens non sit catholicus. xxiiij. q.j.c.audiuimus.§.vnde Apostol.cum sequentib.

VI. Exceptio: Nisi delinquens mortuus sit. xxiiij.q.ij.in princ. cap. damnationis. §. his authoritatibus. Huius replicatio

catio est: Nisi ob hæresim quis sit excommunicandus: hic enim etiam post mortem damnari atq; excommunicari potest. d. §. his authoritatib. vers. sunt enim quædam crimina. & d. quæst. ij. cap. vlt.

VII. Exceptio: Nisi in ipsum excommunicantem tantùm delictum sit commissum, non in alium. xxiij. quæst. iiij. cap. quod Christus. §. fin. cum cap. sequente.

VIII. Exceptio: Nisi delinquens depositus sit, vel alia pœna punitus. Apostol. canon. xxiiij. Huius prima replicatio est: Nisi depositioni non paruerit. Apostol. canon. xxvij. Altera replicatio est: Nisi propter Simoniam sit depositus. Apost. canon. xxviij. Plura de hac exceptione vide j. in peccatis corrigendis.

VI. QVI EXCOMMVNICANDI?

Regulariter is qui deliquit, non alius, est excommunicandus, per ea quæ proposita sunt s. cap. vj. q. v. in prin. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Si mandato alterius crimen sit commissum: hoc enim casu is quoq; qui mandauit, est excommunicandus. ca. mulieres. vj. §. fin. & c. vniuersitatis. xxiiij. de sentent. excom. Concordant ea quæ proposita sunt s. cap. vj. q. v. except. j. Altera exceptio est: Si alius delictum ratum habuit: tunc enim & hic excommunicandus est. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. cum quis. xxiij. de sentent. excomm. in vj. Tertia exceptio est: Nisi cum quis posset prohibere, non prohibuit: nam & hic tenetur. cap. quantæ. xlvij. de sentent. excom. Plura de hac exceptione vide d. quæst. v. except. Quarta exceptio est: Nisi familia eius qui crimen commisit. xxiiij. q. iij. in prin. Contradicit tamen d. prin. §. spiritualiter. & §. fin. Item contradicunt ea quæ proposita sunt d. q. v. in princ. Quinta exceptio est: Nisi maior pars vniuersitatis deliquerit: hoc enim casu tota vniuersitas est excommunicanda. cap. Romana. v. §. fin. de sentent. excom. in vj. Sexta exceptio videtur: Nisi occasione alterius crimen sit commissum: hoc enim casu is quoque, cuius occasione crimen commissum est, excommunicandus videtur Sed hæc exceptio reprobatur j. q. iiij. cap. quia præsulatus Plura de regula hac vide s. cap. vj. q. v.

VII. A QVO EXCOMMVNICANDI: seu, Quibus excommunicandi ius competit?

I. Regula, De iis qui sunt extra ecclesiam. Hi excommunicandi ius non habent. de pœnitent. distinct.j.cap. verbum. xxiiij.q.j.cap.audiuimus,cum sequentibus. Plura de hac regula vide j̄.reg.prox.

II. Regula, De hæreticis & excommunicatis. His excommunicandi ius non competit.d.c.verbum.& d.c.audiuimus,cum duobus cc. sequentib. item d.q.j.in prin.cum c.sequente.c.Achatius.§.fi.c.ait Celestinus.c.apertè.c.miramur. Contradicit tamen d.c.miramur.§.obiicitur. Cui obiectioni respondet Gratianus d.c.miramur. §. sed aliud. Alia solutio adfertur d. q.j.c. subdiaconus.§.potest tamen. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi hæreticus hæreticum excommunicauerit. d.c.miramur.§.fi.cum c. sequente. Altera exceptio est: Nisi in detestationem criminis,ob quod ab hæreticis fuit excommunicatus.d.c.subdiaconus,in prin. vsque ad §.potest tamen.

III. Regula,De laicis. His quoque ius excommunicandi non competit.d.§.potest tamen. vers.vel catholico non sacerdote.item c.vlt.de immunit.ecclesiar.in vj.c. quanto amplius.xxvj.de priuilegiis.

IIII. Regula,De prælatis. His excōmunicandi ius competit.cap.cum ab.iij.de officio ordinatij. Huius exceptio est: Nisi fœmina sit prælata.c.dilecta.xij.de maior.& obed. Plures exceptiones vide in regulis sequentibus.

V. Regula: Officialis archiepiscopi vel metropolitani suffraganeum excommunicare non potest, archiepiscopo vel metropolitano non absente. cap. j. §. fin. de officio ordinario in vj.

VI. Regula: Non nisi à sui loci prælato quis excommunicandus. vj. quæst.iij. in prin.cum. cap.sequente. Huius exceptio est: Nisi alibi crimen sit commissum:tunc enim ab eius loci,quo crimen commissum est,prælato potest excommunicari. d.q iij.cap.placuit. & cap. vlt. Concordant ea quæ proposita sunt s̄.cap.vj.q.vij.in prin.

VII. Regula: Anathematizare prælatus solus sine consensu archiepiscopi & coepiscoporum non potest. xj. quæst. iij.cap.nemo.

VII QVANDO EXCOMMUNICANDUM?

I. Regula: Post delictum commissum, non antè, excommunica

municationis ſententia ferenda. cap. Romana. v. §. caueant. de ſentent. excommu. in vj. Cuius exceptio eſt: Niſi ſententia generalis ſit, habens vim ſtatuti. cap. à nobis. xxj. de de ſentent. excom.

II. Regula: Poſt appellationem interpoſitam nemo eſt excommunicandus. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt s̃. q. v. cauſa j. except. j. Plures huiuſmodi regulas vide j̃. q. prox.

IX. ANTECEDENTIA EXcommunicationem, item modus & adiuncta.

I. Regula: De monitione præmittenda cauetur c. ſacro. xlviij. in prin. de ſenten. excom. c. reprehenſibilis. xxvj. in prin. c. cùm ſpeciali. lxj. in prin. de appellationibus. c. ſtatuimus. iij. & cap. Romana. v. §. ſed nec in ſpecie. de ſentent. excom. in vj. Apoſtol. canon. xxx in fine. Concordant item ea quæ habentur s̃. cap. vj. q. viij. reg. j. Declaratur regula propoſita modo monitionis præmittendæ definito. cap. conſtitutionem. ix. d. tit. Exemplum huius monitionis habetur c. vnico, de furtis, in extrauag. com. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi facti neceſſitas celeritatem flagitet. d. cap. ix. verſ. niſi facti neceſſitas. Altera exceptio eſt: Niſi tale ſit crimen, quod ipſo iure excommunicationem mereatur ſine ſententia. d. cap. reprehenſibilis. xxvj. verſ. niſi fortè talis ſit culpa. Tertia exceptio videtur: Niſi non excommunicationis, ſed ſuſpenſionis vel interdicti ſententia ſit ferenda. Quæ tamen exceptio reprobatur c. ſtatutum. xiij. de ſentent. excom. in vj.

II. Regula: De ordine iudiciario præmittendo cauetur cap. j. verſ. nec aliquem excommunicare. de exceſſibus prælatorum.

III. Regula: De officio excommunicantis, ne affectibus indulgeat & vt ſit irreprehenſibilis, cauetur c. j. prin. de ſentent. excom. in vj. xj. q. iij. c. ſi epiſcopus, in prin. c. ridiculum. cap. cœpiſti. cap. plerunque.

IIII. Regula: De ſententia excommunicationis in ſcriptis proferenda cauetur cap. j. §. quiſquis igitur. de ſentent. excom. in vj.

V. Regula: De cauſa excommunicationis ſententiæ inferenda cauetur d. §. quiſquis. verſ. & cauſam excommunicationis.

VI. Regula. Ne sub conditione satisfactionis sententia proferatur, cauetur c. Romana. v. §. caueant etiam d. tit.
VII. Regula: De verbis excommunicationis cauetur. xj. q. j. cap. canonica.
VIII. Regula: De modo & forma promulgandæ sententiæ cauetur d. q. iij. c. debent.

X. EVENTVS ET CONSEquentia excommunicatiouem.

I. Regula: De nominibus excõmunicatorum publicandis cauetur xj. q. iij. q. iij. c. curæ sit. Huius exemplum proponitur. cap. ad certitudinem. iij. de sentent. excom. in extrauag. commu.
II. Regula: De exemplo sententiæ excommunicatis exhibendæ cauetur c. j. §. exemplum. de sentent. excom. in vj.
III. Regula: De prouocatione ab excommunicationis sententia permittenda cauetur xj. q. iij. c. si episcopus. item De sentent. excomm. c. sacro. xxxxviij. §. caueat.
IIII. Regula, Qui prouocandi? Episcopi finitimi prouocari possunt. d. c. si episcopus. vers. vt episcopos finitimos. &. d. q. iij. c. si quis presbyter. c. clericus.
V. Regula: Ne omisso medio prouocetur, cauetur cap. Romana. v. in prin. & c. venerabilibus. vij. in prin. de sentent excom. in vj.
VI. Regula: Qui dicit excommunicationis sententiam nullam: præstita cautella est absoluendus, postéaque causa appellationis vel nullitatis cognoscenda. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. cum contingat. xxxvj. de officio delegati. c. solet. ij. de sentent. excom. in vj. Plura de hac re vide j. cap. xiij. quæst. iiij. reg. j. except. j. cum sequentib.
VII. Regula: Excommunicatus intra annum suam innocentiam potest purgare, Postea non. xj. q. iij. c. rursus. & cap. quicunque.
VIII. Regula: De sententia excommunicationis retractanda cauetur d. q. iij. c. si episcopus. vers. ille vero episcopus.
IX. Regula: Si sententia excõmunicationis iniusta pronuncietur, quomodo restituatur iniustè excommunicatus definitur d. q. iij. c. episcopus, in prin.
X. Regula: De pœna iudicis iniustè excommunicantis cauetur d q. iij. c. episcopi. item. xxiiij. q. iij. c. si habet. ij. §. fin.

fin.item cap.non in perpetuum. cap. de illicita, in prin.vſque ad §.de conuentione.cap.cum aliquis.cap.ſi quis non recto. cap.certum.§.illicita. Alia pœna proponitur cap.ſacro.xlviij. in princ. & §.caueat etiam.de ſentent. excommunic.cap.venerabilibus.vij.§.ſed ſi excommunicatus.eo.tit.in vj.Huius regulæ exceptio eſt: Niſi excommunicator ipſe ſententiam reuocauerit.d.cap.xlviij.§.ſi verò iudex.

DE IVSTA EXCOMMVNICatione euentus.

XI. Regula: Anathematizatus à Deo ſeparatus eſt, & diabolo traditus.d.cap. certum, in princip.xj. quæſt.iij.cap. omnis.& cap.nihil ſic.

XII.Regula:Excommunicatus in cœlo ligatus eſt.xxiiij. quæſt.j.cap.quodcunque.

XIII. Regula: Excommunicatus non habet vitam, & ira Dei manet ſuper eum.xxiij.q.iiij.cap. ſi quis à cathol.

XIIII. Regula: Excommunicatus ſpiritum tenere non poteſt.xxiij.quæſt.vij.cap.vlt.in prin. Concordant ea quæ habentur j.cap.xvij.quæſt.viij.reg.ix.

XV. Regula: Excommunicatio à fraterna ſocietate ſeparat: anathematizatio à corpore Chriſti ſeu Eccleſia.iij. quæſt.iiij.cap.vlt.

XVI. Regula: Excommunicatus ſacra miniſteria peragere non poteſt.xj.quæſt.iij.cap.ſi quis epiſcopus.iij.& cap. ſi quis epiſcopus.iiij.

XVII. Regula: Pœna non obtemperantis excommunicationi patet ex d.cap. ſi quis. Sed & alia pœna proponitur d.quæſt.iij.cap.placuit. & cap. qui iubente, in prin.vſque ad §.ſed quæritur. Huius regulæ exceptio eſt: Niſi pendente appellatione fuerit excommunicatus.cap. ad præſentiam. xvj. de appellationibus.

XVIII. Regula: Oblationes pro excommunicato factæ recipi non debent, nec orationes pro eo habendæ.cap. ſacris.xxxviij.§.nec ſi occumbat. de ſentent. excommunic. Huius exceptio eſt: Niſi non propter ſchiſma, ſed ob aliud crimen fuerit excommunicatus.xxiiij.quæſt.ij.c.ſanè. Alias exceptiones vide j.lib.iij.cap.xiij.reg.xlj.& lib.iiij.cap.vij.de eleemoſynis, reg vij.

XIX. Regula: Domino excommunicato, ſubditi & vaſalli ab eius ſeruitio & obedientia liberantur.cap.vlt.de pœnis.xv.

nis.xv.quæſt.vj.cap.penult.& vlt.

XX. Regula: Excommunicatus feudis eccleſiæ priuatur.c.grauem.liij.§.fin.de ſentent.excommunic.

XXI. Regula: Excommunicatus eccleſiaſticum ordinem accipere nequit. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur cap.cum illorum.xxxij.d.tit.

XXII. Regula: Excommunicatus ad actus diuinos non eſt admittendus.cap.cum & plantare.iij.§.excommunicatos. & ibi Panormit. de priuilegiis. Huius exceptio prima hæc eſt: Niſi pendente appellatione ſit excommunicatus.cap.ad præſentiam.xvj. de appellat. Concordant ea quæ habentur. ȷ.lib.proxi.cap.xviij.quæſt.vij.reg. xiij. Altera exceptio eſt: Niſi ad prædicationem verbi diuini audiendam.cap.reſponſo.xliij.in prin.de ſentent.excommunic.

XXIII. Regula: Excommunicatus vitandus, nec illi communicandum eſt.d.§. excommunicatos.item cap.parochianos.ix.verſi.ipſóſque faciatis. de ſentent.excommunic. xxvij.q.j.c.deuotam.§.prius autem quàm. Concordant item ea quæ propoſita ſunt s̃.quæſt.v.cauſa 10.

XXIIII. Regula: Si excommunicatus prouocans non obtinuerit: hoc nomine peculiariter punitur.c. ſacro. xlviij. §.verùm ſi contra.de ſentent.exccommunic.

XXV. Regula: Excommunicatus agere in iudicio non poteſt, per ea quæ proponentur ȷ̃.libr.prox.cap. ix. de exceptione excommunicationis.

XXVI. Regula: Excommunicatus in aliam ciuitatem profectus ſine commendaticiis literis recipi non debet: alioquin recipiens & receptus punitur. Apoſtolus canon.xij.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM REGULARIUM GENERALIBUS.

Planè regularum hactenus à regula decima enumeratarum exceptiones quædam ſunt generales, quarum prima hæc eſt: Niſi ſententia excommunicationis non præceſſerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt s̃. quæſt.v.cauſa 10.except.ix.item q.ij.reg. iij.in princ. Altera exceptio eſt: Niſi illicitè ſit excommunicatus.xxiiij.quæſt. iij cap.comperimus.cap.ſi quis non.c.ſi habes.§.fin. cap.non in perpetuum.c.de illicita, in princ.cap. certum eſt.§.illicita. item xj.quæſt.iij.cap.quomodo. Contradicit xj.quæſt.iij .in prin.cum cap.ſequente.cap.ſi epiſcopus.§.præmiſſis. Tertia

exceptio

exceptio videtur: Nisi simpliciter hoc verbum. (Excommunico,) in sententia sit positum, non Anatematizo, vel simile quiddam. Reprobatur hæc exceptio cap. penult. de senten. excommun. Quarta exceptio est: Nisi ob id tantùm fuerit excommunicatus, quòd excommunicato communicauerit. cap. à nobis. ij. in fin. de exceptionib. Cuius replicatio est: Nisi ei qui ex crimine damnabili excommunicatus est, excommunicauerit. cap. si cõcubinæ. §§. de sentent. excommu. Quinta exceptio est: Nisi excommunicatus pœnitentiam egerit, vel absolutus sit. xxiiij. quæst. iij. cap. itaque censuimus. Plura de hac exceptione vide j. cap. xiij. de absolutione. Sed & plures huiusmodi exceptiones licet colligere ex præcedentibus quæstionibus, ex causa videlicet excommunicationis, ex persona excommunicãtis, ex persona excommunicati, ex tempore, &c.

XXVII. Regula: Qui excommunicati censeantur, & prædictis pœnis subiaceant, definitur primùm in eo qui iurisdictioni excommunicantis non est subiectus, per ea quæ proposita sunt s. quæst. v. except. generali. j. Deinde in successore magistratus excommunicati, cap. aduersus. vij. §. fin. de immunitate ecclesiarum.

XXVIII. Regula: Per excommunicationem non probatur quasi possessio iurisdictionis. c. olim. xvii. de restitut. spoliator. Hactenus de euentis & consequentibus.

XI. ADFINE remedium excommunicationis est, pœna pecuniaria, quæ pro ea potest infligi. cap. venerabilibus. vij. §. denique de sentent. excommu. in vj. Est item adfine excommunicationis remedium, interdictum ecclesiasticum: de quo sequitur. Hæc de excommunicatione.

DE INTERDICTO ECCLEsiastico. Cap. IX.

I. CAVSÆ EX QVIBVS interdicendum.

EÆDEM videntur causæ interdicti, quę & excommunicationis, quas cum suis exceptionibus s. cap. prox. enumerauimus. Sanè ob non solutum debitum pecuniarium interdicti pœna infligi prohibetur cap. ij. de sentent. excom. in extrauag. commu.

II. QVIBVS

II. QVIBVS COMPETIT ius interdicendi?

Episcopo cum capitulo, non singulis separatim competit. cap.super eod.ij. de his quæ fiunt à maiore parte. cap. Plures propositæ quæstionis regulas vide supra cap. proxim. quæst. vij.

III. ANTECEDENTIA, MODVS & adiuncta interdictionis.

I. Regula: De monitione præmittenda cauetur cap. statutum.xiij.de sentent.excommu.in vj.

II. Regula: De sententia interdicti in scriptis proferenda, causa interdicti inserta, cauetur cap.j.§. & hæc eadem. dicto titu.

IIII. EVENTVS ET CONsequentia interdicti.

I. Regula: In locis interdictis diuina officia non sunt celebranda,& interdicti ad diuina officia non sunt admittendi. Clement.j.cum sequente.de sentent.excommuni. cap. is qui xviij.§.is verò.eo.tit.in vj.item cap.cum & plantare.iij.§. excommunicatos. de priuilegiis. Huius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi fratres minores primi ordinis, fratres tertij ordinis admiserint. Sed reprobatur Clement cum ex eo.iij. de sentent. excommu. Altera exceptio est: Nisi hospitalarij & templarij in locis interdictis diuina celebrauerint. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur d.cap. cum & plantare.iij.§.quòd si templarij. de priuilegiis. Huius replicatio prima est: Nisi plus quàm semel in anno diuina in locis interdictis celebrent.d.§. quòd si templarij.versi. non nisi semel in anno. Altera replicatio est: Nisi in pluribus quàm in vna ecclesia celebrent.c. vt priuilegia. xxiiij.§. illud etiam.eod.tit. Tertia repliciato est: Nisi defunctos in ecclesiis interdictis sepeliant.d.§. quòd si templarij. versic. nec tunc ibi sepeliantur. Huius duplicatio est: Nisi confratres suos ibi sepeliant.hoc enim eis permittitur. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur d.cap.vt priuilegia. xxiiij.in prin. Planè iure nouo exceptio proposita videtur mutuata,nempe cap.vlt.§ fi.de sentent.excommu.in vj.Hæc de secunda exceptione.Tertia exceptio est:Nisi ianuis clausis,& non pulsatis campanis suppressa voce diuina officia in

locis

locis interdictis celebrentur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur cap. quod nonnullis. xxv. de priuilegiis. cap. quod in te. xj. §. & in conuentualibus. de pœnitent. item cap. permittimus. 57. de sentent. excommu. cap. vlti. §. adiicimus præterea. eod. titu. in vj. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi aliquos ad audiendum admittant. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur cap. licet. xj. de priuilegiis, in vj. Quarta exceptio est: nisi in festiuitatibus diuina officia palàm celebrentur. Quæ exceptio approbatur certis conditionibus d. cap. vlti. §. in festiuitatibus. Quinta exceptio est: Nisi pœnitentia & viaticum in locis interdictis ministrentur: hoc enim permissum est. cap. quod in te. xj. in princ. de pœnitent. cap. responso. xliij. §. fin. versi. & pœnitentias. de sentent. excommunic. Huius replicatio est: Nisi sanis, non morientibus pœnitentia concedatur. Quæ replicatio elicitur ex iam propositis: sed tollitur & reprobatur certis conditionibus cap. vlti. in princ. de sentent. excommu in vj. Sexta exceptio est: Nisi sepultura clericorum morientium in cœmeterio celebretur. d. cap. quod in te. xj. §. j. Septima exceptio est: Nisi pœnitentia cruce signatis & peregrinis concedatur. d. cap. xj. §. fi. Hæc exceptio videtur esse superuacua: cùm omnib. generaliter pœnitentia conceditur, vt dictum s. except. v. replic. vnica, in fine. Octaua exceptio videtur: Nisi particulare, non vniuersale sit interdictum. Sed reprobatur cap. cum in partibus. xvij. de verbor. signific. Nona exceptio est: Nisi baptisma & chrisma in loco interdicto celebretur. cap. responso. xliij. §. fin. de sentent. excommun. cap. quoniam. xix. eod. tit. in vj. Decima exceptio est: Nisi conciones fiant in loco interdicto. d. cap. responso. xliij. in prin. Vndecima exceptio est: Nisi Episcopus transiens in loco interdicto missam celebrauerit, vel celebrari sibi fecerit in altari viatico. c. vlt. de priuilegiis, in vj. Duodecima exceptio est: Nisi ij propter quos interdictum positũ est, illud non seruent. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. petiistis. xx. de priuilegiis. Hęc de prima regula.

II. Regula: De pœna eius qui in locis interdictis diuina officia celebrauerit, cauetur ca. postulastis. vij. §. quæsiuistis. de clerico excommu. Alia pœna statuitur cap. episcoporum. viij. de priuilegiis, in vj.

QVI INTERDICTI CENSEANTVR.

III. Regula: Interdicto clero, non est interdictus populus: item

lus: item è conuerso. cap. si sententia. xvj. in princ. de sentent. excommunic. in vj.

IIII. Regula: Interdicta ciuitate vel populo, singuli ciues censentur esse interdicti. d. cap. si sententia. xvj §. cum verò. Huius exceptio est: Nisi ob delictum domini ciuitas sit interdicta: tunc enim singuli ciues alibi ad diuina officia nihilominus admittuntur d. c. xvj. §. cæterùm.

V. Regula: Interdicta ciuitate, suburbia quoque & continentia ædificia interdicta censentur: item interdicta ecclesia, capella quoque contigua & cœmeterium contiguum censetur interdictum. cap. si ciuitas. xvij. de sententia excommu. in vj.

VI. Regula: Episcopi & superiores prælati interdicto generali non continentur. cap. quia periculosum. iiij. d. tit.

V. ADFINE remedium interdicti est, cessatio à diuinis, quæ sine manifesta & rationabili causa fieri non debet. cap. irrefragabili. xiij. §. cæterùm. de officio ordinarij. Cessationis autem forma & modus præscribitur c. si canonici. ij. & cap. quamuis. viij. eod. tit. in vj. Hæc de excommunicatione & interdicto tanquam pœnis ecclesiasticis sint dicta. De suspensione & depositione, quæ & ipsæ ecclesiasticæ pœnæ sunt, tractabitur j. lib. iij. in iure clericorum. Sed & ad pœnas ecclesiasticas pertinet degradatio clericorum: de qua s. cap. vij. vbi de clericis puniendis actum est, diximus. Nunc ad actus & adiuncta publicorum iudiciorum transeundum.

DE ACTIBVS ET ADIVNCtis publicorum iudiciorum.

Cap. X.

I. DE ACTIBVS ACCVSATORIS.

ACTVS & adiuncta publicorum iudiciorum partim sunt accusatoris, partim rei conuenti, partim denique ipsius iudicis. Accusatoris actus seu officia sunt libelli inscriptio, & alia, de quibus sequitur.

I. Regula: De libelli inscriptione ab accusatore facienda cauerunt j. quæst. viij. cap. quisquis ille. iij. quæst. ix. cap. qui accusare. versic. inscriptione videlicet. iiij. quæst. iiij. cap. nullus. §. inscriptio semper. §. in aliis. & in §. inscriptio verò. l. vij. in prin. ff. de accusationibus. l. xvj. & l. xvij. versicul. sed quisquis. C. de accusationibus. l. iij. in prin. & l. 10. C. qui accusare

non

non possunt. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi maritus vxorem de adulterio accuset:hic enim inscribere in crimen non tenetur. d. cap. nullus. §. si maritus. l. xxx. §. in primis. C de adulteriis. Cōtradicit Nouell. cxvij. §. si adulterio. Altera exceptio est: Nisi de abigeatu accusatio instituatur. d. c. nullus. §. abacti. l. vnica. C. de abigeis. Tertia exceptio est: Nisi per officiales crimen Præsidi nuncietur. d. cap. nullus. §. aliquando. l. vij. C. de accusationib. Quarta exceptio huic similis hæc est: Nisi nō per accusationem, sed per denunciationē crimen deferatur. c. super his. xvj. in prin. de accusationibus. Quinta exceptio est: Nisi per modum exceptionis crimen obiiciatur. Approbatur simul & distinguitur d. c. super his. §. cum autem excipiendo. Sextam exceptionem vide M. I. C. lib. j. cap. xv. de libelli inscriptione, reg. j. except. j.

II. Regula: De modo & forma inscriptionis, item iis quæ designanda vel inscribenda sunt, cauetur ij. q. iij. c. Paulum. §. omnis igitur. q. viij. c. penult. item. c. vltim. §. quæ verò. & §. sed etsi aliud. l. iij. in prin. & §. sed etsi aliud. ff. de accusationibus. Ad formam etiam inscriptionis pertinet, vt accusator subscribat, vel alius pro eo, si literas nesciat. d. c. vltim. §. item subscribere. & d. l. iij. §. item subscribere.

III. Regula: Si in crimen inscriptum non sit, vel non rectè: rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet. d. c. vlt. §. quod si libelli. & d. l. iij. §. quod si libelli. Plura de regula proposita vide M. I. C. lib. j. cap. xv. de libelli inscriptione, quæst. iiij.

IIII. Regula: Accusator custodiæ similitudinem patietur. ij. q. viij. c. quisquis. l. xvij. in prin. vers. custodiæ similitudinem. C. de accusationibus. l. ij. §. fin. C. de exhibendis reis.

V. Regula: Accusatio in scriptis producenda est, ac legenda ij. q. viij. in prin. cum c. sequente. Contradicit d. q. viij. c. vlt. in prin. Cui respondet Gratianus ibidem §. sed Calixtus.

VI. Regula: Accusatori probandi onus incumbit. ij. q. vij. c. si quis episcopus. & iij. q. vj. c. vlt. Quibus autem rationibus crimen probandum sit, paulo inferius inter officia iudicis reg. iiij. cum sequentib. docebitur.

II. DE ACTIBVS ET OFficiis circa reum.

I. Regula: De contumacia rei coercenda per excommu-

nicationem cauetur iiij.q.v.in prin.cum cap.sequente. Adsinia remedia contumaciæ rei coercendæ vide M.I.C.lib.j. cap.xv.de actib.& officijs circa reum.

II. Regula: De reis non recipiendis nec occultandis cauetur d.cap.vj.quæst.iij.Verùm eius exceptio videtur: Nisi recipiẽtes sint priuilegiati ad recipiendum. Sed reprobatur c.vnico, de preuilegiis,in extrauag.Ioann.xxij.plura de reis non recipiendis vide d.quæst.iij.

III. Regula:De reis apprehensis custodiendis cauetur l.ij.§.fin.C. de exhib.reis.&.l.ij.in prin.ff. de custod.reor. Verùm eius exceptio hæc est:Nisi reus iudicio sisti, vel de parendo iuri satisdare sit paratus. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur capit. si clericos.xv.§.fin.de sentent. excommun.in vj.

IIII. Regula: Reus interim ab officio suo est suspendendus.ij.q.iiij.c.accusatum.

III. DE ACTIBVS ET officiis iudicis.

I. Regula:Absente reo, nec causam cognoscere,nec sententiam ferre debet iudex.ij.q.viij.c.accusatorum.ij.& cap. vlt.in princ.item iij.q.ix.in prin. cum sequentibus, vsque ad c.nõ oportet.item c. absente aduersario,cũ sequentib. vsque ad c.testes.item c. chartæ. Concordant item ea quæ habentur M.I.C.lib.j.c.xv.de sententia ferenda,q.j.reg.ij.in princ. Huius regulæ exceptio est: Nisi reus contumaciter absit.d. q.ix.c.absens.vers.nisi fuerit.& c.decernimus.Plura de exceptione proposita vide M.I.C.d.reg.ij except.j. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide d.reg.ij.

II. Regula: Ne sententia contra episcopum inconsulto Papa feratur,cauetur per ea quæ habentur j.lib.iij.cap.viij. q.x.reg.x. Nec contra clericum sine synodo vel seniorib. sententia ferenda,per ea quæ habentur j.cap.xij.de executione,quæst.j.except.ij.

III. Regula:Ne sine accusatore aliquis damnetur, cauetur xxiij.q.iij.c.si quis potestatem. Concordant ea quæ habentur s.cap.vj.quæst.iiij.in princ.

IIII. Regula: Non nisi euidenter crimen fuerit probatum,reus est damnandus.c.literas.xiiij.de præsumptionibus ij.q.viij.c.sciant.l.xxv.C.de probationibus.

V. Regula: Socij criminis de se confessi, de aliis fidem non

non faciunt.c.j.de confessis.c.veniens.x.de testibus.iiij.q.iij.c.vlt.§.liberi.xv.q.iij.c.penult.§.fin.cum c.sequente. Concordant item ea quæ habentur M. I. C.lib.j.cap.xv.in fin. reg.ij. Planè propositæ regulæ exceptio prima est in crimine læsæ maiestatis, d. cap.vltim. vers. præterquam de crimine. & d. cap. j. de confessis. vers. crimine læsæ maiestatis excepto. Altera exceptio est in crimine hæreseos,c.in fidei.v.de hæreticis,in vj. Tertia exceptio est in crimine Simoniæ.Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c.j.de testibus,in vj. item distinct.lxxix.c.si quis Papa.§.propter occultas.

VI. Regula: Iudicium vulgi seu adstantium in ferenda sententia non attendendum. c. ad audientiam.iij.de consuetudine.l.xij.C.de pœnis.

VII. Regula: Confessio cruciatibus non est extorquenda.xv.q.vj.in prin.cum c.sequente. Contradicunt ea quę habentur M.I. C.lib.j.cap.xvj.quæst.j.in prin. Planè si reus nullis aliis argumētis vrgeatur, nec iure ciuili torquendus est. d.quæstione j.except.j.Cui concordat capit.cum in vj.de regulis iuris.

VIII. Regula: Seruus contra dominum suum non est torquendus. xij.q.ij.c.quæstionem,in princ.l.j.in princ.C.de quæstionib. Huius exceptio prima hæc est. Quòd si aliis probationibus dominus conuictus sit, iis per hoc, quod seruus contra dominum tortus sit,non derogatur.d.c. quæstionem. §. in cæteris. & d. l. j. §. in cæteris. Altera exceptio est: Nisi causa sit pecuniaria, & aliæ probationes deficiant.d.c.quæstionem.§.fin.& d.l.j.§.fin. De qua exceptione vide plura M. I.C.libro j.cap.xvj.quæst. ij.reg.j.except.iiij.repl. xv. Tertia exceptio est in crimine læsæ maiestatis. d.c.quæstionem, in prin. vers.& crimine. & d. l.j.in prin.vers.& crimine. Quarta exceptio est in crimine fraudati census,ibidē ver. item fraudati. Quinta exceptio est in crimine adulterij. d. cap. quæstionem, in princip.& d.l.j.in princip. Sexta exceptio est in insidiis marito ab vxore,vel contrà,structis,de pœnitent.distinct.j.cap.si fortè mulier.l.ix.C.ad l.Cornel.de sicariis.Plura de regula proposita eiúsque exceptionibus vide M.I.C.d. except.iiij.

IX. Regula:Humilibus & abiectis testibus sine tormentis fides habenda non est.ij.q.j.c.in primis.§.testes autē.iiij. q. ij. cap.vlt.§.si autem ea rei. l. xxj.§.si ea rei.ff. de testibus. Excipiuntur præsbyteri testes. v.q.vj.c.quia iuxta §.præsby-

teri.l.viij. C.de episcopis & clericis.Plura de regula proposita vide M.I.C.de quæst.ij. reg. ij. Hæc de adiunctis publicorum iudiciorum,de quibus tamen vide plura d.lib.iij.cap.v. cum tribus sequentib.

EVENTVS ET CONSEquentia *iudiciorum publicorum reo absoluto* Cap. XI.

POst adiuncta iudiciorum publicorum sequuntur eorundem euentus & consequentia, quorum alia sunt reo absoluto, alia reo damnato, alia denique reo restituto & à pœna liberato:de quibus singulis ordine dispiciendũ.Euentus itaque & consequentia reo absoluto enumerantur ij. q. iij.c.vltim.§.notandum.l.j.in princ.ff.ad S.C.Turpillian.

I. DE POENA CALVMniatorum.

I. CAVSÆ EX QVIBVS CAlumniæ pœna irroganda est.

Principalis causa est, si accusator fuerit calumniatus, nec probauit quod intendit. Quid autẽ sit calumniari, definitur d.§. notandum. Concordat huic causæ.v. q.vj.in prin. cum c. sequẽte.Alia causa videtur:Si temerè accusauit.Quæ tamen reprobatur d.c.vlt.§.si autem inter loquendo.& d.l.j.§.quæri potest.Plures huiusmodi causas vide M. I. C. lib. j. cap.xvij. in princip.quæst.ij. Planè propositæ causæ exceptiones plures sunt: quarum prima hæc est: Nisi iusto errore sine euidenti calumnia quis ad accusandum processit. d. c. vlt.§. sed nõ vtique.& d. l.j. §.sed non vtiq;.item l.iij.C.de calũniator.

II. Exceptio: Nisi per modum exceptionis crimen obiecit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur c.super his.xvj.§ cum autem excipiendo.de accusatoribus.

III. Exceptio: Nisi calumniator obtinuerit,& reus fuerit condemnatus. Hæc exceptio reprobatur c.accusasti.viij. eod. tit.v.q.vj.c.delator.Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C.d.quæst.ij.

II. QVO IVRE CALVMNIA PVNIATVR?

Definitur ij.q.iij.c.vltim.§.calumniatoribus.l.j.§. calumniatoribus.ff.ad S.C.Turpill.

III.

III. QVÆ POENA CALVMNIAtoribus irroganda?

I. Regula: Eadem pœna calumniator puniendus, qua puniretur reus, si fuisset damnatus. d. q. iij. c. calumniator. c. qui non. c. Paulum. §. fin. item ij. q. viij. c. quisquis. ver. calumniantes. iij. q. vj. c. j. in fin. v. q. vj. c. qui calumniam. xxxiij. q. v. c. satis hinc. §. fin. Concordat item M. I. C. lib. j. cap. xvij. in princ. p. vj. Planè excipitur maritus vxorē accusans, d. c. satis hinc.

II. Regula: Calumnia punitur etiam depositione, verberibus & exilio. c. j. de calumniatoribus. v. q. vj. ca. quia iuxta, in princip.

III. Regula: De infamia calumniatoris cauetur ij. q. iij. in prin. cum c. sequente. item c. si quis iratus. §. fin.

IIII. Regula: De pœna excommunicationis cauetur d. q. iij. c. si quis episcopum, in prin. vsque ad §. aliud est. item iij. q. x. c. eos qui. c. vlt.. §. cum ergo. v. q. vj. c. Epiphanium. c. delator. c. vlt. item distinct. 46. c. accusatores.

V. Regula: De pœnitentia calumniatori iniungenda cauetur d. q. vj. c. penult. item c. accusasti. viij. de accusationib.

VI. Regula: Vt calumniatori lingua capuletur, aut conuicto caput amputetur, cauetur v. q. vj. c. delatori. Plures pœnas calumniæ vide M. I. C. d. q. vj.

IIII. ADIVNCTA HVIVS IVDICII de calumniatoribus.

De reo ab officio & beneficio interim suspendendo, donec innocentiam suam probauerit, cauetur c. cum dilectus. ij. de calumniatoribus Hæc de calumniatoribus, de quibus vide plura M. I. C. d. cap. xvij. in prin.

II. DE POENA PRÆVARICATORUM.

I. CAVSA EX QVA POENA præuaricationis irroganda.

Si accusator fuerit præuaricatus, punitur, per ea quæ s. eod. cap. in prin. sunt proposita. Declaratur hæc causa definitione præuaricationis ibidem annotata. Concordat ij. q. iij. c. vlt. §. prçuaricator est. & §. præuaricatorem. l. j. ff. de prçuaricatorib. l. j. §. præuaricatorum. ff. ad S. C. Turpill. Huius causæ exceptio prima est: Nisi in priuato, non in publico iudicio fuerit præuaricatus. d. c. vlt. §. is autem præuaricator. l. j. §. is autem. ff. de præuaricat. Altera exceptio est: Nisi non

accusator,sed aduocatus fuerit præuaricatus.d.cap.vlt.§.cæterùm aduocatus. & d.l.j.§.fin. Aliam exceptionem. sed reprobatam, vide M.I.C. lib.j.cap.xvij. de præuaricatorib. quæst.ij.except.ij.

II. QVÆ POENA PRÆVARI-catoribus irroganda?

Extraordinaria illis hodie iniungitur.ij. quæst. iij.cap.vlt. §.sciendum.l.ij. ff.de præuaricatoribus. Plura de præuaricatorib.vide M.I.C.d.cap.xvij.§. secundo.

IIII. DE POENA TERGI-uersatorum.

I. CAVSA EX QVA HÆC pœna competit.

Si accusator fuerit tergiuersatus. Approbatur hæc causa simul & declaratur per ea quæ proposita sunt s. eod. cap. in prin.Concordat ij.q.iij.cap.vlt.§.si quis autem.l.j.§.si quis.ff. ad S.C.Turpil.Huius causa exceptio prima est: Nisi accusator distulit saltem, non in totum deseruit accusationem. d. cap.vlt.§.destitisse.& l.xiij.ff.ad S. C. Turpil. Altera exceptio est: Nisi errore lapsus, postea cognita rei veritate noluit in improba lite perseuerare.Approbatur M.I.C. lib.j.cap.xvij. de tergiuersatione, quæst.ij. except.ij. Cuius exemplum habetur ij.q.iij.c.si quis iratus.§.fin.& c.Paulum,in prin.Tertia exceptio est: Nisi permissu Imperatoris destitit.d.§.destitisse. vers. sed qui permissu. & d.l.xiij. Quarta exceptio est: Nisi abolitione interueniente destitit, d. §. destitisse. vers. abolitio enim.Concordat M.I.C. d.q.ij.except.xxij.Huius replicatio prima est: Nisi pluribus criminibus illatis, non omnium abolitio interuenerit.ij.q.iij.ca.vlt.§. si plura.l.j.§.si plura.ff.ad S. C. Turpill.l,xxxix.§. duos. ff. ad l.Iul. de adult. Altera replicatio est: Nisi non pro tribunali, sed de plano abolitio interuenerit.d.cap.vlt.§.abolitio. & d.l.j.§. abolitio. Plures replicationes vide d.except.xxij.Quinta exceptio est: Nisi ante inscriptionem criminis destitit.ca licet.xiiij.de accusationibus.ij.q.iij.c.si quis episcopum.§.fi.cum c.sequente. Hæc de exceptionibus propositæ regulæ, quarum tamen plures vide M.I.C.d.quæst.ij.

II. QVID VENIAT IN IVDI-cium tergiuersationis?

Reuoca-

Reuocatur id quod accusator ob tergiuersationem consecutus est.ij.quæst.iij.c. Euphemium. Plures huius loci regulas vide M. I. C. d.cap.xvij.in fin.quæst.v.

III. AD FINE REMEDIVM ACCVsationis propositæ, & euentus tergiuersationis.

Non solùm per accusationem tergiuersatio punitur, sed etiam per inquisitionem officio iudicis faciendam de crimine tum illato, tum tergiuersationis.c.j.cum c.sequente.& c.vlt.de collusione detegenda. Hæc de tergiuersatorum pœna, de qua tamen vide plura M. I. C. d.cap.xvij. §. postremò Hactenus de euentis & cōsequentibus publicorum iudiciorum reo absoluto sit dictum. Euentus autem & consequentia reo damnato, sunt executio sententiæ, publicatio bonorum, infamia & absolutio, de quibus sequitur.

EVENTVS ET CONSEquentia iudiciorum publicorum reo damnato.

Cap. XII.

I. DE EXECVTIONE SENTENTIÆ.

I. AN ET QVANDO EXEcutio facienda?

SI sententia dicta est, statim ea executioni mandanda.l.v. in prin.C.de custodia reorum. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi is damnauit, cui ius damnandi nō est. Quæ exceptio approbatur simul & declaratur M. I. C. libro j. cap. xviij. q.j. except.j.in prinç.quò pertinet cap. in archiepiscopum.iiij.de raptoribus.

II. Exceptio: Nisi episcopus clericum absque synodo & senioribus damnauerit.xv.q.vij.in prin.cum ca.sequente. c.si quid.c.si autem.§.fin.cum c.sequente.& c.vlt.

III. Exceptio: Nisi à sententia fuerit prouocatum approbatur M. I. C. d.q. j. except. ij. in princ. Cuius replicatio prima est: Nisi reus crimen confessus sit: tunc enim appellatio non permittitur, nec executio per eam differtur, per ea quæ d.except.ij.repl.j.proposita sunt. Quibus concordat ij.q. vj.c.vlt.§.nullus etiam.l.ij.C.quorum appellat, non recipiuntur. Huius duplicatio est: Nisi tormentis confessio sit ex-

extorta. d.§.nullus etiam. Altera replicatio est: Nisi crimen sit notorium.ca.cum sit Romana.v.§. qui de crimine.& §.fin. item c.peruenit.xiij.c.consuluit.xiiij.in prin.vsque ad §.illos autem.& c.cum speciali.lxj.§.porrò de appellationibus.Plura de hac exceptione vide M.I.C.d.except.ij.item j̄.lib.prox. cap.xviij.quæst.ij.except.xix.

IIII. Exceptio: Nisi princeps rescripserit reum damnandum vel puniendum esse: hoc enim casu executio per triginta dies differri debet. xj. quæst.iij. cap. cum apud.l.xx. C.de pœnis.

V. Exceptio: Nisi clericus damnatus nondum sit degradatus.xj.quæst.j.c.si quis cum.§.non autem. Nouell.lxxxiij. §.illud palàm est. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. cap. vij.quæst.ij.de clericis puniendis.

II. EVENTVS EXECVtionis

De mulcta exacta, ad quos pertineat, definitur per ea quæ proposita sunt d. cap. vij.quæst. j. reg.iiij. Plura de executione vide M. I. C. d.cap.xviij.

II. DE PVBLICATIONE BOnorum damnati.

Bonis damnati publicatis, vxor dotem saluam habet.Quę regula approbatur simul & distinguitur c. decreuit. xiiij. de hæreticis,in vj.Plura de hac regula, nec non de publicatione bonorum,vide M.I.C.lib.1.cap.xix.

III. DE INFAMIA damnati.

I. CAVSÆ EX QVIBVS QVIS infamia notatur.

Huiusmodi causæ enumerãtur.iij.q.vij. c.infames.§.porrò infamia. De singulis hisce causis, aliísque similibus vide M.I.C.lib.j.cap.xx. Planè quod de muliere dicitur,quæ intra annũ luctus nuptias iterat: id mutatur c. penult & vlt.de secũdis nuptiis.Hoc loco item notandũ quòd carcer non infamet c.super his.viij. de pœnis.l.j. C.de causis ex quibus infamia.Plures alię causæ infamiæ enumerantur vj.q.j.c.summa. §.fin.cum c.sequente.

EXCEPTIO PRÆCEDENTIVM causarum generalis, præsertim eius, quæ consistit in condemnatione ex causa famosa.

Istarum

Istarum causarum exceptio generalis hæc est: Nisi nulla vel minima fuerit iniuria, propter quamquis est condemnatus. cap. cum te ab. xxiij. de sententia & re iudicata. Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. d. cap. 20. quæst. j.

IJ. QVI NOTENTVR INFAMIA.

Huius loci regulas vide d. cap. xx. quæst. ij.

DE POENAE REMISSIONE & absolutione: item euentus publicorum iudiciorum reo restituto & pœna liberato.

Cap. XIII.

PRIMO: Diuisio absolutionis in publicam & priuatam habetur xxvj. q. vj. c. ministrare. §. sed notandum.

II. CAVSÆ EX QVIBVS ABsolutio indulgenda, & pœna remittenda est.

Sine causa, pœna remittenda non est. cap. cum ab. iij. de officio ordinarij. Concordant ea quæ proponentur j. quæst. iiij. reg. j.

I. Causa: Si damnatus pœnitentiam egerit. xij. q. iij. c. plerunque. §. causæ ergo. c. cum aliquis, in prin. xxvij. q. j. c. deuotam. §. etsi desinent. item distin. 50. c. domino. §. fin. Sed & concordat d. quæst. iiij. reg. ij. Vide item j. De pœnitentia.

II. Causa: Si satisfactum sit pro crimine. Hæc causa elicitur ex verbis d. c. iij. vers. vsque ad dignam satisfactionem. Concordat c. ex literis. xj. de constitutionibus. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi ex pluribus causis damnatus, non pro omnibus satisfecerit. Quæ exceptio approbatur exemplo c. cum pro causa. xxvij. & c. officij. 42. de sentent. excom.

III. Causa: Si sententia sit iniusta. Approbatur hæc causa exemplo c. cum ad quorundam. vij. de excessib. prælatorum. Plures huiusmodi causas vide M. I. C. lib. j. cap. xxj. quæst. prima.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆcedentium causarum generalibus.

Præcedentium causarum exceptio prima hæc est: Nisi pro delicto nondum satisfecerit, nec ablata restituerit. c. peccatum. iiij. de regulis iuris, in vj. Exemplum habetur c. quicunque. ij. in prin. vers. nec absolutionis. de hæreticis, in vj. Huius replicatio prima est nisi delictum, ob quod excommunicatus est, non fuerit manifestum, déque iure excommunicationis dubitetur: tunc enim cautione præstita, etiam ante satisfactionem absoluitur. c. ex parte. 13. de verb. signif. c. qua fronte. xxv. §. fin. de appellationib. c. j. §. ideóque mandamus. de his quæ vi metusue causa. c. veneralibus. vij. §. porrò. & §. potest. de sentent. excom. in vj. Plura de hac replicatione vide J. quæst. iiij. reg. j. except. j. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi periculum mortis ineft: tunc enim præstita cautione de satisfaciendo absoluendus est. d. cap. qua fronte. xxv. & d. ca. veneralibus. vij. §. sanè si certum. vers. nisi. periculum.

II. Exceptio: Nisi pœnitens vel satisfaciens ab errore seu peccato non recedat. xj. q. iij. c. tunc vera. xxiiij. q. ij cap. damnationis, in prin. c. legatur. xxvij. q. j. c. deuotam, in prin.

III. Exceptio: Nisi pœnitens vel satisfaciens ante absolutionem mortuus sit. d. c. legatur. & d. q. ij. c. j. nec quisquam. c. damnationis. §. his authoritatibus. c. de communione item De pœnitent. distin. j. c. si. sacerdos. §. fin. cum c. sequente. Plane proposita exceptio in hæreticis duntaxat locum habet, non in aliis peccatorib. c. à nobis. xxviij. & c. sacris. xxxviij. in fine. de sentent. excom. xxiiij. q. ij. c. sane quod.

IIII. Exceptio: Nisi tempus pœnitentiæ nondum impleuerit. xxvij. q. j. c. deuotam. vers. etsi desinens. Huius replicatio est: Nisi in periculo mortis constitutus sit xxvj. q. vij. cap. tempora, in fine. item q. vj. c. qui recedunt, in prin. & c. his qui.

V. Exceptio: Nisi absoluendus obmutuerit. Hæc exceptio reprobatur d. cap. qui recedunt. §. similiter subito. & d. q. vj. c. is qui. c. his qui. §. quod ita.

VI. Exceptio: Nisi absoluendus sit amens. Reprobatur d. c. qui recedunt. §. fin. & d. c. is qui. vers. vel in phrenesim conuersus fuerit.

VII. Exceptio: Nisi is qui cum moniali rem habuit, petat absolui. Reprobatur hæc exceptio xxvij. q. j. c. eos autem.

VIII. Exceptio: Nisi virgo Deo dicata vel continentiam vouens, postea libidini seruiens petat absolui Approbatur xxvij. q. j. cap. virgines. Huius replicatio prima hæc

est: Nisi toto vitæ tempore pœnitentiam egerit, & à coitu abstinuerit.d.cap.virgines.versi. quod si sibimet persuaserit. Altera replicatio est in sancta Maria Virgine, quæ propter diuinam voluntatem excipitur.xxvij.q.iij.ca. sufficiat.§.fin. cum c.sequente, vsque ad §.consensus ergo.

XI. Exceptio: Nisi nupta propter illegitimum matrimonium pœniteat, absoluíque petat, marito nondum mortuo.xxvij.q.j.cap.quæ Christo. cap. de filia, in fine.cap.deuotam.§.fin.Huius replicatio prima est:Nisi ante maritum decesserit: tunc enim in vltimo fine vitæ suæ potest absolui.d. cap.de filia.vers.si autem viuente. Altera replicatio est: Nisi relicto marito ad votum redierit.dict.quæst.j. cap. vltim.§. illud autem.

III. A QVO ABSOLVTIO facienda?

I. Regula: Alij quàm qui excommunicauit vel damnauit ius absoluendi non competit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur cap. cum ab ecclesiarum.iij.in fine.cap. ad reprimendam.viij. in prin. & §.tu verò frater. cap. pastoralis.xj.§. præterea. de officio ordinarij. cap. venerabilibus. vij..in princ.de sentent. excommu. in vj.xxvj.quæst.vj.cap.j. Apostol.canon.xxxj.Planè propositę regulæ exceptio prima hæc est:Nisi is qui excommunicauit, mortuus sit:tunc enim successori eius ius absoluendi competit.xj.q.iij. cap. qui iubente.§.sed quæritur, cum cap.sequente. & d.canon. xxxj. ver.nisi fortè.Altera exceptio est:Nisi excommunicatus appellauerit: tunc enim iudex appellationis eum absoluere potest.cap.per tuas.xl.de sentent.excommun.cap. venerabilibus.vij.in princ.versi. excommunicatos autem. & §.fanè si certum.vers.si verò constet.eod.tit.in vj.xxvj.quæst. vj.cap.j. versi.nisi fortè per eius.& versi.atque ideo. Accedit glossa in d.versi.nisi fortè. Huius exceptionis replicatio est: Nisi causa excommunicationis manifesta sit: tunc enim excommunicatus ad excommunicatorem est remittendus.d.§. fanè si certum. & d.cap. xl.§. fin. Huius duplicatio prima hæc est: Nisi periculum sit in mora.d.§.fanè.versi. nisi periculum sit. Altera duplicatio est: Nisi excommunicator excommunicato iniustè absolutionem deneget.d.§. fanè. versic.nisi excomminicator.& d.cap. xl.§. fin. Tertia duplicatio est: Nisi de hoc ipso dubitetur, an sententia excommunicationis sit iusta.d.§.fanè. versi. quod si dubitetur. Hæc de secunda exceptione.

ceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi sententia excommunicationis dicatur ipso iure nulla. Quæ exceptio cum aliis pluribus approbatur d.cap.per tuas xl.de sent ent.excommu. Quarta exceptio est: Nisi excommunicatus excommunicatorem propter iniustam excommunicationem petat puniri. Hæc exceptio reprobatur cap. sacro. xlviij.§.caueat etiam.versi.qui si absque eod.tit.cap.venerabilibus.vij.§.sed si excommunicatus. eod.tit. in vj Quinta exceptio est: Nisi cognitio de causa excommunicationis quoquo modo deuoluta sit ad superiorem: tunc enim ante causæ cognitionem ad cautelam excommunicatum superior absoluere potest, per ea quæ proponentur j̄.quæst.prox. regu.j.item per ea quæ proposita sunt s̄.except.2. Sexta exceptio est in Papa, qui ab alio excommunicatos vel damnatos absoluere potest.ix.quæst.iij.ca.fuit semper. cap.cuncta. §.sed nec illa. cap. cuncta. cap. fratres. Sanè sunt nonnullæ causæ, ex quibus excommunicatos non nisi Papa potest absoluere, quæ in sequentibus exceptionibus proponentur. quod quidem iure ciuili fuit generale, vt damnatos non nisi Imperator absoluere seu pœna liberare posset, per quæ habentur M.I.C.lib.j.cap.xxj. quæst ij. Septima exceptio est: Nisi quis clericum percusserit: hic enim propterea excommunicatus non nisi à Papa potest absolui.xvij.quæst. iiij.cap.si quis suadente, in princ.item cap.j.§.fin. & cap.non dubium.v.in fine.cap.ea noscitur. xiij.§.alios autem.de sentent.excommu.xj.quæst.iij. cap. ad mensam.§. iuxta igitur hanc distinctionem, in fine. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cohabitantes clerici vel monachi alter alterum percusserit. Quæ replicatio approbatur sub conditione cap.quoniam.ix.§.fin. de vita & honestate clericor.cap.cum illorum.xxxij.§.qui si claustrales.cap.de monialib xxxiij.& cap.canonica.50. de sentent, excommu. Huius duplicatio est: Nisi enormis sit læsio.d.§. qui si claustrales.versi.nisi excessus ipsorum. & d.cap.ix.§.fin. versi.nisi fortè atrocitas. Altera replicatio est: Nisi religiosus clericum percusserit.c.religioso.xxj. in prin.de sentent.excommunic. in vj. Contradicit d.§. qui si claustrales.versic. quod si clericum percusserit sæcularem. Tertia replicatio est: Nisi monachi vel canonici regulares se inuicem percusserint.cap.ij. de sentent.excommu. Concordat s̄.repl.j.vbi duplicatio additur. Quarta replicatio est: Nisi frater hospitalis Hierosolymitani

lymitani clericum percusserit.cap.canonica 50.d.tit.Quinta replicatio est: Nisi per clericum percusserit.cap.j. in princ. cap.quamuis. lviij.versi. puerili. & ca.vlt.d.titu. Sexta replicatio est: Nisi mulier clericum percusserit. cap. mulieres. vj.in prin.cap.ea noscitur.xiij. cap. de monialibus. xxxiij. & cap.quamuis.lviij.versi. fragilitate sexus. de sentent.excom. Septima replicatio est: Nisi senex, valetudinarius, aut aliâs infirmus corpore clericum percusserit.d.ca. ea noscitur.xiij. in prin.& c.non dubium.v.in fine.cap.quod de his. xxvj.cap. nuper.xxix.§.fin.c.quamuis.lviij.eod.tit. Huius duplicatio est,quòd istiusmodi personæ non aliter ab episcopo sunt absoluendi,quàm iuramento præstito,se impedimento cessante ad Papam ituros, eiúsque mandato obtemperaturos esse. d.cap.quamuis.lviij.versic. cæterùm quibusdam. & d.cap.ea noscitur.xiij.§.fina.& d.cap.quod de his. xxvj.§.fin. De hac duplicatione vide j.quæst.v. regu.ij. Octaua replicatio est: Nisi pauper clericum percusserit.d.c.quamuis.lviij.versf.aut inopia.& d.cap..quod de his.xxvj.versi.vel paupertate. Contradicit d.cap.ea noscitur.versic. alios autem siue pauperes. Nona replicatio est: Nisi is qui sui iuris non est, clericum percussit.cap.mulieres.vj.in prin.& cap.quamuis.lviij.versic. nisi iuris beneficio. de sentent.excommu. Huius duplicatio est: Nisi non in fraudem domini seruus clericum percusserit.cap.relatum.xxxvij.eod.tit. Decima replicatio est: Nisi is qui magnæ potentiæ, vel adeò delicatus est, quòd non sit ad Papam venturus,clericum percussit.d. cap. mulieres.vj.§. de his verò. Vndecima replicatio est: Nisi officialis, iudex vel apparitor clericum percusserit. Hæc replicatio reprobatur sub conditione cap.si verò alicuius.iij.§.j. de sentent. excommu. Duodecima replicatio est: Nisi alicuius potestatis hostiarius prætextu sui officij clericum percusserit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d.cap. iij.in prin. Decimatertia replicatio est: Nisi clericum, qui contempto habitu clericali enormiter deliquit,percusserit. cap.perpendimus.xxiij.de sentent.excommun. Decimaquarta replicatio: Nisi clericum inuentum cum vxore vel propinqua sua percusserit.d.cap.iij.§.nec ille. Decimaquinta replicatio est: Nisi clericum vim sibi inferentem percusserit.d. cap.iij.§.si verò clericum. Decimasexta replicatio videtur: Nisi clericum in stupro vel adulterio deprehensum percusserit, reprobatur d.cap.iij.§.fin. Decimaseptima replicatio est: Nisi leuiter

uiter clericum percusserit.cap.peruenit.xvij. de sentent.excommu. Decimaoctaua replicatio est: Nisi sine periculo Papam adire non possit. Approbatur certo modo cap.de caetero.xj. & cap.quamuis.lviij.versi.nisi imminente.d.tit. Decimanona replicatio est: Nisi non conuictus, sed priuatim confessus sit se clericum percussisse. Reprobatur cap. porrò si aliqui.vij d.tit. Vicesima replicatio videtur: Nisi clerico quem percussit, satisfecerit. Haec replicatio reprobatur d.c. quamuis.lviij. Vicesimaprima replicatio est: Nisi à legato de latere fuerit absolutus qui clericum percussit.cap.ad eminẽtiam.xx.& cap.quod de his. xxvj. in prin.d.titu. Plura de hac replicatione vide ȷ̃.lib.iij.cap.xj.delegato Papae,reg.iij. Haec de septima exceptione eiúsque replication.sint dicta. Octaua propositae regulae exceptio est: Nisi clericus, quòd excommunicato communicauerit, fuerit excommunicatus: hic enim non nisi à Papa potest absolui.ca. significauit.xviij. de sentent.excommu. Nona exceptio est: Nisi laicus ob id, quòd excommunicato communicauerit, fuerit excommunicatus: hic enim per simplicem sacerdotem potest absolui, si modò extra crimen illi communicauerit. cap.nuper.xxix. d.tit. Decima exceptio est: Nisi ob incendium fuerit excommunicatus: hic enim non nisi à Papa potest absolui. cap.tua nos.xix.d.tit. Vndecima exceptio est: Nisi ob id quod ecclesiam effregit & expoliauit, fuerit excommunicatus: nam & hic non nisi à Papa est absoluendus.cap.conquesti.xxij.d.tit. Duodecima exceptio est: Nisi ob haeresim fuerit excommunicatus: hic enim non nisi à concilio potest absolui. cap.d. his verò.§.fin.cum cap.sequente, distinct.50.j.quaest.vii.cap. si quis episcopus. Planè iure nouo exceptio proposita reprobatur cap. ad abolendam.ix.§. praesenti. versi. ad arbitrium episcopi.de haereticis. Accedit glossa in d.distinct.50. cap.de eo, in verbo Communicato. Decimatertia exceptio est: Nisi ob id quòd contra interdictum vel excommunicationem fecerit, fuerit excommunicatus: hoc enim casu non nisi à Papa potest absolui.cap.quicunque. xj.§.fina.& cap.is qui in ecclesia xviij.§.is verò.vers.à quo nequit.de sentent.excom. in vj. Huius exceptionis species est s̃.except. viij. Decimaquarta exceptio est: Nisi ob id, quòd iustitiam vel gratiam pecunia redemit, fuerit excommunicatus: tunc enim non nisi à Papa potest absolui.cap.j.§.decernimus.de sentent.excommu.in extrauag.commu. Decimaquinta exceptio est:

Nisi excommunicatus ad agendum sit absoluendus: hoc enim casu à iudice apud quem acturus est, absolui potest. cap.prudentiam.xxj.§.vj.versi. cæterùm si vel.de officio delegati. Decimasexta exceptio est: Nisi excommunicatus ex iusta causa impediatur, quo minus excommunicatorem accedere possit: tunc enim à suo episcopo vel proprio sacerdote potest absolui. cap. nuper.29.§. fin. de sentent. excommunicat. Concordant ea quæ proposita sunt s̄.except.vij.replic.vj.vij. viij.& xviij. Hæc de prima regula eiúsque exceptionibus sint dicta.

II. Regula: Episcopo, non alij ius absoluendi competit. xvij.quæst.c.iiij.omnes.xxvj.quæst.vj.cap.j. Huius exceptio prima hæc est: Nisi priuata sit absolutio, non publica.d.q. vj.cap.ministrare.§.ecce quod cap. præsbyteri. Altera exceptio est: Nisi episcopus sit absens, & periculum sit in mora. d.q.vj.c.Aurelius.c.si aliquis.§. ecce quod. Huius replicatio est: Nisi inconsulto episcopo alius in eius absentia aliquem absoluat. Elicitur hæc replicatio ex d.c.Aurelius.versi.debet præsbyter vtique consulere.& d.q.vj.c.si quis de corpore, in fine. Huius replicationis duplicatio est: Nisi episcopus ita remotus sit, vt consuli non possit.d.q.vj.cap.si aliquis.§.sed si necessitate.c.penult.§.fi.cum cap.sequente. Tertia exceptio est: Nisi ecclesia vacet: hoc enim casu Capitulo ius absoluendi competit.cap.vnico, de maior.& obed.in vj. Quarta exceptio est: Nisi ab alio quàm episcopo fuerit excommunicatus: hoc enim casu non nisi ab eo qui eum excommunicauit, absolui potest. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quę proposita sunt s̄.reg.proxi.eiúsque exemplum est in eo qui à delegato Papæ fuit excommunicatus: hunc enim episcopus etiam mortuo delegato absoluere nequit. Quod exemplum proponitur simul & distinguitur cap. pastoralis.xj.§.præterea.de officio ordinarij.

III. Regula, De eo cui is qui ius absoluendi habet, causam commisit. Hic quoque absoluere potest.cap. vlt.de officio ordinarij.

IIII. Regula, De hæreticis & excommunicatis His neque ligandi neque soluendi ius competit per ea quæ proposita sunt s̄.c.viij.q.vij.reg.ij.præsertim 24.q.j.c.audiuimus.§. si cum duobus cc.sequentib.item De pœnit.dist.j.c.verbum.

IIII. QVANDO ABSOLVENDVS, item antecedentia absolutionem.

I.Regula:

I. Regula: Non nisi causa cognita absolutio indulgenda. cap. Romana.iij.§. sententias. de appellationibus. in vj.xj q. iij.cap. plerunque contingit. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi causa excommunicationis dubia, non manifesta sit: tunc enim excommunicatus causa etiam nondum cognita ad cautelam potest absolui.ca.ex parte.xxiij.de verbor.signific Declaratur exceptio proposita definitione manifestæ causæ.cap.cum olim.xxiiij. eod.tit. Sed & concordat exceptioni propositæ cap. per tuas.40.§. verùm ex verbis.& §.quod si absolutionis.cap. venerabili.51.de sentent.excom. cap.venerabilibus.vij.§.porrò.vers similiter si suffraganeos. eod.titu.in 6.item cap.j.§.ideóque mandamus.de iis quæ vi metúsque causa.cap.prudentiam.xxj.§.sexta.versi.cæterùm si vel. & cap. cum contingat.36. de officio delegati. Concordant item ea quæ proposita sunt s̄. quæst.ij. except.j. repli.j. Altera propositæ regulæ exceptio est: nisi post appellationem interpositam quis sit excommunicatus: nam & hic causa nondum cognita ad cautelam potest absolui.d.§.potro, in prin.&.d.c.veneralib.vij.§.sed si ex causa.§. fin.item d. c. per. tuas.40.§.nos igitur.vers.quanquam apostolica.item c. cum contingit.36.§.ad quod taliter.de officio delegati. Huius replicatio est: Nisi causa talis sit,in qua appellare non licet.d.§. porrò, in prin. vers. exceptis casibus in quibus. Tertia exceptio est: Nisi sententia excommunicationis intolerabilem contineat errorem.d.c. veneralib. vij. §. potest quoque item d.§.ad quod taliter. & d. §. nos igitur.vers. quamquam apostolica. Quarta exceptio est: Nisi excommunicationis sententia nulla dicatur. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.cap.viij.quæst.x.reg.vj.

REPLICATIONES PRÆCEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALES.

Planè iam dictarū exceptionum replicatio generalis prima hæc est. Nisi absoluendus non caueat de parendo mandato ecclesiæ.c.qua fronte. 25. §. sanè si quis.vers. ab ipso tamen. de appellationibus. Cuius autem mandato parere hoc casu debeat absolutus, dicetur j̄. quæst. vj. reg. v. Altera replicatio videtur: Nisi aduersarius,ne absoluatur,appellauerit reprobatur d.§. sanè si quis. Tertia replicatio est: Nisi generale

rale sit interdictum.hoc enim ex causis prædictis ad cautelam relaxari non potest.c.præsenti.x.de sentent.excom.in vj. Hæc de prima regula.

II. Regula:Non nisi peracta pœnitentia est absolutio indulgenda. distinct.50. c.absit.c.si quis præpostera.c.domino. item xj.q.iij.c.tunc vera. c.plerunque contingit. §.causæ ergo item De pœnitent. distinct. j. c. nonnulli. Huius regulæ eædem sunt exceptiones, quæ superioris proximæ. Cum enim causa nōdum cognita indulgeri absolutio potest,etiam pœnitentia nondum peracta potest. Ideóque supradicta hic sunt repetenda. Sed & plura de regula proposita vide s. quæst.ij.except.iiij.item plura de pœnitentia tum iniungenda tum peragenda dicentur j.lib.iiij.

III. Regula: Non nisi læso satisfactum & ablatum restitutum sit, absolutio est indulgenda. cap. ea noscitur xiij. vers.satisfacto iuxta facultates.de sentent. excom. Concordant ea quæ proposita sunt s. q.ij.causa ij. & except.gener.j.

IIII. Regula:Post mortem quis absolui non potest.Quę regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. quæst.ij. except.iij.

V. Regula: De quinta feria ante Pascha absolutione facienda & peccatis remittendis cauetur cap. de pœnitentib. de consecrat.distinct.iij.

V. MODVS ET ADIVNCTA absolutionis.

I. Regula:De iuramento præstando ab eo qui absoluitur de parendo ecclesiæ vel excommunicatoris mandato, & de non committendo tale quid in posterum, cauetur c.ex tenore.x.c.ad hæc.xij. c.nuper.xxix.§. fin.c.venerabili.52. de sentent.exc.xj.q.iij.c.cum aliquis. vers.& de futuris. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi absoluendus ob id, quòd excommunicato extra crimen communicauerat, fuerit excommunicatus: hic enim sine iuramento absoluitur.d.c.nuper. xxix.§.is autem qui.Altera exceptio est: Nisi sine scandalo iuramentum præstari non possit: tunc enim sufficit manualis promissio.c.super eod.51.d.tit.

II. Regula:Qui impeditus, quo minus à Papa vt ordinario iudice absolutionem petat.ab alio absoluitur:iurare debet, cessante impedimento se Papam accessurum, & mandatum apostolicum suscepturum.c.de cętero.xj.§.fin.& c.ea

noſcitur.xiij. §. fin. de ſentent.excom. Concordat item ſ̄. q. iij.reg.j.except.vij.repl.vij.dupl.j.

III. Regula: Ne gratiæ aliquid tribuat iudex in abſoluendo,cauetur xj.q.iij.c.plerunque.

IIII. Regula: De impoſitione manus ante atrium Eccleſiæ cauetur xxvj. q.vj.c.vlt.in fine.c.miniſtrare.§.publica. Huius exceptio prima eſt in abſoluendo clerico, diſtinct.50. c.confirmandum.& c.illud quoque, in prin.diſtinct. lxxxij.c. præſbyter.§.finitis.tribus. Altera exceptio eſt: Niſi in periculo mortis conſtitutus abſoluatur.xxvj.q. vj.cap. qui recedunt in prin.

V. Regula: De reliqua forma & ſolemnitate abſolutionis cauetur xj.q.iij.c.cum aliquis.

VI. Regula: De cautione eorum qui ob hæreſim excommunicati abſoluuntur,& ad Eccleſiam redeunt,cauetur j.q.vij.c.conuenientibus.§.item Baſilius.c.ſi qui voluerint.c. quoties cordis.c.ſaluberrimū.c.ſi quis epiſcopus.item xxvj. q.vj.c.his qui in tempore.§.fin.

VI. EVENTVS ET CONSEquentia abſolutionis.

I. Regula: Abſolutus priſtinum ſtatum recipit.Cuius tamen exceptio prima hæc eſt:Niſi ex pluribus cauſis excommunicatus, ex vna tantùm,non omnibus fuerit abſolutus.c. cum pro cauſa.xxvij.de ſentent.excom. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ̄. quæſt.ij. cauſa ij. except.j. Altera exceptio eſt: Niſi per vim abſolutio ſit extorta. c.j.de his quæ vi metúſue cauſa,in vj. Tertia exceptio eſt: Niſi ſuppreſſa veritate quis ſit abſolutus. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄. except. j. item per ea quæ proponentur j̄. regul. vj. Quarta exceptio videtur: Niſi iniuſta ſit abſolutio. Quæ tamen exceptio reprobatur c.venerabilibus. vij.§. vbi autem,de ſentent.excom.in vj.Quinta exceptio eſt:Niſi ab alio,quàm à quo debuit,propter impedimentum aliquot abſolutus, ceſſante impedimento ei,à quo abſolui debuit,ſe non præſentauit.c.eos qui.xxij.de ſentent.excom.in vj. Clement. j. §. fin. de pœnis. Sexta exceptio eſt niſi pœnitentiæ tempore nondum impleto, propter mortis periculum abſolutus,illud poſtquam conualuit non impleat. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponentur j̄. reg.iiij. Septima exceptio eſt quoad infamiam,quæ per abſolutionem non aboletur-

letur, per ea quæ proponentur j. reg. viij. Ideóque pœnitens ad sacros ordines adspirare prohibetur. distinct. 50. cap. illud quoque, de qua re j. lib. iij. cap. iiij. quæst. ij. reg. xv. plura dicentur.

II. Regula: Absolutus in terra, erit etiam in cœlo absolutus. xxiiij. q. j. c. quodcunque.

III. Regula: De hæredibus eius qui post mortem absolutus est, ad satisfactionem cogendis, cauetur cap. à nobis xxviij. §. fin. de sentent. excom.

IIII. Regula: Qui in periculo mortis absolutus est pœnitentiæ tempore nondum peracto, si conualuerit, illud implere tenetur. xxvj. q. vj. c. si quis de corpore. c. qui recedunt. §. quod si superuixerit. c. is qui in. §. si superuixerit. & §. fin. item c. de his verò. §. quod si desperatus.

V. Regula: Quoniam ad cautelam absolutus iurat, quòd mandato ecclesiæ sit pariturus: vt s. quæst. iiij. reg. j. in fine, replic. gener. j. ostensum est: cuius mandato parêre iste absolutus debeat, vtrum delegati iudicis, an excommunicatoris, definitur capit. prudentiam. xxj. §. si verò de his. de officio delegati.

VI. Regula: De absolutione retractanda cauetur cap. ex parte v. & c. significauit. vj. de officio ordinatij.

VII. Regula: De pœna sacerdotis absolutionem pœnitenti denegantis dicetur infra. libro iiij. cap. v. reg. 50.

VIII. Regula: Infamia per restitutionem vel absolutioné non aboletur. ij. q. iij. c. Euphemium. §. hinc colligitur. c. vlt. §. abolitio enim. & §. vnde Imperatores. item l. vlt. C. de generali abolitione. l. vij. C. de sententiam passis & restitutis. Huius regulæ exceptio est: Nisi non ob pœnitentiam vel indulgétiam, sed per in integrum restitutionem fuerit absolutus. d. §. vnde Imp. in fine. & d. §. hinc colligitur. & ibi glossa. item d. c. vltim. §. fin. & l. j. §. pro qua sententia. ff. de postulando. l. j. & l. xiij. § fin. C. de sentent. passis & restitutis. Hæc de pœnæ remissione & absolutione sint dicta. De qua vide plura j. libr. iiij. vbi de pœnitentia & iustificatione agetur. item M. I. C. lib. j. cap. xxj. Supersunt adfinia publicorum iudiciorum & accusationum remedia, de quibus nûc dicetur.

DE ADFINIBVS PVBLICORUM IUDICIORUM & ACCUSATIONUM REMEDIJS.

Cap.

Cap. XIIII.

PRIMVM accusationũ remedium est,officium iudicis, quod obtinet in notoriis,in quibus sine accusatione procceditur ij.quæst.i.c.manifesta.c quæ Lotharius e de manifesta,c.penult.§.fin.cum c.sequente.item iiij.q.iiij e.nullus. §.aliquãdo c bonæ memoriæ.xxiij.§.porrò excessus.de electione c,euidẽtia ix.de accusationib. Notorium autem crimen dicitur,quod nulla tergiuersatione potest negari.Iul. Clar.in practica.§. vlt.q. x Iason in l.si verò.§.qui pro rei.ff. qui satisdare cog. Decius cons.clxxxxj.col.v.Socin.cons.83. col.iij.vol.iiij.Mars.in rub de probat.nu.ccxvj.cum sequent. Proinde propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex sola fama,non ex euidẽtia facti crimen sit publicũ,c tua nos viij.de cohabitat.cleric Altera exceptio est: Nisi notorium per exceptionem defendi possit. Iul. Clarus d.q.ix versicul. plus dicunt. Tertiæ exceptionis loco notandum,quòd quamuis in notoriis non sit opus solemni processu:tamen requiratur notorij allegatio & sent. c porrò iij & ibi glossa.de diuortiis ij.q.j.c. Deus. Accedit glossa in Clement. Appellanti, in vers. alias causas,de appellationib. Bart.in l.eum qui ita.§.qui ita. col iij.ff.de verb.oblig.& in l.cum quid.ff.si cert.peta.col.fin. Ant.in c.peruenit.de censibus. col .xvij.& Felynus istos referens in c.cum ordinẽ. ix.x & xj. col.de rescriptis.Barbat.cõs. lvij.visit.col.v.Bald.in l.cum fratrem.col.iij.C.de his quib.vt indignis.Ancho.in reg.peccati uenia,in primo opposi.lib.vj. Accedit item cõmunis opinio,vt refert Viuius lib.ij.comm. opin.in verbo Notorium,num.iiij.Iul Clarus in practica q. ix.vers præterea quæro & vers plus dicunt. Plura de hac re vide j.lib.prox.cap.ix.except xx.replic j.

Sunt insuper alia duo accusationum adfinia remedia, denunciatio videlicet atque exceptio. c. super his,xvj.in princ. de accusationibus.Hisce additur inquisitio c.qualiter.xxiiij. §.ad corrigendos.eod.tit.& c.licet Heli xxxj.§.ad corrigendos. de Simonia. Sed inquisitioni tãquam causa antecedens subiici potest denunciatio. Accedit hisce purgatio canonica:de quibus singulis in sequentib.dicetur.

DE INQVISITIONIBVS.

I. QVO iure & qua ratione subsistat inquisitio, definitur d.c.qualiter.xxiiij.in prin.& d.c.licet.xxxj.§.descendam.

II. CAV-

II. CAVSA EX QVA SIT inquirendum,& de denunciatione.

Si de crimine alicuius fuerit denũciatum:de eo inquirendum est. d c. qualiter.& d. § descendam. Exemplum huius proponitur c.vlt.de accusationibus Præter denunciationem etiam accusatore desistente inquirendum est officio iudicis cap. j. de colluſ. detegenda. Planè propositæ causæ seu denunciationis aliquot sunt exceptiones, desumptæ partim ex persona denunciantis; partim ex persona denunciati, partim ex antecedentibus denunciationem: de quibus sequitur.

I. Exceptio : Nisi denuncians sit infamis vel excommunicatus vel criminosus.c.cum dilectus. xx. in princip.de accusationibus.

II. Exceptio: Nisi denunciantes inuicem conspirauerint.d.c.xx.vers.vel ipsos conspirasse.

III. Exceptio: Nisi denuncians non præmonuit denunciatum.d. c.xx.vers.vel præfatum episcopum. item c. si quis episcopus.ij.c.qualiter. xxiiij. §.ad corrigendos.eod.tit.c.licet xxxj.§.ad corrigendos.& §.cum igitur vers. contra quos cum idem.de Simonia.c.in præsentia.xxxvj.de sentent. excom.ij.q.vij.c.accusatio.§.sed si quis aduersus.c.si quis erga. Concordant item ea quæ habentur s.c.viij.quæst.ix.reg.j.

IIII. Exceptio: Nisi denuncians in crimen non inscripserit.Reprobatur c.super his.xvj.in princ.c.qualiter.xxiiij. §.verùm ita voluerunt.de accusationibus.

V. Exceptio: Nisi denuncians inimicus sit denunciati. c. cum oporteat.xix.c.inquisitionis.xxj. §.tertiæ ver.aut etiam aduersus.& c. qualiter. xxiiij. §.ex quib. vers.non quidem à maleuolis.de accusationibus.

VI. Exceptio: Nisi fama delati sit integra.d.c.cum oporteat.xix.vers.nisi super prædictis.& d §. tertiæ. vers. nullum esse pro crimine. & d.§.ex quib. vers.si per clamorem. item d.c.qualiter. xxiiij.§. verùm ita voluerunt. vers. sed cum super.& §.ad corrigendos.vers.& inquisitionẽ clamosam.item cap.licet.xxxj.§.ad corrigendos.vers.& inquisitionem.de Simonia. Declaratur exceptio proposita definitione diffamati d.cap. inquisitionis.xxj. §. quæsiuisti. & d. §.ex quibus vers.non quidem.de accusationibus. Huius exceptionis re-

plicatio prima hæc eſt: Niſi exceptio iſta initio inquiſitionis non fuerit oppoſita. cap. ſi is cui.ij.de accuſationib in vj. Altera replicatio eſt: Niſi delatus crimen ſit confeſſus. cap. j.eod.tit.

VII. Exceptio: Niſi prælatus ſit deletus. Hæc exceptio reprobatur d.§.ex quib.Hæc de cauſa inquiſitionis, eiúſque exceptionibus ſint dicta.

III. QVI INQVIRENT, ET quibus præſentibus?

I. Regula: De ſenioribus eccleſiæ cauetur d.§.ex quibus. verſ. debet. coram eccleſiæ. & d. cap. licet.xxxj.§.namiuxta. verſ.ſed coram eccleſiæ.

II. Regula: De præſentia eius, aduerſus quem inquiritur, cauetur c.qualiter.xxiiij.§.debet igitur.de accuſationib.

IIII. EX QVIBVS INquirendum?

Ex inimicis delati & periuris inquirendum non eſt, ſed ex viris idoneis & fide dignis cap. cum oporteat. xix. verſ. quod ſi ad. de accuſationib. Planè in crimine Simoniæ ſola exceptio conſpirationis & inimicitiarum capitalium aduerſus teſtes admittitur, cæteræ non itèm. d.c.licet.xxxj.§.cum igitur.& c.per tuas.xxxij.de Simonia.

V. QVÆ INQVIRENDA?

Permittuntur hæc arbitrio inquirentis.ca.olim.xxvj.verſ. inquiratis quæ circa perſonas & obſeruantias regulares videritis inquirenda.de accuſationibus.

VI. MODVS ET ADIVNCTA. inquiſitionis.

I. Regula, De inſcriptione in crimen. Hæc in denunciationibus neceſſaria non eſt, per ea quæ propoſita ſunt ſ. q.ij. except. xiiij.

II. Regula: De capitulis ei, contra quem inquiritur, exponendis cauetur c.qualiter.xxiiij.§.debet igitur.verſ.& exponenda ſunt.de accuſationib.

III. Regula: Non tanquam accuſator & iudex, ſed ex officio prælatus inquiret. d.cap. qualiter. xxiiij.§.ex quibus. verſ. nonnunquam idem ſit. & cap. licet. xxxj.§.deſcendam. verſ.non tanquam ſit.de Simonia.

IIII. Reg-

IIII. Regula: Debet inquisitor ordinem inquisitionis debitum seruare: quo non seruato, prudenter & cautè se corrigere debet. cap. qualiter. xvij. in princ. de accusationib. Quis autem sit ordo inquisitionis debitus, definitur c. qualiter. xxiiij. §. ad corrigendos. vers. illo semper adhibito. eod. tit. & d. c. licet. xxxj. §. descendam. vers. eo semper adhibito. Ex quibus patet, ordinem iudiciarium in inquisitionibus quoque seruandum esse. Quæ tamen regula exceptionem recipit in personis regularibus, d. §. ad corrigendos, in fine. & c. olim. xxvj. vers. in negocio. eod. tit.

V. Regula: Non facilè inquirendum aduersus prælatum: & ea quæ superius de persona denunciantis & testibus dicta sunt diligentius aduersus prælatum sunt obseruanda. d. cap. qualiter. xxiiij. §. licet autem.

VI. Regula: De inhibitione denunciato facienda cauetur c. cum dilectus. xx. §. fin. & cap. vlt. §. fin. de accusationib. Item de suspendendis sententiis post denunciationem latis cauetur cap. olim. xxvj. eod. tit.

VII. Regula: De iuramento ab iis ex quibus inquiritur, præstando cauetur cap. qualiter. xvij. §. formam verò. de accusationib.

VIII Regula: De iuramentis alijsque obligationibus, quibus subditi prælato de tacenda veritate obstricti sunt, relaxandis cauetur cap. olim. xxvj. vers. iuramentis si qua. d. tit. & cap. quia plerique. iiij. de officio ordinarij, in vj.

IX. Regula: Subditi nihilominus interim prælato, aduersus quem inquiritur, obedientiam debent, saluo tamen inquisitionis negotio. d. c. olim. xxvj. vers. prouiso vt.

X. Regula: De nominibus & dictis testium ei, cõtra quem inquiritur edendis cauetur, cap. qualiter. xviiij. §. debet igitur. vers. & non solum dicta. cap. olim. xxvj. §. si verò testes. de accusationib.

XI. Regula: De exceptionibus eius, contra quem inquiritur, admittendis cauetur d. §. debet igitur. vers. nec non exceptiones. Cuius regulæ exceptio est: Nisi confessus sit crimen sine vlla exceptione. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. cum dilecti. xviij. d. tit.

XII. Regula: Si per modum inquisitionis crimen probatum fuerit: regulariter arbitraria, non ordinaria pœna reo imponitur. c. inquisitionis. xxj. in princ. & cap. qualiter. xxiiij. §. verùm ita. vers. quatenus si fuerit. de accusationib.

Cuius exceptio est: Nisi tale crimen sit, quod etiam post pœnitentiam impediret suscipi ordinis executionem.d.cap. xxj.in prin.vers.in quo quidem duximus distinguendum.

XIII. Regula: Si crimen probatum non fuerit, purgatio canonica delato inducitur. c.cum oporteat. xix. §. fin. & cap.inquisitionis. xxj.§.quæsiuisti. vers.sed infamato. & cap. accedens.xxiij.§.si verò contra eum.de accusationibus.

XIIII. Regula: De pœna denunciantis non probantis cauetur cap. j.cum sequente. de calumniatorib. Concordant ea quæ proposita sunt s. c.xj. de calumniator. quæst.iij. reg.ij.& quæst.iij.

XV. Regula: De relatione actorum ad Papam facienda cauetur cap.vlt.§ discretioni vestræ.de accusationibus.

XVI. Regula: Monachis denunciantibus expensæ ex bonis monasterij suppeditandæ. cap.ex parte.xj.vers.quibus siquidem.& c.olim.xxvj.§.prædictis autem.d.tit. Hæc de inquisitionibus in genere sint dicta. De inquisitione hæreticæ prauitatis infrà suo loco specialiter agetur. Sed & plura de inquisitionibus dicentur j.lib.iiij.c.de conciliis.

DE PVRGATIONE canonica.

Est insuper publicorum iudiciorum adfine remedium, citatio ad purgandum: de qua nunc dicetur.

I. CAVSA EX QVA COMpetit purgationis remedium.

Si quis de crimine aliquo sit suspectus, nec tamen de eo possit conuinci: ad purgandum se citari potest.ij.q.v.c.præsbyter.c.quæ.de causa.c.præsbyter.ca.si mala.cap.quoties, in prin. c.omnibus vj.q.v.c.vlt.xv.q.v.in prin.cum ca.sequente. item de cohabitat. clericor. cap. tua nos. viij. § fin. item De purgatione canonica.cap.si quis de gradu.iiij.in fine. & cap. quoties.v. Ex his patet, nisi reus argumentis quibusdam suspectus sit, eum ad purgandum citari non debere. quod primæ exceptionis loco notandum. Cui concordat cap.cum in iuuentute. xij. de purgatione canonica. Altera exceptio est: Nisi crimen notorium sit, vel probari possit. Et hæc exceptio ex supradictis constat. Cui concordat cap.cum dilectis. xv. vers.dicitur enim.d.tit. Tertia exceptio est: Nisi causa apud alium iudicem pendeat. d, cap. cum dilectis.xv.vers.cum iu-

dicio

dicio pendente.& cap.nos inter. vj.eod.tit. Quarta exceptio Nisi antea semel se purgauerit.Cuius exceptionis tanquam ipso iure subsistentis replicatio prima hæc est: Nisi lite pendente alius purgationem ei induxerit. d. cap.xv.vers. purgationem ei canonicam indicatis. Altera replicatio est: Nisi vulgari modo sese antea purgauerit. cap. ex tuarum. viij. de purgat.canonica. Quinta exceptio est: Nisi nullus accusator existat. Quæ exceptio videtur approbari per ea quæ habentur ij.quæst.v.in prin. Verùm istis non obstantibus, exceptio proposita reprobatur iis quæ s.ead.quæst.in princ.sunt proposita. Concordat d. quæst. v. cap. super causa. item De purgatione canonica ca.inter sollicitudines x.§.nec illud. Sexta exceptio est: Nisi defectu natalium sit diffamatus. Quæ tamen exceptio reprobatur cap. accedens. xiiij. d.tit. Septima exceptio videtur: Nisi monialis fœmina suspecta sit. Sed & hæc reprobatur cap. moniales. iij. d.tit. Octaua exceptio videtur: Nisi reus non vltrò se velit purgare. Quæ exceptio videtur approbari ij.quæst. v. cap.mandastis. & cap.quoties. §. fin. cum cap. sequente. Sed hisce non obstantibus, exceptio proposita reprobatur d. quæst. v. cap. auditum. §.fin. & cap.vlt.in fine.

II. VBI ET APVD QVEM se purgare debeat?

I. Regula: Coram proprio episcopo se purgare debet. cap. nos inter. vj. vers.ad purgationem est per ipsum episcopum compellendus.de purgat.canonica.

II. Regula: De episcopo loci, vbi est diffamatus, cauetur cap. inter solicitudines. x. §. ipsum igitur.de purgatione canonica.

III. Regula: Non in publico examine, sed in secreto iurandum. xv. q. v. cap. de crimine. vers. non in publico. Planè propter famam publicam vel euitandum tumultum in publico iuratur.ij. quæst.v.cap. omnibus.§.ipse ergo sacerdos. vers.coram populo.c.præsbyter. vers.in medio.item distinct. xxiij.cap.illud statuendum.vers.sub aspectu publico.

III. QVOMODO PVRGAtio facienda?

I. Regula: Iuramento se purgabit.d.cap.de crimine.vers. iuramento se purificet.Ab hac regula videbantur excipiendi

Clerici,qui iurare probibentur ij.q.v.in prin. verſ. authori-tate quoque. & cap. ſi quis præſbyter. Sed hiſce non obſtantibus, exceptio propoſita reprobatur d.cap. præſbyter, cum aliis ſ. quæſt. j. in princ. propoſitis. Et huic obiectioni reſpondet Gratianus d.cap.ſi quis præſbyter,in fine.

II. Regula: Cum ſeptem vel quinque ſociis ſui ordinis pro arbitrio prælati iurare debet.c.ex tuarum.viij.§.mandamus.verſ.vt cum ſeptima.de purgat.canonica.ij.q.v.c.ſi legitimi.c.preſbyter.verſ.ſeptem ſibi collegas.c.ſi mala.ver.cum denominatis.c.quoties.verſ.vt tertia manu. c. omnib. §.ipſe ergo ſacerdos. verſ. cum tribus aut cum quinque. Sane augetur numerus compurgatorum pro atrocitate criminis, d. §.ipſe ergo ſacerdos.verſ. vel eo amplius. Sic quatuordecim indicuntur c.inter ſollicitudines. x.§.attendentes.de purgat. canonica. Septuaginta duo indicuntur xvij. quæſt. iiij. cap. qui præſbyterum.

III. Regula: Compurgatores debent eſſe honeſti, vel ſaltem de crimine non condemnati,quibus ſuſpectus ſit notus. c. cum P. vij.in prin.c.conſtitutus.viiij.c.inter ſolicitudines. x. §. ipſum igitur.ver.ita tamen vt qui ad eius. & c.cum dilectus. xj. de purg.canon.

IIII. Regula: Compurgatores in purgando impediendi non ſunt. d. cap. cum. P. vij. §. fin.

V. Regula: Principalis reus de veritate, compurgatores de crudelitate iurare debent.c.quoties.v.§. fin.c. de teſtibus xiij. cap. accepimus. xvj. de purgat. canonica. ij. q. v. cap. præſbyter cap.quoties. §. porrò expurgationis.

VI. Regula, De purgatione vulgari ferri candentis vel aquæ calidæ prohibita,proponitur ca.vlt.de purgat.vulgari. ij.q.v.ca.Mennam.§.vulgarem.cap.omnibus.§.fin. cum c. ſequēte. Huius regulæ exceptio eſt in ſeruis & infamibus,qui ingenui non ſunt.d.q.v.c.nobilis.item cap.j. de purgat.canonica.& xvij.q.iiij.cap.qui præſbyterum.

VII. Regula:De purgatione,quæ fit per duellum,prohibita, cauetur cap.j.& ſequente. de putgat. vulgari. ij. q. v cap. monomachiam.

VIII. Regula: De purgatione, quæ ex lege Moſaica deſcendit, prohibita cauetur d.q.v cap.in libro.

IX. Regula: De purgatioue, quæ fit per communionem corporis Chriſti, approbata cauetur d. q. v. cap ſæpe contingit. & cap. vlt. in prin.

IIII.

IIII. ANTECEDENTIA.

De suspendendo purgando à beneficio & officio cauetur cap.inter solicitudines.10.in prin. de purgat.canon.ij.quæst. v.cap.præsbyter s cap.accusatum.

V. EVENTVS.

I. Regula: Si suspectus se purgare nolit, pro conuicto habetur.d.cap.Inter solicitudines.10.§.fi.& c.cum P. vij.§. deficientem.eod.tit.ij.quæst.v.cap.vlt.in princ.item cap.tua nos. viij.§.fin.de cohabitat.clericor. Huius regulæ exceptio est: Nisi vulgaris ac prohibita purgatio ei indicatur. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s.quæst.iij regu. vj.& vij. Plures exceptiones vide s.quæst.j.

II. Regula: Vno ex pluribus se purgare volente tam suo quàm sociorum nomine, iis consentientibus: si deficiat in purgatione, cæteri quoque pro conuictis habentur.ij.quæst. v.cap.statuit.

III. Regula: Si suspectus se purgauerit, absoluendus ac restituendus est. cap.ex tuarum.viij.§.fin. & cap.inter solicitudines.10.§. purgatione verò. de purgat.canonica.ij. quæst. v.cap.habet. cap. Mennam, in prin.cap.quanto.& c.quoties. §.quod si prædictus.item xv.q.v.cap.de crimine.§.fin.

VI. ADFINIA PVRGAtionis remedia.

I. Regula: Vt suspectus admoneatur de se corrigendo: quod nisi fecerit, suspendatur, cauetur cap.si quis præsbyter. ij.de purgat.canon.xxxv.q.vj.cap.si duo.

II. Regula: Vt in notariis & iis quæ probantur, condamnetur, cauetur per ea quæ proposita sunt s.quæst.j.except.ij. Hactenus de publicis iudiciis in genere actum est, sequitur de iisdem in specie.

DE PVBLICIS IVDICIIS in specie. Cap. XV.

I. DE LÆSA MAIESTATE.

I. CAVSÆ EX QVIBVS ACCVsatio læsæ maiestatis competit.

PRIMA causa: Si conspiratio facta sit. xj.quæst.j.c.coniurationum.cap.conspirationum.cap.si qui clerici.cap.si clerici.

clerici. & cap.si qui clericorum.

II. Causa. Si subditus magistratum suum vel eius officiales interfecerit, ceperit, debellauerit.cap.ad aures.x.de pœnis.cap.vnico, de pœnis, in extrauag.Ioan.xxij.vj.q.j.c.si quis cum militib.l.v.in prin C.ad l.Iul.Maiestatis.

III. Causa: Si cuius dolo malo hostes populi Christiani commeatu, armis, telis, equis, consilio vel auxilio iuuentur.cap.ita quorundam.vj.cap.quod olim.xij.& cap.ad liberandum.xvij.de Iudæis. Concordat item M.I.C. libr.j.cap. xxij quæst.j causa xiij. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi pro redimendis captiuis pecuniam vel merces ad hostes transtulerit.cap.significauit.xj. in prin.eod.tit. Altera exceptio videtur: Nisi tempore pacis arma vel quid simile ad hostes transtulerit. Sed reprobatur d.cap. significauit.§. illi quoque.

IIII. Causa: Si Papæ maledixerit. cap.j. de maledicis. Secus, si Imperatori maledixerit.l.vnica.C.si quis Imperatori maledixerit.

V. Causa: Si Imperatorem aut magistratum contumelia affecerit. Apostol.canon.lxxxiii.

EXCEPTIO PRÆCEDENTIVM causarum generalis.

Hactenus causas propositæ accusationis enumerauimus, quarum tamen vide plures M.I.C.d.quæst.j. Harum autem causarum exceptio generalis hæc est: Nisi reus socios criminis prodiderit. & coniurationem detexerit.vj.quæst.j.c.si quis cum militibus.§.fanè si quis ex his.l.v.§.fina. C.ad l.Iuliam Maiestatis.

II. ADVERSVS QVOS ACCVSAtio proposita competit?

I. Regula: De filiis damnatorum cauetur d. cap. si quis cum militibus.§.filij verò.& d.l.v.§.filij verò eius.

II. Regula: De eo, qui pro damnato apud Principem intercedit, cauetur ibidem.§.denique.

III. QVID VENIAT in hoc iudicio?

Pœnæ criminis læsæ maiestatis expositæ sunt sub singulis causis s.quæst.j.

IIII. EVEN

IIII. EVENTVS HVIVS IVDICII.

De præmio delatoris cauetur d.cap.si quis cum militib.§. sanè si quis ex his.& d.l.v.§.sanè si quis. Hæc de læsa maiestate: de qua tamen vide plura M.I.C.d.cap.xxij.

II. DE VI PVBLICA & priuata.

I. CAVSA HVIVS IVDICII.

Si quis alicui vim fecerit: hoc iudicio accusari potest. Quæ causa cum suis speciebus approbatur M.I C lib j.cap. xxiij.quæst.j. Eius autem exceptio prima hæc est: Nisi magistratus alicui vim fecerit xxiij.quæst.v.ca non est: cap qui malos.& cap.iudex. Huius replicatio est: Nisi magistratus aliter quàm ei ius est, vim fecerit. de qua re vide M I C d. quæst.j.except.generali j.Altera exceptio est: Nisi iussu magistratus vim fecerit.xxiij.quæst.iiij.cap. duo ista.§.fin cum cap.sequente.

II. APVD QVEM COMPETAT?

Ab eius loci magistratu puniendus est reus, in quo crimen commisit.cap.j.de raptoribus.l.xxviij.§.famosos. ff. de pœnis. Concordant ea quæ proposita sunt s. cap.vj.quæst. vij.regu.j.

III. QVID VENIAT IN hoc iudicium?

I. Regula: De excommunicatione cauetur d.cap.j.& c. excommunicationi.3.eo.tit.item xxiij.quæst.viij.cap.si quis membrorum.& cap.pessimam.

II. Regula: De pœna huius criminis Lombardica & sæculari cauetur xij.quæst.ij.cap.cum deuotissimam.cap.si sæculi. Hæc de vi publica & priuata; de qua tamen vide plura M.I.C.d.cap.xxiij.

III. DE RAPTV FOEMINARVM.

I. CAVSÆ HVIVS IVDICII.

I. Causa: Si quis mulierem per vim rapuerit & stuprauerit. Quæ causa approbatur M.I.C.lib.j.cap.xxiiij.quæst.j. in prin. Declaratur definitione raptus xxvij. quæst.j.cap.raptus.xxxvj.q.j.c.raptus.j.cap.lex illa.

II. Causa:

II. Causa: Si in vxorem appetierit virginem Deo dicatam.xxxvj.quæst.ij.cap. si quis non dicam. De pœnitent.distinct.j.cap. si quis non dicam.l.v.C. de episcopis & clericis.

Planè causarum iam propositarum exceptio prima hæc est: Nisi quis sponsam suam rapuerit.cap. cum causa.vj. de raptoribus.xxvij.quæst.ij.cap.lex illa, in prin. Contradicit l.vnica.§.quæ multo magis, in fine.C. de raptu virginum. Altera exceptio est: Nisi consensus raptæ accesserit. d. cap. cùm causa.vj.versi. iste raptor dici non debet.xxxvj.quæst.j.cap.vlt.§.ex hac authoritate.Contradicit d.l.vnica.§.pœnas. & l.xlj.§.fina.C. de episcopis & clericis. Tertia exceptio est: Nisi raptor ad ecclesiam confugerit.d.c.vlt.in prin.& d.cap. lex illa.§.fin.

II. ADVERSVS QVOS COMPETIT?

Etiam consentientes raptui eadem pœna plectuntur.36.q.ij.cap.si quis virginem.c.cap.eos qui.cap.de puellis.

III. QVID VENIAT IN hoc iudicio?

I. Regula: Raptor vltimo supplicio punitur. xxxvj.quæst.j.cap.lex illa.§.penult.Concordant ea quæ habentur M.I.C. lib.j.cap.xxiiij.quæst.v.reg.j.

II. Regula: De pœna excommunicationis habetur 36. quæst.ij.cap.eos qui. cap.raptores. cap. si quis virginem. & cap.nullus.Apostol.canon.lxvj.

III. Regula: De pœnitentia publica cauetur xxvij.q.ij. cap.raptor, in prin.& cap.statutum.

IIII. EVENTVS RAPTVS ET propositæ accusationis.

I. Regula. Castitas raptæ non est ablata. xxxij. quæst. v. in princip.cum sequentibus. vsque ad cap. si Paulus Apostolus. Concordant ea quæ habentur J.lib.iiij.ca. xviij.causa iij.exceptio.v.

II. Regula: Rapta cæteris virginibus se exequare non debet.d.q.v.c.qui viderit.§.fin.cum cap.sequente.

III. Regula: Raptor raptam in vxorem ducere tenetur, non aliam. Apost.canon.lxvj. Hæc de raptu fœminarum: de quo tamen vide plura M.I.C.d.cap.xxiiij.

IIII. DE HOMICIDIO.

I. CAV

I. CAVSÆ HVIVS IVDICII.

I. Causa: Si quis hominem occiderit: proposita accusatione tenetur.xxiij.quæst.v.in prin. Concordat M.I.C.lib.j. cap.xxv.quæst.j.causa j.

II. Causa: Si quis hominis necandi causa cum telo ambulauerit.de pœnitent. distinctio.j. cap.quisquis.§. item ad legem.l.vij.C.ad legem Cornel. de sicariis. Concordat M.I. C.d.quæst.j.causa ij.

III. Causa: Si mortis causam præbuit.xxiij.quæst.v.ca. cum homo.§. & aliquando.l.xv.ff.l. Cornel.de sicariis.Exépla huius causæ vide M.I.C.d. quæst.j. causa.v.cum sequentibus. Planè propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi quis licitum faciens alteri mortis causam prębuit.d.§.& aliquando.vers.nec tamen omnis.& d.quæst.v.cap.de occidendis.§. vnde nec reus. Altera exceptio est: Nisi occasionem tantùm dedit remotiorem, & prohibuit ne fieret homicidium. Quæ exceptio approbatur exemplo cap.Petrus.xvij. de homicidio. Plura de causa proposita vide j. quæst.proxi. reg.ij.cum sequentibus.

IIII. Causa: Si quis causa fuerit abortus. xxxij.quæst. ij.cap.aliquando.§.fi.cum sequentibus,vsque ad cap.sicut femina. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi id quod in vtero est,nondum fuerit animatum. Quæ exceptio approbatur in iam allegatis locis. Concordat d.quæst.ij.cap. sicut femina. item De homicidio cap. sicut.xx. Concordant item ea quæ habentur M.I.C.d.quæst.j.causa.viij.vbi extra ordinem hoc casu pœna imponitur. Contradicere tamen videtur infra causa proxima.

V. Causa: Si quis venena sterilitatis dederit, quo mulier non concipiat, vel vir generare non possit. cap si aliquis.v. de homicidio.

VI. Causa: Si cum posset hominem à morte liberare, non liberauit.ca.sicut dignum.vj.§.illi etiam.versi.quia cum scriptum sit.d.tit.

VII. Causa: Omnis iniquitas, oppressio & iniustitia ad sanguinis iudicium pertinet.de pœnitent.distinct.j.c. omnis. & cap.homicidium.

VIII. Causa: Si quis fratrem suum odit, vel ei detrahit.d.distinct.j.cap.homicidiorum.

IX. Causa: Si quis fratri suo mala persuadet.d.distinct.j. cap.noli putare.

DE

DE EXCEPTIONIBVS PRÆcedentium caufarum generalibus.

Hactenus caufas propofitæ accufationis enumerauimus, ex quibus tamen pofteriores non adfori, fed poli iudicium pertinent: alioquin iudex cum reo fæpe vltimo fupplicio effet afficiendus, nec quifquam ferè ab homicidio effet immunis. Sed plures propofiti iudicij caufas vide M.I C.d.q.j. Planè iftarum caufarum exceptiones aliquot funt generales fiue communes, quæ fequuntur.

I. Exceptio: Nifi cafu, non propofito homicidium fit factum. diftinct. 50. cap. cum qui. cap frater. cap. quantum. cap. hi qui. cap. fæpe contingit. cap. fi duo. item De homicidio ca. lator. ix. xxii. quæft. v. cap. fi homicidium. item l. j. & l. v. C. de ficariis. Sed & concordant ea quæ habentur j. lib. iij. cap. v. reg. xlvij. excep. j. Planè exceptio propofita diftinguitur quodammodo in infante noctu per negligentiam oppreffo, ij. q. v. cap. confuluifti. §. hi autem qui probantur. Si tamen ignoretur, vtrum à patre, an matre infans oppreffus fit, impunitum eft facinus. cap. de infantibus. iij. de his qui filios occiderunt. Plures replicationes vide d. except. j.

II. Exceptio: Nifi fui vel alterius defendendi caufa quis homicidium fecerit. xiij. quæft. ij. cap. vlt. verfi. fi autem à veridicis. xxiij. quæft. v. cap. cum homo, in prin. cap. fi homicidium. cap. non eft iniquitatis. Concordant item ea quæ habentur M.I.C. lib. j. cap. xxv. quęft. j. except. generali iij. Planè propofitæ exceptionis replicatio prima hæc eft: Nifi quis etiam fine homicidio fe defendere, vel alium liberare potuit: hoc enim cafu imponitur homicidæ pœnitentia. cap. interfecifti. ij. de homicidio. Altera replicatio eft: Nifi modum inculpatæ tutelæ exceffit. cap. fignificafti. xviij. §. fin. eod. tit. Plura de exceptione propofita vide d. reg. lxxiiij. except. ij.

III. Exceptio; Nifi quis furem in furto deprehenfum occiderit. cap. fi perfodiens. iij. de homicidio. l. iiij. ff. ad l. Aquiliam. Huius replicatio prima hæc eft: Nifi furem diurnum occiderit. d. cap. iij. verfi. fi autem oriatur fol fuper eum. & verf. fi autem diurnus fuerit. Concordat M. I. C. d. quæft. j. except. general. vij. repl iij. Altera replicatio eft: Nifi furi nocturno parcere fine fuo periculo potuit. cap. interfecifti. ij. & cap. fufcepimus. x. de homicidio. l. ix. ff. ad l. Cornel. de ficariis.

IIII. Ex-

IIII. Exceptio: Nisi quis excommunicatum Zelo religionis occiderit. xxiij. q.v.cap. excommunicatorum.& cap. quis enim.

V. Exceptio: Nisi Dei causa quem occiderit.xxiij.q.viij. c.legi.cap.occidit.cap.Petrus.

VI. Exceptio: Nisi hominem mori dignum occiderit. reprobatur xxiij.q. v.c.cum minister.c. penult. §.fin.cum c. sequente.xxiij.q.viij.c.penult.

VII. Exceptio: Nisi maritus vxorem in adulterio deprehensam occiderit.reprobatur xxxiij.q.ij.c.interfectores, cum c sequente.c.admonere.§.prius enim causa.vers.occidere tamen eam c si quod verius,in prin.& §.in præmissis. Cōtradicit hisce l.xxiiij.in princ.ff.ad l. Iul. de adulteriis. Plura de exceptione hac vide M. I. C. libro j. cap. xxv. quæstione j.except.xj.

VIII. Exceptio: Nisi magistratus vel iudex aliquem occiderit.xxiij.q.v.c.reos.§.prohibetur.c.de occidēdis,in prin. c.officia.c.cum homo,in princ.c.non frustrà.c.non est crudelis.c.qui malos. c. si homicidium. Huius replicatio est: Nisi aliter quàm ei ius est, occiderit.l.iiij in prin. ff.ad l. Cornel. de sicariis.

IX. Exceptio: Nisi iussu Dei aliquem occiderit. xxiij.q. v.c.lex.æterna.& cap.vlt.

X. Exceptio: Nisi eum quem iudex occidi iussit, occiderit.d.q.v.c.miles.c. si homicidium. Huius replicatio est: Nisi non iussus à iudice, sed sua sponte occiderit.d. c. miles. vers. quod si sua sponte.

XI. Exceptio: Nisi infans occisus sit.reprobatur de pœnitent.distin.j.c.si quis necandi.l. viij.C.ad l. Cornel. de sicariis. Hæc de causis propositæ accusationis, earúmque exceptionibus sint dicta: quarum tamen plures vide s̄.lib.iij.cap. v.reg.lxxiiij.item M.I.C.d.cap.xxv.quæst.j.

II. ADVERSVS QVOS HOMICIdij accusatio competit?

I. Regula: De pluribus, qui percusserunt occisum, cautur xxiij.quæst.viij.c.vlt.l.xj.§.sed si plures.l.5:.vers.idque est consequens.ff.ad l. Aquiliam.

II. Regula: De eo qui causam & occasionem homicidio dedit, vide s̄.quæst.prox.causa iij.

III. Regula: De eo qui post homicidium perpetratum ad capien-

ad capiendum vel occidendum venit, cauetur cap. ficut dignum.vj.§.illi autem qui.de homicidio.

IIII. Regula:De eo qui excubias egit,vt tutò committeretur homicidium,cauetur d.c.vj.§.illi etiam.

V. Regula : De eo qui iussit vel suasit homicidium fieri, cauetur d.c.vj.§.qui verò.item c.Henricus.ij.de clericis pugnantibus.

VI. Regula:De eo qui sarcinã homicidę custodiuit,dum homicidium committeretur,cauetur d.c.vj.§.hi quoque.

VII. Regula : De eo qui bona occisi occupauit,cauetur d.c.vj.§.eos insuper.

III. QVID VENIAT, SEV DE pœna homicidij.

I. Regula : Vtrum vltimo supplicio homicidium sit puniendum? controuertitur per ea quæ proposita sunt s̃. capit. vij.in prin.

II. Regula : De pœna eius qui per assasinos occidit,cauetur c.j.de homicidio,in vj.

III. Regula : De pœna subditi vel vasalli prælatum vel dominum occidentis cauetur c.ad aures.x. & c.in quibusdam.xij.de pœnis.item xxxiij.q.ij.c.quicunque,in fine.

IIII. Regula : De pœna eorum qui armati interfuerunt cùm aliquis caperetur, qui captus postea occisus est: item eorum qui cõsilium dederunt,cauetur c.sicut dignum. vj.§.clericos:de homicidio.

V. Regula : De pœna matris per iracundiam infantem occidentis cauetur c. j. de his qui filios occiderunt. De pœna eius quæ noctu infantem oppressit, vide suprà quæstione j.except.j.

VI. Regula:De pœna eius qui vxorem suam occidit,cauetur xxxiij.q.ij.c.quicunque.& c.admonere.

VII. Regula : De pœna eius qui clericum occiderit, cauetur xvij.q.iiij.c. qui occiderit. c. qui subdiaconum. c. qui præsbyterum. Huius exceptio est: Nisi non stola vestitus in itinere occidatur.d.q.iiij.c.vt præsbyteri.

VIII. Regula: De depositione & excommunicatione homicidę,Apostol.canon.lxiiij.Plures huiusmodi pœnas vide s̃.q.prox.sub singulis regulis:item q.j.sub singulis causis.

IIII. ADIVNCTA HVIVS IVDICII.

Cum dubitatur, vtrum ex vulnere decesserit,nec ne præ-

ſumitur ex vulnere deceſſiſſe, ne vulnerans in ſacris ordinibus militet.c. ad audientiam. xij. §. quia verò vtrum.& c. ſignificaſti.xviij.§.quod ſi diſcerni.de homicidio.Hæc de homicidio:de quo tamen vide plura M.I.C.lib.j.cap.xv.

V. DE PLAGIARIIS.

Pœna plagiariorũ, eſt vltimum ſupplicium. c.j.de furtis. l. vij. C.ad l.Fauiam de plagiariis.& Inſtit.de publicis iudiciis §.eſt & inter.Plura de hoc crimine vide M.I. C. lib.j.c.xxvij.

VI. DE ADVLTERIIS & ſtupro.

I. CAVSÆ HVIVS ACCVSATIONIS

I. Cauſa: Si quis fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit.xxvij.q.j.c.nubendi.§.fin. item diſtinct.lxxxviij.cap. fornicari. Declaratur cauſa propoſita definitione & differentia fornicationis,ſtupri & adulterij. 36. q.j.ca.l.illa, §.ſed non omnis,cum ſequentibus.Sanè omnis illicitus coitus definitur adulterium eſſe.xxxij.q.iiij.c.nemo.& xxxij.q.v.cap. illa autem. §. cum ergo. verſ.at enim ait. Differentia tamen ſtupri & adulterij traditur l.vj.§.lex ſtuprum.l.xxxiiij. §.fin. ff.ad l.Iul.de adulteriis.l.cj.in prin.ff.de verb.ſignific.

II. Cauſa:Omnis coitus extra legitimum matrimonium punitur.d.c. nemo.§.quidquid.& d. §. cum ergo.item xxxij. q.iiij.c.ſi non.§.fin.cap.meretrices. c.in eod.cap. Salomon. & xxxij.q.v.cap.non mœchaberis.

III. Cauſa: Amor vxoris immodicus & libidinoſus punitur.d.q.iiij.cap.origo. cap.recurrat.§.fin.cap.in eod. §.fin. & cap.liberorum,in princ.

IIII. Cauſa: Sola quoque concupiſcentia punitur. de pœnitent.diſtinct. j. c. ſi cui etiam.xxxij. q.vij.c. non ſolùm. Sed hæc ad iudicium poli, non fori pertinent. In foro enim nemo cogitationis pœnam ſuſtinet,vt s̃. cap.vj.quæſt.iij.except.x.eſt oſtenſum.

V. Cauſa: Si coniunx. coniugem in adulterio deprehenſum retinuerit.cap.ſi vir.iij.in prin.de adulteriis. xxxij.q.j.in princ.c.ſicut.c.dixit.verſ.imò cum illa.c.ſi quis vxorem.cap. apud miſericordem.§. quod ſi in adulterio. & §.vnde in nono.itẽ xxxiiij.q.j.c.penult.in prin.& l.ij. C.de adulteriis. Huius cauſæ except. j. hæc eſt: Niſi coniunx adulter pœnitentiam egerit.d.c.penult.verſ.quid ſi mulier. & xxxij.q.j.cap.ſi

quis vxorem.Concordant ea quæ habentur ĩ.causa proxim. except.j.Altera exceptio videtur:Nisi non maritus vxorem, sed vxor maritum adulterum retinuerit.d. cap.apud misericordem.§.crimen lenocinij. Sed hisce non obstantibus, exceptio proposita reprobatur d. capit. si quis vxorem versic. similiter si virum. Tertia exceptio est: Nisi maritus ignorauerit vxorem adulteram esse, vel contrà.xxxiij. q.j.c.penult. vers.quamdiu peccatum eius. Plura.de causa proposita vide M.I.C lib.j.cap.xxviij.quæst.ij.causa xij.

VI. Causa: Si coniunx coniugem dimissum reduxerit xxxiiij. q. j. c.non satis.§.rem nouam.vers. cúmque egressa. Cōcordant ea quę habentur M.I.C d.q.ij.causa xiiij.in prin. Eius autem exceptio prima hæc est: Nisi repudiatus repudiatáue pœnitentiam egerit.c.si vir sciens. iij. §.fin.de adulteriis.xxxij.q.j.c.de benedicto.c. quod autem. & c.non erit. Concordat item s̃. causa prox. except.j. Altera exceptio est: Nisi ob aliam quàm adulterij causam quis vxorem dimiserit: hanc enim recipere non prohibetur. xxviij.q.j.c. si quis gentilis.Plura de causa proposita vide M.I.C.d.causa xiiij.

VII. Causa:Si quis ab alio repudiatam vxorem duxerit, vel si qua repudiato nupserit.xxxj.q.j.c.deniq;. §.prima authoritas.xxxij.q.j.c.dixerit.q.vij.c.licitè,in princ.c.dominus, in fine.cap. omnes.§.qui dimittit.vers. & qui dimissam.item xxxiiij.q. j. c.non satis. §.rem nouam.vers.cúmque egressa. Plura de causa proposita vide M.I.C.l.j.c.xxviij.q.ij.causa xv.

VIII. Causa:Si incestus crimẽ sit commissum.Hęc causa approbatur per ea quę habentur ĩ.lib.iiij.c.xij.q.vj.reg.x. cum sequente.Declaratur definitione incestus xxxvj.q. j. c. lex illa.§.incestus est.l.xxix.& l.vltim:ff.de ritu nuptiar. Plura de causa proposita vide M.I.C.d.q.ij.causa xvj.

IX. Causa:Si quis duas vxores simul habeat,vel vna duobus nupta sit. Hæc causa approbatur simul& distinguitur per ea quæ proponẽtur ĩ.lib.iiij.cap.xiij.except.xvij.in prin. Præter exceptiones autem ibidem subiectas alia propositæ causæ exceptio est hæc: Nisi per errorem & ignorantiam quis eam quæ alium habet maritum,duxerit,vel cōtrà: is enim eáve ignorantiæ exceptione defenditur. xxxiiij.q.j. c.cum per bellicam.vers.nec tamen culpabilis.item c.si quis necessitate.§.fin.cum c.sequente.Concordant ea quę habentur M I.C. lib.j.cap xxviij.q.ij. causa xviij. except.j. Alia exceptio est.Nisi prior coniunx.propter fornicationem dimisfus

sus dimissáve sit xxxij.q.vij.c.quemadmodum. Sed & plura de causa proposita vide d. causam xviij.

X. Causa: Si quis vxorem suam sine causa dimiserit. Reprobatur hæc causa xxvij.q.ij.c.matrimonium.c.omnis res.

XI. Causa: Si quis contra naturam luxurietur, vel mares cum maribus coierint.xxxij.q.vij.c.adulterij.c.offerebat.c.flagitia.c.vsus. Concordat item M.I.C.d.q.ij.causa xix.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM causarum generalibus.

Hactenus causas, ex quibus adulterij accusatio competit, enumerauimus: quarum tamen plures vide M.I.C. d.q.ij. Sequuntur nunc istarum causarum except. aliquot gener.

I. Exceptio: Nisi cum serua commissum sit adulterium vel stuprum. reprobatur xiiij.q.vj.c.vltim.vers.ancilla. Contradicit M.I.C.d.quæst.ij.except.generali j.

II. Exceptio: Nisi cum soluta sit commissum. reprobatur xxxij.q.iiij.c.sic non sunt.§.fin.cum c.sequente.q.vij.c.fieri potest. Inst.de publ.iud.§.item lex Iul.de adulteriis.

III. Exceptio: Nisi cum meretrice, aut aliâs ignominiosa muliere stuprum sit commissum. reprobatur d.q.iiij.c.meretrices esse.& c.in eo. Proinde hoc casu corrigitur l.xxiij.& l.xxix.C.ad l.Iul.de adulteriis. De qua exceptione vide item M.I.C.d.quæst.ij.except.gener.vj.

IIII. Exceptio: Nisi cum deformi vel paupere fornicatio sit commissa. Reprobatur hæc exceptio xiiij.q.vj.c.vlt.§.quomodo.

V. Exceptio: Nisi liberorum procreandorum, non libidinis causa adulterium vel stuprum quis commiserit. xxxij.q.iiij.in prin.& cap.dixit, in princ.c.obiiciuntur. Sed his non obstantibus, exceptio proposita reprobatur d.q.iiij.c.sicut satius, in prin.c.recurras.§.fin.vers.nec illorum.c.dicat aliquis c.sic non sunt.

VI. Exceptio: Nisi ob defectum vel sterilitatem vxoris cum alia concubuerit. Videtur hæc exceptio approbari per ea quæ proposita sunt s. except.prox.in princ. Sed reprobatur per ea quæ ibidem §.sed his non obstantibus, annotata sunt. Quibus concordat xxxij.q.v.c.puto, in princ.

VII. Exceptio: Nisi per vim aliqua stuprum vel adulterium sit passa. approbatur per ea quæ proponuntur j.lib.iiij.cap.xviij.causa iij.except.v.item M.I.C.lib.j.cap.xxviij.q.ij.

except. gener. xj. Cuius replicatio est: Nisi vim passa non exclamauerit. xxxiiij. quest. j. c. non satis. §. legat libror.

VIII. Exceptio: Nisi per errorem putās suam esse vxorem, cum aliena rem habuerit. xxxiiij. quest. j. c. si virgo. §. fin. cum c. sequente. Hæc de exceptionibus aduersus adulterij accusationē generalibus: quarum tamen plures vide M. I. C. d. quest. ij.

II. QVIBVS ACCVSATIO adulterij competit.?

I. Regula, De marito adulteræ. Huic in primis accusatio competit. c. maritis. iiij. de adulteriis. l. xxx. §. in primis. C. ad l. Iul. de adulteriis. Huius exceptio est: Nisi maritus ipse sit adulter. c. intelleximus. vj. de adulteriis. Concordant ea quæ habentur j. lib. iiij. d. causa iij. except. iiij. Item concordat l. xiij. §. iudex. ff. de adulteriis. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d. cap. xxviij. quæst. iij. reg. j.

II. Regula, De vxore adulteri. Huic accusatio adulterij non competit. xxxij. q. j. c. apud misericordem. §. hoc in mulieribus, cum sequentib. iem quæst. v. cap. vlt. & l. j C. ad legem Iul. de adulter.

III. Regula: Si incesti crimen dicatur contractūs oli consanguinei ad accusandum admittuntur. Quæ regula approbatur simul. & distinguitur j. lib. iiij. c. xviiij. quæst. iiij. reg. iij. Plures huiusmodi regulas vide M. I C. d. quæst. iij.

III. QVID VENIAT. SEV DE pœna adulterij.

I. Regula: Vitium fornicationis omniū maximum scelus est. xxxij. quæst. vij. cap. non solum. §. inter cætera.

II. Regula: De gradibus fornicationis cauetur d. q. vij. cap. quemadmodum. §. sunt enim. & c. adulterij.

III. Regula, De stupri pœna. Qui stuprum commisit, viciatam ducere & dotare tenetur. c. j. de adulteriis. Huius exceptio prima hæc est: Nisi pater puellæ in matrimonium consentire nolit: tunc enim dotem dando liberatur. d. c. j. vers. si vero pater. Altera exceptio est: Nisi castigatus & excommunicatus in monasterio, dum vixerit, pœnitentiam agere malit. cap. peruenit. ij. eod. tit.

IIII. Regula: Mulieres adulteræ in monasteriis perpetuam pœnitentiam agere debent. cap. gaudemus. xix. de conuersione coniugator. Concordat M. I. C. lib. j. cap. xxviij. quæst. vij. reg. iuj.

I. Regula

V. Regula: De relegatione adulteri & adulteræ cauetur xxxij.quæst.j.cap.de benedicto.

VI. Regula: De pœna sacerdotis fornicantis cauetur distinct. xxviij. cap. presbyter. & distinct. 82. c.presbyter.

VII. Regula: Si sacerdos cum filia sua spirituali seu pœnitentiali rem habuerit, punitur. xxx. q.j. cap. omnes.cap.si quis sacerdos.& c.vlt.in princ.

VIII. Regula: Si mulier propriis seruis se iunxerit, cap. plectitur. xij.q.ij.cap. episcopus. §. si qua cum seruo.l.vnica. C de mulieribus quæ se propriis seruis iunxerunt.

IX. Regula: Si monacha commiserit fornicationem, pœna vtrique constituitur xxvij.q.j.c.si qua monacharum. Plures huiusmodi regulas vide M.I.C d.q.vij.

IIII. ACTVS ET ADIVNCTA iudicij de adulteriis.

I. Regula: De iuramento accusatoris cauetur xxxv.q.vj. cap.si duo.§.fin.cum c.sequente.

II. Regula: De probatione incestus cauetur d. ca.si duo, in prin. Concordant ea quæ habentur j.lib.iiij.cap.xix.q.iiij. reg.iij.& iiij.

III. Regula: Confessio alterutrius non probat contra alterum quo ad pœnam, sed quo ad purgationem indicendã sufficit.cap.significasti.v.de adulterijs.ij.quest..v.c.interrogatum. Hæc de accusatione adulterij: de qua tamen vide plura M. I. C. d.cap.xxviij.

VII. DE FALSO.

I. CAVSÆ EX QVIBVS HÆC accusatio competit.

I. Causa generalis est: Si falsum sit commissum. cap. j. in prin. de crimine falsi. Declaratur causa proposita diuisione falsi, quorum vnum consistit in veritate occultanda, alterum in mendacio dicendo, d. cap.j. in fine. Species falsi in literis commissi enumerantur cap. licet. v. eod.tit. Sequuntur nunc causæ speciales.

II. Causa: Si instrumenta quis suppressit, vel aduersariis tradidit. xij.quæst.ij.ca.si quis de clericis. j. & cap.si quis de clericis.ij.

III. Causa: Si falsas literas non destruxit, vel resignauit. cap.dura.iiij.§.adiicientes.de crimine falsi.

IIII. Causa: Si literas Papæ de manibus eius, vel officialium eius non recepit.cap.licet.v.§.eos etiam.d.tit.

V. Causa: Si falsum dixerit testimonium.iij.q.viiij.c.nihilominus.iiij.q.ij.cap. vult. §. qui falso.l. xvj. ff. de testibus. Huius exceptio est: Nisi indignum ignorans, dignum dixerit. cap.vnico, de scrutinio.

VI. Causa: Si iustum iniustum dixerit, sanctum non sanctum, vel contrà, alióve modo mentiatur xj.q. iij.cap. si quis dixerit.c.si quis hominem.cap.væ qui dicitis.cap.vnicuique. Plura de mendacio vide j.lib.iiij.cap.de peccato.

VII. Causa: Si ob accusandum vel non accusandum, ob dicendum vel non dicendum testimonium vel ob sententiam pecuniam acceperit. d. cap. vnicuique. §. fin. cum cap. sequente.j.quæst. j. cap. concussionis. l.ij. ff. de concussione. & l. j. §. j.ff.ad l.Cornel.de falsis.

VIII. Causa: Si monetam falsificauerit, punitur c. vnico de crimine falsi, in extrauag. Ioann.

XXII. Exemplum huius causæ habetur cap. vnico, de dilationib. in extrauag. com.

IX. Causa: Si alchimiam exerceat, vel procuret, punitur c. vnico, de crimine falsi, in extrauag. comm.

X. Causa: Si circa pondera & mensuras falsum adhibuit, punitur c.vt mensuræ.c.ij.de emptione & venditione.

XI. Causa: Si mulier virili veste vtatur, punitur distinct. 30. c. si qua mulier.

XII. Causa: Si testis dicta sua vtrique parti prodidit.iiij. quest.ij cap.vlt.§. qui falso.l. xvj. ff. de testibus.

XIII. Causa: Si falsò inscriptos impiorum libros tanquam sacros publicauerit. Apostol. canon. 59.

DE EXCEPTIONE PRÆCEDENTIUM causarum generali.

Hactenus causas propositæ accusationis enumerauimus: de quibus tamen aliísque pluribus vide item M.I.C.lib.j.ca. xxix. quæst. j.Istarum autem causarum exceptio generalis hæc est: Nisi sine dolo malo, vel per errorem & ignorantiam quis falsum commiserit. Quæ exceptio approbatur, exemplo cap.accedens.viij.de crimine falsi. Concordat M. I. C. d. quæst.j. in fine, except. generali j. vbi plures huiusmodi exceptiones sequuntur.

II. QVID

II. QVID VENIAT IN FALSI accusatione, seu de pœna falsi.

I. Regula: Falsum æquiparatur homicidio xj. quæst. iij. cap. nemo peritorum.

II. Regula: De pœna excommunicationis cauetur extrauag. Ioan. xxij. vnica, de crimine falsi.

III. Regula: De pœnitentia iniungenda falsario cauetur v. quæst. vj. cap. penult.

IIII. Regula: De pœna clericorum, qui principis sigillum falsificauerunt, cauetur cap. ad audientiam. iij. de crimine falsi.

V. Regula: De pœna eorum qui literas Papæ falsificauerunt, cauetur c. ad falsariorum. vij. eod. tit. Plures huiusmodi pœnas vide s. sub singulis causis: item M. I. C. d. c. xxix. q. v. Sed & plura de falsi accusatione vide d. c. xxix.

VIII. DE MALEFICIS, DIVInatoribus, mathematicis, & similibus.

I. CAVSÆ HVIVS IVDICII.

I. Causa est, diuinatio. xxvj. q. v. in prin. j. q. j. c. nunquam, in prin. Concordant ea quæ proposita sunt s. cap viij. quæst. v. causa xxvj. item quæ proponentur j. causa ix. Ratio huius causæ per obiectionis solutionem habetur d. q. v. vltim. §. si autem quilibet. Origo diuinationum exponitur xxvj. q. iij. in princ. cum cap. sequente. Ratio nominis exponitur d. q. iij. cap. j. §. diuini. Genera diuinationum enumerantur d. cap. j. §. j. Singulorum generum species in sequentibus causis proponentur. Diuinationum autem causæ vel modi exponuntur d. cap. j. §. fin. cum cap. sequente.

II. Causa: Si incantator sit vel incantatrix. xxvj. quæst. v. cap. episcopi. §. illud etiam. cap. quicunque. §. fin. cum cap. sequente. item cap. peruenit. item quæst. vij. cap. ad nonemt. Declaratur causa proposita definitione incantatorum xxvj. quæst. iij. cap. j. §. incantatores.

III. Causa: Si magiam exerceat. xxvj. q. v. ca. non oportet. ca. episcopi, in princ. Concordat M. I. C. lib. j. ca. vlt. causa j. Declaratur causa proposita definitione magorum d. quæst. v. cap. nec mirum. §. magi sunt. & xxvj. quæst. iij. cap. j. §. primùm autem.

IIII. Causa: Si ariolus sit.l.v.& l.vij.C.de maleficis. Declaratur definitione ariolorum d.c.j.§.arioli.

V. Causa: Si aruspex sit, vel aruspicem consulat.d.l.v. Declaratur definitione aruspicis d. cap.j.§. aruspices. Concordat xxvj. quæst. v. cap. contra idolorum. cap. nec mirum. §. aruspicinæ.

VI. Causa: Si augur sit, vel augures consulat. d. l.v. C.de maleficis. Declaratur definitione auguris d. cap.j.§.augures. De origine horum differitur d c.nec mirum.§.auguria.

VII. Causa: Si astrologus sit aut mathemathicus. xxvj. quæst.v.c.non liceat, in prin.xxvj.q.ij.c.j.§. sic & astronomia. c.illos planetarios.ca.sed & illud.§.est & illud.l.v.& l.vij.C.de maleficiis. Declaratur causa proposita definitione astrologorum d. cap.j.§.astrologi. Mathematici definiuntur d.c.j.§. genethliaci.vers.hi sunt qui vulgò.

VIII. Causa: Si genethliacus fuerit. xxvj.q.ij.cap. illud quod.§.neque illi ab hoc. Declaratur hæc causa definitione genethliacorum d.§.genethliaci. Ad hanc causam pertinent horoscopi, qui definiuntur d.c.j.§.horoscopi.

IX. Causa: Si sortilegus sit. xxvj.q.ij.c.j.§.fin. cum ca.sequente.ca.hi qui de paganis.c.non exemplo. q.v.in prin.cap. sortes.cap.peruenit.c.episcopi, in princ.& q.vij.c. non obseruetis.vers.& sortes.item De sortilegiis c.j. Declaratur causa proposita definitione sortilegorum xxvj.q.j.in prin.c.sequen. item quæst.iij.cap.j.§.sortilegi.

X. Causa: Si necromanticus sit. Hæc causa declaratur xxvj.q.v.c.nec mirum.§.necromantici.

XI. Causa: Si hydromanticus sit. Declaratur hæc causa ibidem §.hydromantici.

XII. Causa: Si salitor sit. Declaratur hæc causa xxvj.q. iij.cap.j.§.salitores.

XIII. Causa consistit in præstigiis. Quæ declaratur d.c. nec mirum.§.præstigium.

XIIII. Causa: Si Pythonissa fuerit. Declaratur d. cap.j. §. Pythonissæ. Soluitur huius causæ obiectio d. cap. nec mirum.§.præterea quidam.

XV. Causa: Si excecrabili modo medeatur, vel sanari cupiat.d.cap. nec mirum.item xxvj.quæst.ij. cap. illud quod cap. qui siue. quæst.vij.cap. admoneant. cap. non obseruetis. vers.siue qui per quosdam.

XVI. Causa: Si aruspicem, mathematicum vel similem consulat,

consulat, vel ei credat. d. quæst. ij. cap. intelligi. item xxvj. quæst.v.cap. qui diuinationes. cap. si quis episcopus. xxvj q. vij.cap. non obseruetis. item De sortilegiis. cap. ex tuarum. ij.& l.v.C.de maleficis.

XVII. Causa: Si edat vel bibat id, quod reliquum est ex eo quod dæmonibus est immolatum.xxvj. quæst.ij. cap. sed & illud.§.fin.cum cap.sequente.

XVIII. Causa: Si permittat tolli aliquid ex eo quod dæmonibus est immolatum.d.q.ij.cap.si de area.

XIX. Causa: Si emerit id quod idolis est immolatum. Hæc causa distinguitur in ignorante d.q.ij.cap.vlt.

II. QVID VENIAT, SEV de pœna.

Pœna excommunicatio est, secundum ea quæ proposita sunt s.cap.viij.quæst.v. causa xxvj. Sed & alias pœnas vide s.quæst.proxi.sub singulis causis. Hæc de maleficis & similibus sint dicta. De quibus vide item M.I.C.lib.j.cap.vlt.

DE SIMONIA.

Cap. XVI.

HACTENVS octo species publicorum iudiciorum exposuimus. Superest accusatio Simoniæ, hæreseos & vsurarum: de quibus singulis sigillatim in sequentibus capitibus agetur, & primùm de Simonia.

I. CAVSÆ EX QVIBVS proposita accusatio competit.

Prima atque generalis huius accusationis causa est, Simonia.j quæst.vij.vlti. in princ. Declaratur causa proposita definitione Simoniæ j.quæst.j. cap. qui studet. Ex hoc canone Simonia definitur studiosa voluntas emendi vel vendendi spiritualia, glossa in d.quæst.j.in prin. & in cap. si quis ordinauerit.xlv.in verbo per triennium.de Simonia. Est autem Simonia dicta à Simone mago.xxiiij..quæst.iij.cap.penult.in princ. Simoniam verò esse hæresim, patet ex d. cap.vltim.in prin.Cui concordat j.quæst.j.cap.ventum.§.fina. cum cap.sequente.cap.cum omnis. ca. eos qui.c.placuit.§. ex illa. Concordat item propositæ causæ j.quæst.j. cap. erga Simonniacos. & c.nunquam.& j.quæstio.iij.cap.ea quæ.item extrauagans

gans commu.ij.de Simonia.& extrauag.com.j de senten.excommu. Obiicitur j.quæst.j. cap.placuit.§. item opponitur. Respondetur huic obiectioni ibidem §. sed de prophetia. Species seu exempla huius causæ exponuntur cap.non satis. viij. & cap. cum in ecclesiæ.ix. de Simonia. Sed & species eius sunt sequentes causæ.

II. Causa: Si quis pro ordinatione vel electione aliquid dederit vel acceperit. cap.j. in fine. cap.ad nostram.xxj.cap. dilectus.xxx.cap.consulere. xxxviij.c.sicut pro certo.xxxix. & c.audiuimus.xlj.de Simonia.j.quæst.j.in prin.cum sequētibus,vsque ad cap.quicunque sacros.c.cum liceat. cap.cum ordinaretur.cap.gratiam.c.citò turpem.cap.placuit.ca.principatus.cap.fertur.ca.sicut eunuchus.cap.quibusdam.item j. quæst.iij.cap.ex multis.quæst.vij. cap.si quis omnem,in prin. vsque ad §.sed dicunt.item §. qui per Simoniam.vij.q.j.ca.si quis de ordine.§.si.cum cap.sequente.item viij.quæst.ij.cap. j.item De statu monachorum ca.monachi,in prin. & §.prioratus.item distinct.j·.cap.vlt.vers.qui honorem muneribus. item xv.q.iij.cap.sanè quisquis hanc in prin.l.xxix.C.de episcopis & clericis. Nouell.vj.§.sancimus igitur.versi.sed neque pecuniis.item §. & hanc.item.Nouell.cxxiij.§.pro omnibus.item §.sed neque clericum.Sed & concordant ea quæ proposita sunt s̃. causa proxi. Planè obiicitur huic secundæ causæ j.quæst.j. cap. per Esaiam.§. constat ergo. cap. statuimus vt sicut.§.sicut ergo. Cui obiectioni Gratianus respondet d. cap. statuimus. §. sed sicut. Alia obiectio habetur j. quæstio.iij.in princ.de qua j̃.except.xix. dicetur. Nam j̃.inter exceptiones generales huius causæ exceptiones enumerabuntur.

III. Causa: Si pro consecratione, benedictione vel aliis sacramentis aliquid datum vel acceptum sit.cap. cum in ecclesiæ.ix.cap.cum sit Romana.10.cap. suam nobis.xxix.cap. sicut pro certo. xxxix. & cap. ad apostolicam.xlij. de Simonia.item j.quæst.iij.cap.vlt.

IIII. Causa: Si pro sepultura vel exequiis mortuorum aliquid datum sit vel acceptum. cap. non satis.viij.§.fin.cap. cum in ecclesiæ. ix. versic. & pro sepultura. cap.suam nobis. xxix.& cap.audiuimus.xlj. de Simonia.item xiij. quæstio.ij. cap. quæsita est. cap. postquam. cap. in ecclesiastico. & cap. præcipiendum.

V. Causa: Si pro chrysmate vel oleo quid datum vel acceptum

ceptum ſit.d.cap.non ſatis.viij.§.fin.& cap.ea quę.xvj.cap.ad noſtram.xxj.& c.in tantum.xxxvj.de Simonia.

VI. Cauſa: Si pro baptiſmate aliquid exigatur.j. quæſt.j. cap.baptizandis.& cap.quicquid.

VII. Cauſa: Si gratiam ſcientiæ,quam à Deo habet,non gratis exerceat.j.quæſt.iij.cap.non ſolùm.

VIII. Cauſa: Si res eccleſiæ in ſuum vſum conuertat.d. quæſt.iij.cap.res eccleſiæ.

IX. Cauſa: Si precibus vel fauore quis ad ſacros ordines ſit promotus.j.quæſt.j.cap. omnis.§. de his autem , cum cc.ſequentibus,vſque ad cap.pueri.item d.cap.pueri.§.nulla ſit.Apoſtol.canon.xxix. Contradicit d.cap.pueri.§.fin.cum ſequentibus, vſque ad §.non itaque. vbi Gratianus huic obiectionj reſpondet.

X. Cauſa: Si quis quo iure debet, non niſi præmio acceptæ perſoluat.j.quæſt.iij.cap.vendentes.

XI. Cauſa: Si indignus ad ſacros ordines ordinetur.xvj. quæſt.vij.cap.& hoc.§.& arbitror.& j.quæſtio.iij. cap. ſi quis epiſcopus.verſi.vel aliter. Concordant item ea quæ ſ.cauſa ix.ſunt propoſita.

XII. Cauſa: Si pro abſolutione ab excommunicatione aliquid datum vel acceptum ſit. cap. ad aures.xxiiij. de Simonia.

XIII. Cauſa: Si depoſitus dato precio ad ordinem ſit reſtitutus.j.quæſt.j.cap. per principalem.§.fina. cum cap.ſequente.cap.iubemus.verſic.ſi quis pœnam.l.iiij.C.ad legem Iul.repetund.

XIIII. Cauſa: Si Prælatus accepta pecunia ſuas vices alteri ceſſerit.cap.j.cum duobus ſequentibus. ne prælati vices ſuas.

XV. Cauſa: Si precio vel fauore peccata alicuius celet, vel reconciliet non pœnitentem,aut dignè pœnitētem odio non reconciliet.c.nemo.14. de Simonia.

XVI. Cauſa: Si eccleſia empta vel redempta ſit.cap.quęrelam.xv.d.tit.

XVII. Cauſa: Si non conſentienti electioni aliquid voluntate electi datum ſit, vt à contradictione deſiſteret. cap. Matthæus.xxiij.d.tit.

XVIII. Cauſa: Si vt eligeretur prælatus iureiurandō præſtito actionem vel pœnam remiſit. viij.quæſtio.iij.cap.j. Concordant ea quæ habentur ĩ.except.general.viij. Huius cauſæ

causæ exceptio est: Nisi post electionem nulla pactione antea facta remisit.d.q.iij.in prin.& cap.Artaldus.

XIX. Causa: Si quis non nisi munere accepto conuertatur, vel regimen ecclesiæ suscipiat j.q.ij.c quam pio.

XX. Causa: Si quis à conuersis munus sumat.d. quæst. ij.cap.nullus.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM causarum generalibus.

Hactenus causas propositæ accusationis enumerauimus, quarum aliquot exceptiones generales restant, quas ordine subiiciemus.

I. Exceptio: Nisi alius quàm ordinatus pecuniam dederit.cap. etsi quæstiones. xviij.cap. de simoniacè. xxij.& cap. sicut tuis.xxxiij. de Simonia.item j.quæst.j.cap.statuimus.§. habent ergo,cum duobus cc.sequentibus.quæst.iiij.in princ. cum sequentibus, vsque ad cap.Iudæi.item d.quæst.iiij.cap. non imputantur.§.item si excusatur. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ordinato sciente & consentiente alius pro eo pecuniam dedit. cap. Matthæus.xxiij.& cap. sicut tuis. xxxiij.versic. nisi postea consenseris. de Simonia. Altera replicatio est, quòd quamuis ordinatus à reatu Simoniæ propter suam ignorantiam excusetur, fructus tamen ordinationis non percipiat: Nisi postquam ordinationi renunciauerit, ex misericordia ei in ea conditione esse concedatur.j.quæst.j.cap.statuimus.§.Simoniacos autem.j.quæst.j.in prin.cum cap.sequente.item cap. eos qui. §. ex hac itaque, cum c.sequente.item De Simonia.c.nobis. xxvij. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi ab aduersario ordinati pecunia data sit, vt fructu ordinationis defraudaretur.d.cap. xxvij. versic.nisi constaret illos. Altera duplicatio est: Nisi etiam sine pecuniæ interuentu eum erant electuri j.quæst.vj.cap.vlt.§.fin.& ibi glossa.item cap. etsi quæstione. xviij.§.fi.de Simonia. Hæc de secunda replicatione eiúsque duplicationib. sint dicta. Tertiæ replicationis loco notandum, quòd exceptio proposita ordinato ignoranti solùm, non etiam pecuniam danti & accipienti competat.ca.fi.cum xxxiij.§.fin.de Simonia.

II. Exceptio: Nisi alij quàm ordinatori munus datum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, si ignorante ordinatore datum sit: verùm danti & accipienti non prodest.j.

quæst.j.

quæst.j.cap.statuimus.§.Simoniaci quoque.& cap. omnis.§. de his autem,cum cap.sequente.

III. Exceptio: Nisi ministris vel notariis datum sit.reprobatur cap.j.de Simonia.j.q.ij.cap.nullus.§. regulam antiquam.cap.sicut,in princ.

IIII. Exceptio: Nisi prandium vel cœna saltem sit data. reprobatur cap.Iacobus.xliiij.d.tit. de Simonia.item extrauag.commu.cap.j.eod.tit.

V. Exceptio: Nisi non pecunia numerata, sed quid aliud datum sit.reprobatur j.q.iij.cap.totum.

VI. Exceptio: Nisi obsequium saltem præstetur, vel homagium,seu fidelitas.reprobatur c.cum essent.xij.& c.ex diligenti.xvij.de Simonia.item c.vlt.de regulis iuris.

VII. Exceptio: Nisi modicum quiddam datum sit.c.etsi quæstiones xviij.in fine.de Simonia.

VIII. Exceptio: Nisi nullo dato ius aliquod remissum sit. reprobatur cap.per tuas.xxxvij.& cap.si quis ordinauerit.xlv.eod.tit. Plura de hac exceptione vide s̃.causa xviij.

IX. Exceptio: Nisi vniuersa bona sua conferat ecclesiæ, in qua ordinatur. Reprobatur hæc exceptio sub conditione,,hoc si cum pacto se recipiendi contulerit, capit.tua nos. xxxiij.dict.titu.

X. Exceptio: Nisi pro ingressu monasterij datum sit.reprobatur cap. veniens.xix.d.tit.& j.q.ij.in prin.c.sicut.§.authoritate Bonifacij.cap.quam pio.cap.vltimo.

XI. Exceptio: Nisi pro sepultura datum sit, reprobatur s̃.causa iiij.

XII. Exceptio: Nisi non pro ipsa ordinatione vel consecratione datum sit,sed pro accessoriis: puta pro electione, confirmatione, vel subscriptione.reprobatur j.q.vj.in princ. §.nunc autem.& c.j.c.ego autem.c.vlt.in princ. Concordant item ea quæ proposita sunt s̃.except.iij.item quę proponentur j̃.in proximè sequentib.exceptionibus.

XIII. Exceptio: Nisi pro pallio datum sit. reprobatur prima quæstione.ij. cap. nullus.§.regulam.versic. neque ex datione pallij.

XIIII. Exceptio: Nisi pro pastillo datum sit. Et hæc reprobatur d.§.regulam.versi.neque ex ea.item j.quęst.iij.cap. si quis obiecerit.§.fin.

XV. Exceptio: Nisi pro scriptura saltem datum sit. reprobatur d.§.regulam.vers.neque ex donatione chartarum.

Definitur

Definitur tamen certa quantitas, intra quam exceptio proposita admittitur, extrauagan. Ioan. xxij. vnica de sentent. excommunicationis.

XVI. Exceptio: Nisi pro re, non ordine datum sit. reprobatur d.cap.si quis obiecerit. & d.quæst.iij. cap.saluator, in prin.& §.pensandum.item cap.ea quæ. Sed & concordant j. exceptiones proximè sequentes.

XVII. Exceptio: Nisi pro altari vel decimis datum sit d.quæst.iij.cap.quæsitum.& cap.altare.

XVIII. Exceptio: Nisi pro præbenda datum vel acceptum sit. reprobatur d.cap.quæsitum. versi.sicut etiam præbendas.item d.q.iij cap.j.ca.si quis dator.cap. si quis episcopus.cap.si quis obiecerit.§.fin.cap.ex multis.& cap.vlt.

XIX. Exceptio: Nisi pro temporalibus, non pro spiritualibus datum sit. Hæc exceptio distinguitur in temporalibus, quæ spiritualibus sunt annexa, j.q.iij. in prin.ca. si quis obiecerit.ca.saluator.§.sed beatus antecessor. Huius distinctionis species est j.exceptio.proxima reprobatá.

XX. Exceptio: Nisi pro officio procurationis vel præpositura, non sacro ordine datum sit. reprobatur d.c. saluator.§.alioquin cur sancta.item j q.vij.cap. si quis omnem. §. quicunque per pecuniam.item De Simonia cap. consulere. xxxviij. Ratio propositæ exceptionis reprobatæ constat ex distinctione superioris exceptionis proximæ. Declaratur autem d.c.saluator.§.in nomine verò.

XXI. Exceptio: Nisi pro inuestitura datum sit. reprobatur cap.in tantum.36. §. fin.de Simonia.

XXII. Exceptio: Nisi fructus ecclesiarum sub annuo censu concedantur.c.vlt.ne prælati vices suas.

XXIII. Exceptio: Nisi sumptuum causa datum vel acceptum sit. cap.cum sit.x. vers. præter procurationem. de Simonia.

XXIIII. Exceptio: Nisi paupertatis ratione acceptum sit. Reprobatur hæc exceptio cap.quoniam.4c.d.tit.

XXV. Exceptio: Nisi extra templum sit datum. reprobatur j.quæst.iij.cap.saluator.§.fin.

XXVI. Exceptio: Nisi is qui pecunia data ordinatus est, isto ordine dignus sit.j.q.v.c.j.§.nisi verò.

XXVII. Exceptio: Nisi non muneris intuitu ordinatio sit fa[illegible]a, sed etiam sine eo futura. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s.except.j repl.ij.dupl.ij.

XXXVIII.

XXVIII. Exceptio: Nisi sponte, non ex pacto aliquid datum sit.c.etsi quæstiones.xviij.cap.dilectus.xxx.§.fin.cap. tua nos.xxxiiij.§.si verò purè.& c.mandato.xxxxvj.ver.quę nullo pacto. de Simonia. xj.q.ij.in princ. §.sed aliud est.c.j.c. sicut.§.is autem xiij.q.ij.c.quæsta est vers.sed si quando.c.in ecclesiastico.c.præcipiendum.vers nisi.fortè.item extrauag. com.j.vers.illa duntaxat. de Simonia. Contradicit quodammodo,quo ad sepulturæ venditionem,xiij.q.ij.c.postquam.

XXIX. Exceptio:Nisi consuetudo loci non refragetur. c.ad apostolicam.xxxxij. de Simonia. Sed hoc capitulo non obstante, exceptio proposita reprobatur c. non satis. viij. §. fin.c.cum in ecclesiæ.ix.§.putant autem.cap.ea quæ xvj.cap. veniens.xix.vers.asserentes hoc esse.c. dilectus.xxx.vers.dubitas igitur.c.in tantum. xxxvj. c.sicut pro certo.xxxix. & c. Iacobus xxxxiiij.eod.tit.item extrauag.com.j.eod.tit.

XXX. Exceptio: Nisi episcopus loci dispensauerit. Reprobatur hæc exceptio cap. nobis. xxvij. §. fin.de Simonia. Admittitur tamen, si episcopus mandatum dispensandi à Papa acceperit.c.mandato.xxxxvj.eod.tit.

XXXI. Exceptio: Nisi id quod datum est, in pios vsus sit conuersum.Reprobatur hęc exceptio.j q.j.c.non est.item extrauag. com. j. §.nos igitur.vers. etiam ad vsum ecclesiasticum.de Simonia.

XXXII. Exceptio: Nisi pœnitentiam egerit Simoniacus. reprobatur j.q.vij.c. conuenientibus. §. fin.& c.requiritis. Hactenus de causis propositæ accusationis. earúmque exceptionib.sit dictum.

II. QVIBVS ACCVSATIO Simoniæ competit?

Omnibus quibus ex lege Iulia maiestatis accusare permissum est, Simoniæ quoque accusatio competit.c.si dominus.iij.c.tāta.vij.de Simonia.xv.q.iij.c.certis.§.fi. Huius except. videtur:Nisi fœmina velit accusare. Quæ tamē excep. reprobatur d.q.iij.c.sanè quisquis.§.vnde aut specialiter.

III. ADVERSVS QVOS ACCVsatio Simoniæ competit?

I. Regula: Tam dans quàm accipiens proposita accusatione tenetur.c.nō satis.viij.§.vnde quisquis.c. veniens.xix. c.dilectus.xxx. vers.tam in dantes. c. consulere.xxxviij.cap.

ficut.xxxix.§.fin.c.quoniam.xxxx.verf.tam recipiens. de Simonia. item extrauag.com.cum deteftabile.ij.§. ftatuentes. verf.dando vel recipiendo.eod. tit. & extrauag. com. j. §. & hanc.de fentent.excom.j.q.j.cap. quos conftiterit.verf. quia dantem pariter.c.reperiuntur.§. fin.c.fi quis epifcopus.c.qui per.item j.q.iij.c.j.verf.iuftè enim vterque. c.vendentes.cap. peruenit,in fine.& c. vlt. verf. & emptor atque venditor. j.q. vij c.fi quis omnem. §.j.item §.item epifcopum.& §.Tharafius.Apoftol.canon.xxviij.

II. Regula: De eo pro quo ignorante datum eft, vide s̄. quæft.j.except.j.

III. Regula: De eo qui confenfit,cauetur cap. non fatis. viij.§.vnde quifquis.de Simonia.

IIII. Regula: De eo qui ordinatum præfentauit, cauetur.c.fi quis ordinauerit.xxxxv.d.tit.

V. Regula: De mediatore cauetur j. q. j.c.fi quis epifcopus.§.fin.& extrauag.com.cum deteftabile. ij. §. ftatuentes. verf.aut quod illa fiat.de Simonia.

VI. Regula: De eo qui fciens Simoniam commiffam non defert vel vindicat.j. q.j.cap. quifquis.c. quidquid. verf. equidem fi fciente.item extrauag.com.j. §. illos quoque de fentent.excom.

VII. Regula: De eo qui fciens vtitur gratia redempta, cauetur d.extrauag.j.§.fin.

VIII. Regula: De liberis feu hæredibus Simoniaci canetur j.q.j.c.citò turpem.

IIII. QVID VENIAT, SEV de pœna Simoniæ.

I. Regula: Is qui dedit deponitur, & facerdotij honore priuatur.c.qui alium.ij. cap. ficut.vj.c.infinuatum.xiij.de Simonia.j.q.j.c.præfbyter.c.reperiuntur.§.quod fi aliquis.˚vbi in monafterium detruditur.item d.q.j.cap.fi quis epifcopus verf.& qui ordinatus eft.cap.qui per.cap.fanctorum.cap.qui ftudet.& cap.erga Simoniacos.

II. Regula: Is quoq; qui accepit,deponitur. c.de hoc autem.xj.c.ea quæ. xvj.in fine. de Simonia.j.q.j.c.reperiũtur.§. fin.c.qui per.item q.iij.c.fi quis epifcopus.& ibi gloffa.Planè interdũ accipiens ad tempus excommunicatur,vel alia pœna pro arbitrio iudicis punitur.j.q.j.c.quidquid.Sed & is,cui ius aliquod propter Simoniam remittitur, ad tempus punitur.

nitur.cap.si quis ordinauerit.xxxxv.de Simonia.

III. Regula: De pœna excommunicationis & anathematis cauetur d.c.quicquid.itē extrauag.com.j.§.nos enim qui secus.& ij.de Simonia. item extrauag. com.j.de sentent. excom.& j.q.j.c reperiuntur.§. fin. c.si quis episcopus. §. fin. c.qui studet,in prin.cap.quicunque.cap. citò turpem.§.quia ergo vers.secundum Ambrosium.c.placuit.item q. vij.ca.vlt.

IIII. Regula:Simoniacus in æternum damnatur. j.q.j.c. si quis neque.q.iij.cap.si quis dator.

V. Regula:Monachus Simoniacus ab vno monasterio in aliud durius transfertur.cap,de regularibus.xxv.c.dilectus. xxx.§.quod si de hoc.& c.quoniam.xxxx.de Simonia.

VI. Regula: De pœna simpli eius quod acceptum est præstanda,cauetur c.de hoc autem, xj.§.fin.& c.veniens.xix. §.quoniam ergo.de Simonia.extrauag.com.ij.§.per electionem.eod.tit.j.q.iij.cap.si quis dator,in fine.

VII. Regula:De pœna dupli eius quod acceptum est prę-standa,cauetur.cap.audiuimus.xxxxj.§.fin.de Simonia.

VIII. Regula, De pœna Giezi,habetur cap. cum in ecclesiæ.ix.§.fin.& c.sicut.xxxix. §.fin.d.tit.

V. ADIVNCTA HVIVS IVDICII.

I. Regula: Reus interim ab administratione diuinorum prohibetur.cap.accusatum.iiij.cap.quoties.v. cap. tanta. vij. §.item omnis.de Simonia.ij.q.v.c.accusatum.

II. Regula, De probanda Simonia. Mediator seu socius criminis ad testimonium perhibendum hoc casu admittitur. Approbatur hæc regula sub conditione c. j.de testibus. in vj. Concordant ea quæ habentur s̄.cap. x.quæst.iij.reg.v. except.iij.

VI. EVENTVS HVIVS CRIminis & iudicij.

I. Regula.Damnatus fit infamis.j.q.iij.c.vlt.ver.&emptor.

II. Regula: Ordinati à Simoniacis vulneratum habent caput.j.q.j.c.per Esaiam.§.constat ergo.Concordant ea quæ habentur j̄.lib.iij.capit.iiij.quæst.iij.in fine,except.iij.

III. Regula:De Simoniacè acceptis restituendis dictum est s̄.q. iiij. reg. vj. De iisdem ecclesiæ applicandis cauetur extrauag.com.j.§.insuper erga personas.de Simonia.

IIII. Regula: De præmio delatorum cauetur extrauag.com.ij.§.& vt huiusmodi.eod.tit.

VII. ADFINIA PROPOSITÆ accusationis remedia.

I. Regula: De secreta admonitione, si crimen secretum sit, cauetur c. ex tuæ. xx de Simonia.

II. Regula: De inquisitione facienda cauetur c. dilectus xxx. §. quod si de hoc. eodem tit.

III. Regula: De purgatione diffamato deferenda, si crimen probari non possit, cauetur c. de hoc autem xj. §. si verò id. & c. insinuatum. xxiij. §. fin. de Simonia. Hæc de Simonia. Sequitur de hæresi.

DE HÆRESI.

Cap. XVII.

De hæresi eiúsque accusatione & inquisitione primùm in genere tractabitur in hoc capite, hinc specialiter j. capite sequente.

I. RATIO PROPOSITÆ accusationis & inquisitionis.

Confirmatio propositæ accusationis consistit in confutatione obiectionis, qua dicitur malos non esse cogendos ad bonum. xxiij. q. iiij. c. displicet. c. quando vult. c. non inuenitur c. quis nos. c. quid crudele. cap. sicut, in prin. item q. v. c. ad fidem. cap si propterea. c. si vos. cap. non vos. c. de Liguribus. c. quali nos. c. re legentes. item xxiiij. q. iij. c. apostolicæ. Plures canones concordantes vide s. cap. viij. quæst. ij. reg. iij. Sed & concordat l. ij. in prin. C. de hæreticis.

II. PROPRIVM.

Hæc accusatio & inquisitio est priuilegiata. cap. accusatus. viij. §. sanè cum. de hæreticis, in vj.

III. CAVSÆ EX QVIBVS accusatio proposita competit.

Prima atque principalis seu generalis causa est, hæresis. Quæ causa approbatur per ea quæ superius quæst. j. sunt proposita. Ad quam causam declarandam primùm notanda est definitio hęresis, quę habetur c. ad abolendam. ix. in prin. de hæreticis xxiiij. q. j. c. loquitur, cum c. sequente. c. omnib. c. aduocauit. c. quoniam vetus. c. quicunque. c. didicimus, in prin. item q. iij. c. hęresis. cap. hæreticus. c. qui in ecclesia cap. qui

qui aliorum.item l.ij.§.fin.C. de hæreticis.Nouell.cix.§.hæreticos. Hæc de definitione hæreseos. Secundo loco proprium hæreseos notandum, quod habetur xxiiij.q.iij.capit. transferunt. Tertiò notanda est causa hæreseos,d. c.transferunt.§.veteres.Quartò notandus est effectus & vsus hæresis d.q.iij.c.vlt.Quintò notēda est species cognata hęresis,quod est schisma,d.q.iij.cap.illi qui. §. fin.cum cap.sequente.item xxiiij.q.j.cap.schisma,in princ. Hac de prima causa eiúsque declaratione sint dicta.

II. Causa: Si Christianus ad Iudaismum defecerit.capit. contra.xiij.de hæreticis.in vj.

III. Causa: Si quis aliorum errores defendat.xxiiij.q.iij. cap.qui aliorum.

IIII. Causa: Si resistens inquisitoribus hæreticæ prauitatis ob id fuerit excommunicatus, & nihilominus in eo annum perseuerauerit.capit. vt inquisitionis.xviij.§. fin. de hæreticis,in vj.

V. Causa: Si in negocio fidei citatus ob contumaciam fuerit excommunicatus, & per annum in ea perseuerauerit. cap.cum contumacia.vij.d.tit.

VI. Causa: Si non credit Christum verum Deum & verum hominem fuisse.cap.cum Christus.vij.de hæreticis.

VII. Causa: Si quis credat Christum eiúsque discipulos nihil proprium habuisse.extrauag. Ioan.xxij.cum inter. iiij. cum sequente.de verborum significat.

VIII. Causa: Si quis credat Mariam in mortali peccato conceptam esse. extrauag.com. graue nimis. ij. de reliquiis sanctorum.

IX. Causa:Si quis memoriam sanctorum contemnat, vel ea quæ fiunt in honorem martyrum,spernat.distinct. xxx.c. si quis per.

X. Causa: Si quis domum Dei, & congregationes quæ fiunt in ea,contemnat.d.distinct.xxx.c.si quis docet.

XI. Causa:Si quis extra ecclesiam priuatim concionetur & ecclesiasticas sanctiones contemnat, & ecclesiam apud se sine consilio episcopi agat.distinct.xxx.c.si quis extra.

XII. Causa:Si quis condemnandum credit eum,qui carnem manducat,præter sanguinem, idolo immolatam & suffocatam.d.distinct.xxx.c.si quis carnem.Apostol.canon.lxij.

XIII. Causa: Si quis iustitiam ex pallio & vestitu æstimet.d.distinct.xxx.c.si quis virorum,cum cap.sequente.

XIIII. Causa: Si die Dominico ieiunauerit. d. dinstin. xxx. cap vlt. in prin. & De consecrat. distin. iij. cap. ne quis.

XV. Causa: Si quis non pro abstinentia, sed pro execratione carnium ab esu carnis abstinet. d. c. vlt. §. fin. Apostol. canon. 50. & 51.

XVI. Causa: Si in coniugio positos contemnat. d. distin. xxx. c. si quis propter. ca. si quis vel. ca. si quis nuptias item distin. xxxj. cap. si quis vituperat. & c. quicunque. & d. c. 50.

XVII. Causa: Si Simoniacus fit. Hæc causa approbatur per ea quæ s. cap. prox. quæst. j. in principio sunt proposita.

XVIII. Causa: Si neget Christum. Apostol. canon 61. Hæc causa declaratur theologicè, non canonicè, xj quæst. iij. cap existimant. Huius exceptio est: Nisi suplicijs victus ore quidem neget, corde verò Deum adoret. de pœnitent. distinct. j. cap. potest fieri, in prin.

XIX. Causa: Si quis Christianum se esse negauerit. d. q. iij. cap. non solùm.

XX. Causa: Si veritatem non liberè loquitur vel defendit. d. q. iij. c. nolite. Apostol. canon. lxj.

XXI. Causa: Si episcopus hæreticum instituat hæredem. c. si quis episcopus. v. de hæreticis.

XXII. Causa: Si suspectus de hæresi delatum iusiurandum præstare nolit. Hæc causa approbatur per ea quæ proponentur j. quæst. ix. reg. ij.

Præter has plures aliæ causæ propositæ accusationis & species hæreticorum enumerantur xxiiij. q. iij. c. quidam autem. & l. v. C. de hæreticis. Sed & plures huiusmodi causas vide j. q. prox. item j. lib. iiij. ca. j. q. j. Nunc exceptiones istarum causarum generales proponendæ.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENtium causarum generalibus.

I. Exceptio: Nisi reus mortuus sit. Reprobatur hæc exceptio 24. q. ij. c. vlt. item De hæreticis, in vj. c. accusatus. viij. §. in eo verò. Huius replicatio est: Nisi non principaliter ob hæresim accusatur, sed ob id, quia hæreticos recepit, defendit, vel eis fauit. d. c. accusatus. viij. §. si verò pro iis. ver. porrò si propter. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi postquam pœnitentia ei ob prædictas causas fuerit iniuncta, decesserit. d. §. si verò pro iis. Altera duplicatio est: Nisi episcopus hæreticum instituerit hæredem. cap. si quis episcopus. v. de hæreticis.

II. Exceptio: Nisi reus pœnitentiam agat, & ad fidem redeat. c.vt officiũ. xj. §.si verò aliquis.de hæreticis,in vj. & xxiij.q.iiij.c.duo ista.l.inter claras. §. fin. C. de summa trinitate. Huius replicatio prima est: Nisi reus antea hæresim abiurauerit,vel proprij antistitis examinatione se purgauerit,posteáque in hæresim fuerit relapsus. c.ad abolendam.ix. §. illos quoque. de hæreticis. Planè hoc casu sacramentum pœnitentiæ & eucharistiæ reo denegandum non est. c.super eo.iiij.de hæreticis, in vj. Plura de replicatione proposita vide j̃.q.vj.reg.iiij. Altera replicatio est: Nisi hæresim non abiurauerit,nec cautionem præstiterit de ea non reiteranda.d. c.ad abolendam.ix.§.præsenti. vers. nisi continuò. Concordant ea quæ habentur s̃.c.xiij.q.v.reg.vj.

III. Exceptio: Nisi reus sit priuilegiatus, vel indulgentiis fultus. Reprobatur hæc exceptio d. cap. vt officium. xj. §.denique.

IIII. Exceptio: Nisi lis apud alium iudicem pendeat. Reprobatur hæc exceptio c.per hoc xvij.de hæreticis, in vj. Clement.j.§.propter quod.eod.tit.

V. Exceptio: Nisi reus ab alio seductus patiatur se corrigi.xxiiij.q.iij.c.dixit.

IIII. ADVERSVS QVOS ACCVsatio proposita competit?

I. Regula: De credentibus doctrinæ hæreticorum cauetur cap. excommunicamus. xiij.§.credentes. c.excommunicamus.xv.§.fin. de hæreticis. c.quicunque.ij.§.hæretici.& c. vt officium.xj.in princ.eod.tit.in vj.

II. Regula: De receptatoribus, defensoribus & fautoribus hæreticorum, cauetur d. §.credentes. & d.§.hæretici. & d.cap.vt officium.xj.in prin.item c.accusatus. viij.§.sacerdotes.eod.tit.

III. Regula: De communicantibus hæreticis cauetur xxiiij.q.j.c.didicimus.§.inuenimus.& c.schisma.item q.iij.c. dixit,in prin.item,De hæreticis.c.excommunicamus. xiij.§. si qui autem tales. Sed & concordant ea quæ habentur j̃. quæst.viij.reg.xij.

IIII. Regula: De magistratibus qui nec iurare, nec seruare volunt constitutiones in hęrèticos promulgatas, cauetur c.ad abolendam.ix.§.statuimus. cap. excommunicamus. xiij.§.moneantur. de hęreticis. cap. vt officium. xj. §. statuimus.eod.tit.in vj.

V. Regula: De eo qui cum possit hæreticum in viam reuocare, hoc non facit, cauetur c.ij. de hæreticis.

V. QVIBVS INQVISITIO HÆreticæ prauitatis competat, & apud quos hæc accusatio instituenda?

I. Regula: Ecclesiasticus, non laicus, iudex competens est. c. vt inquisitionis. xviij. §. prohibemus. de hæreticis, in vj.

II. Regula. De episcopo loci. Huic regulariter inquisitio competit, & iurisdictio propositi criminis. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi iurisdictio aliis à Papa sit delegata. Sed reprobatur ca. per hoc. xvij. d. tit. Clement. j. §. propter quod. eod tit. Altera exceptio videtur: Nisi reus sit exemptus ad iurisdictionem Papæ immediatè pertinẽs. Sed reprobatur c. ad abolendam. ix. §. fin. de hæreticis. Tertia exceptio est: Nisi episcopus quadragesimum annum nondum sit ingressus. Clement. ij. in princ. eod. tit.

III. Regula, De inquisitoribus à Papa deputatis. His etiam competit cognitio, per ea quæ proposita sunt s̃. reg. prox. except. j. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi inquisitores à Papa deputati quadragesimum annum non sint ingressi. d. Clement. ij. in prin. Altera exceptio est: Nisi episcopus vel alius prælatus superior reus sit, vel suspectus de hæresi: hoc enim casu ad Papam cognitio spectat. c. inquisitores. xvj. de hæreticis, in vj.

VI. QVID VENIAT IN ACcusatione proposita, seu de pœna hæreseos.

I. Regula: Schisma grauius punitur hæresi. xxiiij. quæst. j. cap. non afferamus.

II. Regula: Religiosi grauius puniendi quàm sæculares. cap. accusatus. viij. §. fin. de hæreticis in vj.

III. Regulu: Vltimo supplicio hæretici afficiendi non sunt. xxiij. quæst. v. c. vnum solum. Concordant ea quæ proposita sunt s̃. cap. vij. in prin.

IIII. Regula: Si quis post abiurationem relapsus sit in hæresim, grauius punitur, per ea quæ proposita sunt s̃. q. iij. except. generali ij. repl. j. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum ab iuraret hæresim, leuis tantùm contra eum fuit præsumptio. d. cap. accusatus. viij. in prin. Altera exceptio

videtur:

videtur: Nisi in aliam hæresim relapsus sit, quàm abiurauit. Sed reprobatur d.c.accusatus.viij.§.cum verò.

V. Regula: Si quis post abiurationem hæreticis communicat, tanquam relapsus grauius punitur. d. c. viij.§. ille quoque.

V. Regula: De pœna excommunicationis cauetur ca. sicut.viij.c.ad abolendam.ix.in prin.c.excommunicamus.xiij. in prin.c.excommunicamus xv.in prin.de hæreticis.

VII. Regula: Excommunicati traduntur iudici sæculari arbitrio eius puniendi.d.ca.xiij.§. damnati. & d.c.xv.§.damnati.& d.c.ad abolendam.ix.§.præsenti.

VIII. Regula: Pertinaces in perpetuum carcerem damnantur.d.c.xv.§.si qui autem. Hæc de pœnis hæreticorum. Sed & plures huiusmodi pœnas vide ĵ.q.viij.

VII. ADIVNCTA PROPOSITÆ accusationis & inquisitionis.

I. Regula: De reis custodiendis & incarcerandis cauetur Clement. j. §. propter quod, cum sequentibus.de hæreticis.

II. Regula: De iuramento ab officialibus præstando cauetur d.Clement.j.§.porrò coram.

III. Regula: De modo procedendi, & processibus inuicem communicandis, cauetur d. §.propter quod. item cap. per hoc.xvij de hæreticis, in vj.extra uag.com.j.eod.tit.

IIII. Regula: Vt de simplici & plano procedatur, cauetur cap.statuta.xx.in prin.de hæreticis, in vj.

V. Regula: De non publicandis attestationibus & accusatoribus, cauetur d.c.xx.§.iubemus.

VI. Regula: Si citatus contumaciter absit, pro hæretico condemnatur, per ea quæ proposita sunt.š.q.iij.causa v.

VII. Regula: De examine testium cauetur cap. vt officium.xj.§.verùm quia.de hæreticis.in vj.

VIII. Regula: De probatione Hæresis probatur per testes etiam excommunicatos & criminis socios. cap. in fidei. v. eod. tit. Item periurus, qui antea contrarium deposuit, probat. Quæ regula approbatur sub conditione cap.accusatus.viij.§ licet.d.tit.

IX. Regula: Decumbens petens hæreticos se consolaturos, præsumitur ex eo hæreticus: contra quam præsum-

ptionem, si decesserit, non admittitur probatio in contrarium. Quæ regula approbatur certis conditionib. c. filij.iij. de hæreticis, in vj.

X. Regula: vt inquisitores simul vel separatim procedant, cauetur. ca. vt officium xj. in prin. d.tit. Concordant ea quæ proposita sunt s.ead.quæst.reg.iij.

X I. Regula: Vt inquisitores compescant prædicatores, quæstuarios vel alios resistentes inquisitioni, cauetur d. c. vt officium.xj.§.compescendi.

XII. Regula alia iura inquisitoribus competentia enumerantur c. vt commissi.xij.d.

XIII. Regula: Ne inquisitores affectibus aliquid tribuant, cauetur Clement.j.§.j.porro quod.vers.omni carnali. & §.verum quia de hæreticis.

XIIII. Regula: Ne inquisitores potestate sua abutantur, cauetur Clement. nolentes. ij. §. & tam ipsorum. d. tit. Plura de hac re vide j.quæst.prox.reg.vj.

X V. Regula: Ne inquisitores aliis causis, quàm ad hæresim pertinentibus, se immisceant. cauetur. cap. accusatus. viij. §.sane cum.de hæreticis.in vj.

X VI. Regula: vt sæcularis magistratus adiumento sit inquisitoribus, cauetur c. vt inquisitionis. xviij. in prin.d.tit. Concordant ea quæ proposita sunt s.q.prox. reg. vij.item q. iiij.reg.iiij.

VIII. EVENTVS.

I. Regula, De executione sententiæ à sæculari iudice facienda, probatur per ea quæ proposita sunt s.quæst.vj.reg. vij.

I I. Regula: De appellatione deneganda cauetur d. c. vt inquisitionis. xviij. in princ.vers. non obstantibus.

I I I. Regula: De confiscatione bonorum damnati cauetur c.vergentis.x.cap.excommunicamus. xiij.§.damnati. de hæreticis.cap.cum secundum xviiij.d.tit.in vj.

IIII. Regula: Cui hæc bona cedant, & quorum expensis inquisitio facienda, definitur extrauag.com.j.§.verum quia. de hæreticis.

V. Regula, Quæ confiscanda. Bonis mariti confiscatis, vxori salua dos est. Quæ regula approbatur simul & distinguitur cap. decreuit. xiij.de hæreticis in vj.

VI. Regula: de pœna inquisitorum non rectè suo fungentium officio cauetur Clement. j.in prin.& §.verum quia. & Clement.2.§.quod si secus.de hæreticis.

VII. Regula: Hæreticorum sacrificia nihil valent. xxiiij. q.j.c.odi.ca.didicimus.§.sacrificia eorum. Concordant item ea quæ proponentur j.reg.xx.

VIII. Regula: Hæretici carent iustitia & charitate.d. quæst.j.cap.vbi sana.

IX. Regula: Hæretici spiritus perfectionem non habent d.q.j.c.hæretici.xxiij.q.vij.cap.vlt.in prin.

X. Regula: De sepultis ab hæreticis, déque vestimentis cum quibus,& altaribus in quibus hæretici celebrarunt, cauetur c.à nobis. ij.de sacramentis non iterandis.

XI. Regula: Ne hæreticis vis fiat, vel sine causa iis sua auferantur, cauetur d.quæst.vij.in prin.cum c.sequente.item l.vj.C.de sacrificiis paganor. Contradicit d.quæst.vij.c.si de rebus.cap.quod autem.& cap.vlt.

XII. Regula: Hæretici vitandi & fugiendi sunt, per ea quæ proposita sunt s. quæst. iiij.regu.iij. Quibus concordat xxiiij.q.j.cap.omnis qui.c.quæ dignior. item q.iij.cap clericus.c.cum quibus item xxviij.quæst.j.cap.nullus eorum.c.si infidelis.§.hoc & de.c.sæpe malorum.

XIII. Regula: Cum hæreticis de fide non disputandum. xxiiij.q. iij.cap.cum quibus §.fin.

XIIII. Regula: Hæreticis ad concilia non vocandi.d. cap.cum quibus in princ. Vide item j. lib. iiij c. de conciliis.

XV. Regula: Hæreticus in æternum est damnatus, vtcunque bona opera præstet.cap. firmissimè.de hæreticis.

XVI. Regula: Damnato authore, libri quoque eius & sententiæ damnatæ censentur.c.fraternitatis.iiij.eod.tit.

XVII. Regula: Aduocari & notararij hæreticis eorúmque fautoribus patrocinari & scribere prohibentur. cap. si aduersus xj.de hæreticis.

XVIII. Regula: Hæreticis nulla datur actio.c.vlt.d.tit.

XIX. Regula: Acta hæreticorum rescinduntur. cap.j. de schismaticis.

XX. Regula: Hæretici sacra ministrare non possunt, & factum huiusmodi ratum non est.j.quæst.j. cap. sic populus, cum sequentibus vsque ad cap.manus.item d.cap. manus.§. cum ergo. Contradicit d. quæst.j. cap.sicut Christus. Huic obiectioni respondet Gratianus d.c sicut.§.sed hoc de peccatore. Concordant item ea quæ habentur s.reg.vij.

XXI. Regula: De priuilegio cruce signatorum, qui hæreticos exterminant, cauetur cap.excommunicamus.xiij.§. catholici.

catholici. de hæreticis.

XXII. Regula: Hæretici liberos suos in potestate non habent. cap. quicunque. ij. §. fin. de hæreticis, in vj.

XXIII. Regula: De hæreticis conuersis, quatenus sint recipiendi, cauetur s̃. cap. xiij quæst. v. reg. vj. Hæc de euentis propositæ accusationis. Plures huiusmodi pœnas hæreticorum & euentus vide M.I.C. lib. iij. cap. vij. q. iij.

IX. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: De visitatione annua instituenda ad hæreseos inquisitionem cauetur d. cap. excommunicamus. xiij. §. adiicimus.

II. Regula: Vt suspecto de hæresi iusiurandum deferatur, & nisi iurauerit, pro hæretico damnetur d. §. adiicimus. versi. ipse autem episcopus. & d. cap. xiij. §. qui autem. item cap. ad abolendam. ix. §. qui verò. eod. titu. Hæc de hæresi in genere sint dicta: nunc de eadem in specie erit dicendum.

DE HÆRESI IN SPECIE. Cap. XVIII.

I. DE IVDÆIS ET SARRACENIS.

PRIMA regula: inter Christianos & Iudæos nuptiæ contrahi prohibentur per ea quæ proponentur j̃. lib. iiij. cap. xiij. except. xj.

II. Regula: Ne Iudæi Christianos eorúmque religionem dicto factóve contemnant, cauetur cap. etsi. Iudæos. xiij. in prin. & cap. in nonnullis. xv. §. fin. de Iudæis. l. 10. C. de Iudæis.

III. Regula: Ne Iudæi & Sarraceni suos ritus & festiuitates agere prohibeantur, cauetur distinct. xlv. cap. qui syncera. l. xij. C. de Iudæis. Excipitur inuocatio Mahometi, Clement. vnica, de Iudæis.

IIII. Regula: Ne vis Iudæis inferatur, néve ad religionem Christianam cogantur, cauetur cap. sicut. ix. de Iudæis. item d. cap. qui syncera. & distinct. xlv. cap. de Iudæis. l. xiij. C. de Iudæis. & l. vj. C. de sacrific. paganor. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi fidem Christianam receperint: tunc enim vt in ea maneant, cogi possunt. d. cap. de Iudæis. item De consecrat. distinct. 4. cap. plerique. Altera exceptio

est: Nisi vim inferant Christianis.xxiij.q.viij.c.dispar.

V. Regula: Ne Iudæi Christianos circuncidant, cauetur distinct.liiij.c.nulla.§.si verò.l.xv.C.de Iudæis.

VI. Regula: Ne Iudæis publica officia in Christianos committantur, cauetur d.cap.nulla.in princ.cap.cum sit.xvj. cap.ex speciali.xviij.de Iudæis.l.hac valitura xvij.C.eod.tit. Sed & concordant ea quæ habentur s.cap.v. quæstio. Qui & quales, reg.iij.

VII. Regula: Ne Iudæi nouas synagogas extruant, sed (si velint) veteres reficiant, cauetur cap.Iudæi.iij.& cap.consultationi.vij.de Iudæis.item d.l.xvij.§.illud etiam.

VIII. Regula: Vt Iudæi tota die parasceues ostia & fenestras habeant occlusas, cauetur cap. quia super iiij. de Iudæis. Item, ne in die passionis Domini Iudæi in publicum prodeant, nec in contumeliam Christi prosiliant, cauetur ca. in nonnullis.xv.§.in diebus.eod.tit.

IX. Regula: Iudæis baptizatis bona sua auferenda non sunt.cap. Iudæi.v.§. si qui præterea.de Iudæis. & extrauag. Ioan. xxii. 2.eod.tit.

X. Regula: Ne Iudæi vel Sarraceni habeant mancipium Christianum.cap.j. & ij.de Iudæis. distinct.liiij. cap. mancipia.cap.præsenti.item xvij.quæst.iiij.cap. Iudas.l.vnica.C.ne mancipium Christianum. & l.xlij. §. his ita dispositis.C.de episcopis & clericis. Huius regulæ exceptio est in colonis adscriptitiis, d.cap.ij.

XI. Regula: Ne Christiani in domibus Iudæorum vel Sarracenorum seruitia præstent. cap.Iudæi.v. in prin.cap.ad hoc.viij.& cap.etsi Iudæos.xiij.de Iudæis.

XII. Regula: Serui Iudæorum baptizari volentes, exinde liberi efficiuntur.cap.vlt.d.tit.

XIII. Regula: De habitu Iudæorum & Sarracenorum cauetur cap.in nullis.xv.in prin.d.tit.

XIIII. Regula: De pœna Iudæi clericum percutientis cauetur cap.postulasti.xiiij.d.tit.

XV. Regula: Iudæi de suis possessionibus decimas & oblationes soluere tenentur.cap.quanto amplius.xviij.§.fin. de vsuris.

XVI. Regula: Cnm Iudæis nec manducandum, nec bibendum est, nec lauandum, nec etiam medicamentum ab iis sumendum.xxviij.quæst.j.cap. nullus eorum.cap.omnes. Nec cum iis ieiunandum, nec festus dies cum iis celebr-
dus,

dus, nec lautia festi ab iis suscipienda. Apostol. canon. lxix.

XVII. Regula: Vt filij Iudæorum ab iis separentur, d.quæst.j.cap.Iudæorum. item De consecratio. distinct. iiij. cap.plerique.§.fin.

XVIII. Regula: De Iudæis baptizandis in fide prius instituendis vide j.lib.iiij.cap.de baptismo.

XIX. Regula: Ne oleum in synagogam Iudæorum deferatur, aut lucernæ incendantur. Apostol. canon. lxx. Hæc de Iudæis & Sarracenis. Sed & plura de Iudæis vide M.I.C.lib. iij.cap.viij.

II DE PAGANIS.

I. Regula: Qui Paganis prædicant, possunt cibis ab ipsis appositis vesci.c.quam sit.10.in prin.de Iudæis.

II. Regula: Vt iis qui idonei sunt, permittatur Paganis prædicare, cauetur d.cap.10.§.insuper.

III. Regula: Ne Pagani ad officia publica admittantur, cauetur cap.cum sit.xvj.§.fin.eod.tit.

III. DE MANICHÆIS.

Hi coniugium detestabantur. distinct. xxx. in princ. versic. causa fuit. De quorum pœnis cauetur l.iiij.& l.v.versi.& qui ad imam.C.de hæreticis.

IIII. DE APOSTATIS.

De apostatis coercendis cauetur cap.à nobis.v.de apostatis. Sed plura de apostatis vide j.lib.proxi.cap.v.reg.lxviij.& lxix.item M.I.C.lib.iij.cap.viij.specie iiij.

V. DE BEGVARDIS & beguinis.

Hæc secta damnatur Clement.j.de religiosis domib. Clement.ad nostram.iij.de hæreticis. extrauag. Ioan. xxii. vnica, de religiosis domibus. Ab hac regula excipiuntur mulieres fide dignæ nec suspectæ, sub habitu beguinarum viuentes. extrauag. commu. vnica. eod.tit.

VI. DE HYPOCRITIS.

De hypocritis disseritur De pœnitent. distin.ij. cap.multi bene.§.illud Gregorij, cum cap. sequente Citius.

VII. DE Iacobo, Petro & Ioanne de Columna schismaticis cauetur cap.vnico, de schismaticis, in vj. Tollitur hæc consti-

constitutio extrauag.commu.vnica.eod.tit. Hæc de hæresi inspecie sint dicta. Sed & plures species vide M.I.C.d.cap. viij. Superest vt de vsurariis agamus.

DE VSVRIS.

Cap. XIX.

I. RATIO PROPOSITÆ. accusationis.

VSVRARII vtriusque testamenti pagina damnantur.cap.quiainomnibus.iij. versi.& qualiter.cap.super eo.iiij. in prin.de vsuris. Alia ratio propositæ accusationis est quia omnis negociatio est prohibita.ca. eiiciens,in prin. distinct.lxviij. Obiectio ponitur & soluitur d.cap.eiiciens. §.dicit aliquis.

II. CAVSÆ EX QVIBVS ACCVsatio proposita competit.

Prima & principalis causa est: Si vsuras quis exerceat.c. j.in prin.de vsuris, in vj.cap.ij. de vita & honestate clericor. Pro declaratione huius causæ sciendum est, vsuram esse quicquid vltra sortem percipitur.quæ definitio patet ex iis, quæ infrà proximè sequuntur.

II. Causa: Si quid vltra sortem recipiatur.cap.consuluit. 10.de vsuris.xiiij.quæst.iij. in prin.cum sequentib.quæst.iiij. cap.si quis clericus,in fine,& cap.nullus.

III. Causa: Si parabolam iuramenti non aliter concedit, quàm emolumentum aliquod inde percipiat.d. cap.10.versi. & vtrum eodem reatu.

IIII. Causa: Si quis plus iusto precio rem suam vendiderit ob dilatam precij solutionem.d c.10.versic.& an negociator pœna consimili. item cap. in ciuitate. vj. eod.tit. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi aliàs nō erat rem distracturus.cap.vlt.§.fin.de vsuris.

V. Causa: Si quis annonam vel vinum emat, vt pluris vendat.xiiij.q.iiij.cap.quicunque.Huius causæ exceptio est: Nisi cum tempus traditionis vel rei emptæ esset dilatū, verisimiliter dubitetur, vtrum plus vel minus tempore traditionis res sit valitura.d.cap.vlt.§.ille quoque.

VI. Causa: Si creditor pro pecunia credita loco vsurarū fructus pignoris percipiat. cap.j. de vsuris. Concordant ea

quæ

quæ proponentur j.lib.v.cap.vij.reg.xij. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi beneficium ecclesiasticum hoc modo à laico redimatur.d.cap.j.versi. nisi fortè ecclesiæ beneficium. Altera exceptio ist: Nisi dominus à vasallo feudum pignori acceperit,remissis ei seruitiis.cap.j. de feudis.c conquestus.viij.in fine. de vsuris. Tertia exceptio est: Nisi pro dote maritus pignus accepit.c.salubriter.xvj.d.tit.

VI.& VII. Causam vide j.lib.v.cap.vij.reg.xiiij.

EXCEPTIONES PRÆCEDENtium causarum generales.

I. Exceptio generalis videtur: Nisi Iudæus vsuras exerceat. Sed reprobatur cap.post miserabilem xij.& cap.quanto.xviij.de vsuris.

II. Exceptio videtur: Nisi laicus vsuras exerceat. Sed & hæc exceptio reprobatur xiiij.q.iiij.in prin.& c.nec hoc.

III. Exceptio: Nisi is qui vsuras percepit, facultatibus lapsus sit, vt eas restituere nō possit.c.cum tu.v.§.illi autem. de vsuris.Huius replicatio est:Nisi possessiones habeat vsuris comparatas.d.§.illi autem.vers.possessiones verò.

IIII. Exceptio: Nisi ab hoste, vel alio quem licet occidere,vsuras perceperit.xiiij.q.iiij.c.vlt.

V. Exceptio: Nisi ab vsuratio vsuras acceperit. cap.quia frustra.xiiij.&c.Michaël.xvij.de vsuris.

VI. Exceptio: Nisi is, à quo vsuras accepit, decesserit nullis hæredibus relictis. Reprobatur hæc exceptio c. cum tu.v.vers. vel his non supetstitibus. d.tit.item xiiij.quæst.v.c. nemo, in fine.

VII. Exceptio: Nisi non pecunia numerata, sed quid aliud vltra sortem sit receptum. Hæc exceptio reprobatur xiiij.q.iij.c.j.cum sequentibus.

VIII. Exceptio: Nisi census annuus in prædio emptus sit cum pacto de retrouendendo.extrauag.commu.j.& ij.de empt.& venditione.

IX. Exceptio: Nisi creditor periculum sortis in se receperit. Reprobatur hæc exceptio c.vlt.in prin.de vsuris.

X. Exceptio: Nisi iusiurandum de vsuris soluendis, vel solutis non repetendis præstitum sit. Reprobatur hæc exceptio c.tuas.xiij.d.tit.c.j.& c. debitores.vj.de iureiurando.

XI. Exceptio: Nisi statutum vel consuetudo loci vsuras permittat.Reprobatur Clement.j.in prin.de vsuris.

XII.Ex-

XII. Exceptio: Nisi ante decretum, quo vsuræ prohibitæ sunt, vsuras perceperit. Reprobatur hæc exceptio cap. cum tu.v.in prin.de vsuris.

XIII. Exceptio: Nisi in pium vsum, vel ob liberandum captiuum vsuras perceperit. Hæc exceptio reprobatur cap. super eo.iiij.eod.tit.

III. ADVERSVS QVOS ACCVSAtio proposita competit?

De hæredibus vsurarij defuncti cauetur cap. tua nos.ix. de vsuris.

IIII. QVID VENIAT IN accusatione proposita, seu de pœna.

I. Regula: Vt vsuræ perceptæ restituantur, cauetur d. c. cum tu.v.vers.cogendi sunt.

II. Regula: Nisi vsuras restituat reus, excommunicatur. c.quia in.iij.& c.præterea.vij.de vsuris.xiiij.q.iiij.c.ministri.

III. Regula: Ad confessionem & absolutionem reus non admittitur.cap.ij.§.penult.de vsuris, in vj.

IIII. Regula: Reo denegatur ecclesiastica sepultura.de qua re vide j.lib.iiij.cap.de sepultura.

V. Regula: Vsurarius raptori æquiparatur. xiiij. q.iiij.c. si quis vsuram.cap.quid dicam.c.vltim.vers.sine ferro.

VI. Regula: Clericus vsurarius deponitur. cap. j.§.quod si post.& c.præterea.vij.de vsuris. xiiij.q.iiij.cap.j.cap.si quis oblitus.cap.quoniam.

VII. Regula: Iudæus vsurarius quomodo coerceatur, definitur c.post miserabilem.xij.& c.quanto.xviij.de vsuris.

VIII. Regula: De pœna eorum qui statutis suis vsuras permittunt, cauetur Clement.j.d.tit.

IX. Regula: Si quis vsuras exercere non esse peccatum affirmauerit, vt hæreticus coerceatur.d.Clement.j.§.fin.

X. Regula: Vt vsurarij peregrini expellantur, nec domus illis locetur, cauetur cap.j.§.& quia.de vsuris, in vj.

V. ADIVNCTA.

De edendis libris rationum, vt de contractu vsurario constare possit, definitur Clement.j.§.cæterùm.de vsuris.

VI. EVENTVS.

I. Regula: De appellatione condemnato deneganda ca-

uetur cap.quam perniciosum.xj.de vsuris.

II. Regula: Vsurarius testamentum facere prohibetur. ca.quanquam.ij.§. fin. de vsuris,in vj.Plures euentus vide s. quæst.iiij.

VIII. ADFINIA REMEDIA propositæ accusationis.

I. Regula: Etiam sine accusatione officio magistratus vsurarij puniendi.cap.cum in diœcesi.xv.de vsuris

II. Regula: De exceptione vsurario agenti opponenda, si non restituat vsuras,cauetur cap.debitores. vj. in princ. de iureiurando.cap. quia frustra. xiiij. & cap.Michaël.xvij. de vsuris. Hæc de vsuris.

LIBRI PRIMI FINIS.

METHODI IVRIS PONTIFICII LIBER II.

DE IVDICIIS PRIVATIS.



Actenus de legibus, magistratibus & iudiciis publicis actum est. Nunc de iudiciis priuatis agetur. vbi præmissa generali iudiciorum descriptione, dicetur primum de personis iudiciorum, hinc de rebus, tertiò de actibus iudicialibus. Quartò euentus & consequentia iudiciorum tractabuntur: postremò adfinia iudiciorum remedia. Personæ iudiciorum sunt, iudex, assessores, postulantes, aduocati, procuratores & defensores, actor & reus. Quæ personæ ex parte breuiter enumerantur cum suis officiis iiij. q. iiij.cap.j. Res iudiciales sunt, res litigiosæ, seu in iudicium deductæ. Actus iudiciales sunt, in ius vocare, actionem edere, dilationem dare, excipere, replicare, cauere, litem contestari, de calumnia iurare, causam probare, cognoscere ac referre, sententiam formare ac pronunciare. Euentus & consequentia iudiciorum sunt, appellatio, res iudicata, iudicati actio & exceptio, sententiæ executio, in possessionem

nem bonorum missio, venditio bonorum debitoris, sumptuum & expensarum litis restitutio, exceptio. Quod quisque iuris in alterum, & cæt. Adfinia denique iudiciorum remedia sunt, extraordinariæ cognitiones, compromissum & transactio. De quibus omnibus & singulis ordine dispiciendũ, præmissa tamen generali iudiciorum descriptione.

DESCRIPTIO IVdiciorum generalis. Cap. I.

PRIMO: Ratio iudiciorum est, coercitio malorum & pax publica. xxiij. quæst. v. non frustra. l. xiij. vers. idcirco tamen. C. de Iudæis.

II. VBI EXERCENDA IVDICIA?

I. Regula: Non nisi in ciuitatibus & locis insignibus iudicia exercenda. c. statutum. xj. in princ. vers. nec audiantur alibi. de rescriptis, in vj.

II. Regula: Vbicunque in sua diœcesi prælatus elegerit, iudicia exercere potest. cap. cum episcopus. vij. de officio ordinarij, in vj.

III. Regula: Non nisi in sua diœcesi, vel in qua appellatum est, iudicia exercenda. c. vt litigantes. v. d. tit. Cuius exceptio prima est: Nisi consuetudo loci aliud permittat. d. c. v. vers. nisi sibi aliud de consuetudine. Altera exceptio est: Nisi iudex à sua diœcesi expulsus sit. Clement. j. de foro competenti.

IIII. Regula: Delegatus extra locum commissionis iudicium exercere non debet. cap. statutum. xj. §. in nullo. de rescriptis, in vj.

V. Regula: Ne in templis vel cœmeteriis iudicia exerceantur. cap. decet. ij. §. cessent in ecclesiis. de immunitate eccles. in vj.

III. QVANDO EXERCENda iudicia?

Diebus feriatis iudicia non exercenda. xv. q. iiij. in princ. cum sequentibus, vsque ad q. v. Concordat M. I. C. lib. ij. c. j. quæst. ij. reg. j. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi partes feriis renunciauerint. Quę exceptio approbatur M. I. C. d. regul. j. except. j. Cuius replicatio est: Nisi feriæ

introductæ sint non fauore hominum, sed in honorem Dei & sanctorum: his enim renunciari non potest. cap. vltim. de feriis. Huius duplicatio est: Nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. d. c. vltim. vers. nisi necessitas vrgeat. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C.d.reg.j.

IIII. QVAMDIV EXERCENDA IUDICIA?

I. Regula: Lites debent celeriter terminari. cap. ij. de sententia & re iudicata. Pœna iudicis malitiose differentis expeditionem causarum cauetur extrauag. com. j. §. etsi forsan, de treuga & pace. Alia pœna statuitur l. properandum. xj. §. sin autem vtraque. C. de iudiciis.

II. Regula: Iure ciuili intra triennium causæ pecuniariæ debent finiri. d. l. properandum. xj. Cui contradicit ca. venerabilis. xx. de iudiciis.

V. ADIVNCTA IVDICIORVM.

I. Regula: Vt lite pendente nihil innouetur, cauetur cap. j. cum c. sequente. vt lite pendente nihil. c. cum venissent. vj. de institutionibus. Concordant item ea quæ habentur j. cap. xviij. q. vij. reg. xiij. Declaratur regula proposita definitione litis pendentis Clement. cum lite. ij. vt lite pendente. Sanè ad regulam propositam pertinet de re litigiosa non alienanda, de quo tamen dicetur specialiter j. cap. v.

II. Regula: De actis iudicij conscribendis cauetur cap. quoniam. x. de probationibus.

III. Regula: Vt omnia in scriptis proponantur, cauetur ipso iure. Sed excipitur causa clerici conuenti. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur xj. q. j. cap. si quis cum. Nouell. lxxxiij.

IIII. Regula: Vt omnia mitissima verborum relatione non contentiosis vocibus nec risibus agantur, cauetur v. q. iiij. c. vltim. Hæc de adiunctis iudiciorum; quò tamen referri etiam possunt officia aduocatorum, procuratorum, iudicium, assessorum, necnon totus processus iudiciarius. Sed de his j. tractabitur. Nunc de personis iudicij agendum.

DE IVDICE.

Cap. II.

PRIMO: Etymologia iudicis habetur xxiij. quæst. ij. cap. j. §. iudex.

II. DE

II. DE DANDO IVDICE & de foro competenti.

Ex persona iudicis sumitur recusatoria iudicis & fori pręscriptio, qua consequitur reus, ne ad actionem propositam respōdere cogatur apud iudicem recusatum. Quæ pręscriptio approbatur iij.q.vj.ca.pulsatus, in prin.xj.q j.c.clericus. Quòd si fori pręscriptione opposita iudex nihilominus sententiā in causa principali tulerit, ea ipso iure non valet, vt j. cap.xix. except.j.dicetur, & iudex in ęstimatione interesse punitur. cap.olim. vij. de iniuriis. Planè regulariter quidem iudex competens præsumitur, quisque excipiendo incompetentem eum dicit, ipse suam exceptionē seu pręscriptionem tenetur probare. Sumuntur autem huiusmodi exceptiones partim ex qualitate ipsius iudicis, partim ex persona actoris, partim ex persona rei conuenti, partim ex re quę petitur, partim ex genere causę & ex aliis huiusmodi circumstātiis, quemadmodum M.I.C. libro ij.ca.ij.copiosius ostendit. Quo ordine seruato, fori præscriptionis & recusatoriæ iudicis causas seu species subiiciemus: eo tamen præmisso, ꝙ huiusmodi causæ non solùm reo fori præscriptionem seu recusatoriam iudicis suppeditant, sed actori quoque ad replicandum fori præscriptionem prosunt. Siquidem actor replicando excipit aduersus iudicem, ad quem reus in fori præscriptione prouocauit.

I. Exceptio: Nisi iudex surdus vel mutus sit. Hæc exceptio cum aliis quibusdam approbatur iij.q. vij. cap. j. §.tria sunt.l.xij.§.non autem.ff.de iudiciis.

II. Exceptio: Nisi iudex furiosus sit. d.cap.j. vers. & qui perpetuo. De hac exceptione agitur etiam l.xxxix.in princ. & l.xxxxvj.ff.de iudiciis.

III. Exceptio: Nisi iudex minor sit ætate. d.c.j.vers.& impubes. Cuius replicatio est: Nisi maior sit decem & octo annis.l.lvij.ff.de re iudicata. Quæ tamen replicatio mutatur cap.cum vigesimum.xlj.de officio delegati.

IIII. Exceptio: Nisi iudex Senatu motus sit. d. c.j. vers. lege qui à senatu motus est.

V. exceptio: Nisi fœmina iudex sit data.d.cap.j.vers.moribus fœminæ.item xv.q.iij.in prin.§.econtrà, cum sequentibus: vbi obiectio ponitur & soluitur.

VI. Exceptio: Nisi iudex seruus sit. d. c.j.vers.& seruus subiicitur replicatio talis: Nisi publicè liber sit reputatus.

Cui concordat l.iij.ff.de officio prætorum.

VII. Exceptio: Nisi causa iudicem datum contingat, vel iudex simul accusator esse velit.iiij.q.iiij.c.j c.nullus.

VIII. Exceptio: Nisi iudex datus sit dominus, familiaris vel socius actoris vel rei conuenti. cap.causam.xvij.ca.insinuante.xxv.c.cum R.xxxv.vers.exceptis canonicis.de officio delegati.Concordat item M.I.C.lib.ij.c.ij.except.x.Contradicit tamen iij.q.vij.c.infames.§.filius etiam. vers. nam & iudicem.l.lxxvij.ff.de iudiciis.

IX. Exceptio: Nisi iudex inimicus sit rei conuenti. iij. quæst.v.cap.vlt.

X. Exceptio: Nisi iudex datus in pari vel maiori crimine sit cum reo conuento. iij.q.vij.in prin.c infames. §. penult. c. qui sine. c.iudicet, in prin.c.in grauibus.cap.postulatus.c.vlt. Contradicit d.c.vlt.§.sed obiicitur.

XI. Exceptio: Nisi iudex sit infamis.d.q.vij.c.j.in prin.

XII. Exceptio: Nisi iudex sit peregrinus. iij.q.v.c.accusatores.q.vj.c.Peregrina.c.leges. c.vnaquæque. Concordant item ea quæ habentur j.lib.proxim.cap.vj.reg.xiiij.

XIII. Exceptio: Nisi iudex sit excommunicatus.ca. ad probandum.xxiiij.de re iudicata.

XIIII. Exceptio: Nisi iudex non sit fidei catholicæ.ij. q.vj.cap.catholicus.Concordant ea quæ habentur j.cap.xix. except.ij.vbi huius exceptionis vide replicationes.

XV. Exceptio: Nisi iudex alij causam commiserit; hoc enim casu videtur ipse recusandus. Sed hæc exceptio reprobatur sub conditione c.quamuis.vj.de officio delegati, in vj. Plura de hac exceptione vide s.lib. proximo, cap.v. de iurisdictione.q.j.except.xj.

XVI. Exceptio: Nisi cùm pluribus esset causa delegata, quidam,non omnes iudicent. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur j.cap.xix.except.iiij.

XVII. Exceptio: Nisi cùm pluribus causa esset delegata, singulis in solidum: vno iudicante, alij postea sese ingerant.c.cum plures.viij.de officio delegati,in vj. Hactenus exceptiones ex qualitate iudicis desumptæ sunt expositæ. Sequuntur eæ quæ sumuntur ex persona actoris.

XVIII. Exceptio; Nisi actor sit pupillus, vidua, vel aliâs miserabilis persona: hęc enim ad Imperatorem in ius aduersarium suum vocare potest.l.vnica, in fine. C. quando Imperator inter pupillos,&c.Item ad iudicem ecclesiasticum.cap.

ex parte. xv. præsertim §. ex hoc autem. de foro competenti. Huius exceptionis, quod ad ecclesiasticum iudicem spectat, replicatio hæc est: Nisi causa sit petitorij, non possessorij iudicij. Quæ replicatio præterquam quòd ex d. cap. xv. patet, etiam approbatur c. ex tenore. xj. eod. tit.

XIX. Exceptio: Nisi ecclesia vel clericus agat: hic enim ad suum iudicem potest reum in ius vocare. c. cum sit. viij. c. conquestus. xvj. de foro competenti. ij. q. v. ca. si quis præsbyter. xj. q. j. ca. si quæ causæ. in prin. Contradicit d. q. j. c. experientiæ. c. si quisquam. Vide item 7 except. xxvij. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi laicus reus probabiliter neget rem ecclesiæ vel clerici esse: tunc enim causa ad secularem iudicem spectat. cap. si clericus. v. de foro competenti Altera replicatio est: Nisi de feudo contentio sit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur cap. ex transmissa. vj. & cap. verùm. vij. eod. tit.

XX. Exceptio: Nisi pœnitens agat: hic enim apud ecclesiasticum iudicem suam actionem potest proponere. xj. q. j. c. aliud. de pœnitentia, distinctione prima cap. aliud. Nunc de iis exceptionibus, quæ sumuntur ex persona rei conuenti, agendum est.

XXI. Exceptio: Nisi reus conuentus alibi habeat domicilium. xj. quæst. j. cap. si quisquam. vers. quem ordinem. Concordat. M. I. C. lib. ij. except. xv. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi reus Romæ deprehendatur: tunc enim apud sedem apostolicam respondere cogitur, exceptione proposita non obstante. cap. licet. xx. de foro competenti. Concordat M. I. C. d. except. xv. repl. v. in prin. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi ex aliqua iusta & necessaria causa Romam venerit. d. cap. licet. vers. nisi pro alia iusta. Concordat d. repl. v. dupl. j. & ij. Sed & eius exemplum proponitur ca. vlt. de dilationib. Plura de replicatione proposita vide d. repl. v. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi causa, ex qua agitur ibi, vbi reus conuenitur, sit contracta: tunc enim reo exceptio proposita non prodest, per ea quæ habentur M. I. C. d. except. xv. repl. vj. Quibus concordant etiam ea quæ proposita sunt 5. libro prox. c. vj. q. vij. reg. j. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi non ibi, vbi causa contracta est, reus deprehendatur: tunc enim eò in ius vocari non potest. cap. j. §. contrahentes. de foro competenti, in vj. Plures propositæ replicationis duplicationes

vide d.replic.vj. Tertia replicatio est: Nisi reus ibi, vbi conuenitur, se soluturum constituerit.c.dilecti.xvij.de foro competenti. Concordant ea quæ habentur M. I. C. d. except.xv. repl.vij. Quarta replicatio est: Nisi reus ibi, vbi conuenitur, se responsurum promiserit.d.c.dilecti. xvij.vers. qui se certo loco respondere. Concordant ea quæ proponentur j. repl. gener. ix. Plures propositæ exceptionis replicationes vide M. I. C. d.excep.xv.

XXII. Exceptio: Nisi reus pari vel maiori dignitate præditus sit quàm iudex.distin. xxj.c.inferior.ca.nolite.c.denique.ca.nunc autem.c.submittitur.& cap.vlt. Plura de exceptione proposita vide M.I.C.lib.ij.cap.ij.except.xxij.

XXIII. Exceptio; Nisi reus Christianus sit: tunc enim apud ecclesiasticum iudicem est conueniendus. xj. quæst.j.c. quæcunque. cap.relatum. vers.cum magis.ca.placuit vt quisquis, in fine. Hæc glossa in d.c.relatum, interpretatur de primitiua ecclesia.

XXIIII. Exceptio: Nisi reus clericus sit, vel alia ecclesiastica persona: tunc enim ad eccesiasticum iudicem iurisdictio causæ pertinet, per ea quæ dicentur j.lib.prox. cap. vj. reg. x.

XXV. Exceptio: Nisi actor vel reus apud ecclesiasticum iudicem litigare malit. tunc enim ei mos gerendus est. xj. q.j.c.quicunque.cap.omnes. Huius obiectio simul & solutio proponitur d.cap.omnes. §. fin. cum cap.sequente. Concordat cap.nouit.xiij.§.nec sic illud. de iudiciis. Huius replicatio est: Nisi appellans, cuius appellatio non recipitur, literas ad alium iudicem impetrauerit. ca.interposita.lxx.§.eidem. de appellationibus.

XXVI. Exceptio: Nisi officialis vel nuncius sedis apostolicæ conueniendus vel condemnandus sit: hic enim ad iurisdictionem sedis apostolicæ pertinet, extrauag. com. cum Matthæus iij. de hæreticis. Sequuntur nunc exceptiones desumptæ ex genere causæ ex qua, & actionis qua agitur, necnon ex re quæ petitur.

XXVII. Exceptio: Nisi causa sit ecclesiastica. de hac enim laicus non cognoscet.c.decernimus.ij. de iudiciis.c.ex tenore.xj.vers.nisi sit talis.de foro competenti. Huius exceptionis exemplum seu species est causa iuris patronatus. c. quanto iij. de iudiciis. item causa peccati & periurij. cap. nouit.xiij.cod.tit.c.vlt.de foro competenti, in vj. c.venerabilem.

lem.xxxiiij. §.idem etiam contra. de electione. Sed & exempli loco adduci possunt ea,quę proposita sunt s̄.except.xviiij. item eius exemplum est. j̄. except.prox.

XXVIII. Exceptio: Nisi religionis controuersia sit: hæc enim ad Papam spectat:dist xvij. cap.multis.c.nec licuit ca.regula. vers. nec vllum item distinct.xviij.ca.de concilijs.

XXIX. Exceptio: Nisi de priuilegijs sedis apostolicæ agatur: hoc enim casu soli Papæ iurisdictio competit. cap. cum venissent. xij. de iudicijs.

XXX. Exceptio: Nisi de feudo contentio sit: tunc enim ad dominum feudi cognitio spectat.c. ex transmissa. vj. cap. verum. vij. de foro competenti Plura de hac exceptione vide in libello meo de iure feudali cap.iij. quæst.ij.

XXXI. Exceptio: Nisi de causa natalium agatur,an qui legitimè natus sit:tunc enim ad iudicem ecclesiasticum cognitio spectat. cap. tuam. iij. de ordine cognit. cap. causam. vij. qui filij sint legitimi Concordant ea quæ habentur. j̄.replic. generali.vij.duplicat.j.

XXXII. Exceptio: Nisi alterutra pars testimonio iudicis egeat.cap. dilecto. 40 de testibus.

XXXIII. Exceptio: Nisi reus in alia causa ab eo iudice appellauerit: hoc enim casu eum vt suspectum poterit recusare. c.ad hæc.vj. & c.proposuit.xxiiij.de appellationib. Contradicit l.vnica.ff.apud eum à quo appellatur,aliam causam agere compelli. Planè iudex appellationis appellantem ratione appellationis, à iurisdictione eius, à quo appellatum est, eximere non potest. cap. Romana. iij. §. cum verò is. de appellation. in vj.

DE REPLICATIONIBVS PRÆCEdentium exceptionum generalibus.

Hactenus exceptiones enumeratæ sunt, quæ ad forum declinandum & iudicem recusandum à reo conuento possunt opponi. Sed & eædem actori replicanti aduersus iudicem,ad quē reus in sua fori præscriptione prouocauit,competere possunt,vt ab initio quoq; monuit. Plures huiusmodi exceptiones vide s̄.lib.prox.c.v.de iurisdictione,reg.j.excep. j.cum sequentibus: item M.I.C. lib.ij.ca.ij. Planè supersunt nonnullæ replicationes generales, quæ omnibus ferè istis exceptionibus obstant,de quibus sequitur.

I. Replicatio est: Nisi plures sint rei diuersi fori: tunc

enim omnes ad eundem iudicem, quamuis singulis non competentem, vocandi sunt l.j.cum l. sequente.ff.de quibus rebus ad eundem iudicem, & cap.Ad quem autem iudicem hoc casu omnes vocari debeant, definitur cap.sanè.iij.de foro competenti.

II. Replicatio: Nisi reus lite pendente vel post citationem alterius fori esse cœperit.c.proposuisti.xviiij.d.tit.Concordat M. I. C.d.cap.ij. quæst.j.replicat.gener.j.

III. Replicatio: Nisi in causa reconuentionis actor reconuentus fori præscriptionem aduersus iudicem conuentionis obiiciat. cap. dispendia. iij. §. reus quoque de rescriptis, in vj.concordant ea quæ proponuntur M.I. C. d. quæst. j. repl. gener. v. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi reus quoque reconueniens iudicem, apud quem conuenitur, suspectum dixerit. d. §. reus quoque vers. nisi eos vt suspectos. Nouel. 96. §. sancimus. vers. quod si forte. Altera duplicatio est: nisi cùm possessorio iudicio actum esset.& possessio actori adiudicata, reus petitorium iudicium apud eundem iudicem mouere velit: hoc enim casu actori reconuento fori præscriptio nō denegatur. c.vlt.de iudiciis. c.j. de ca. possessionis & proprietatis. Tertia duplicatio est: Nisi contra actionem pœnalem reconuentio fuerit proposita. l. ij. §. sed si agant. ff. de iudiciis. Plures duplicationes vide j̄.c.x.reg.ij.except.j.cum sequentibus.

IIII. Replicatio: Nisi reus, qui fori præscriptionem obijcit, in eo loco vbi conuenitur, contraxerit vel deliquerit, aut res quæ petitur, eo loco sita sit c.j. in prin. de priuileg. in vj. De hac replicatione vide item s̄.except.xxj.repl.ij.

V. Replicatio est: Nisi iudex competens iusticiam denegauerit, vel negligens sit aut omnino non sit: tunc enim ad alium, præsertim ecclesiasticum, reus vocari potest. cap. ex transmissa.vj.in fine.cap.licet. x. & cap.ex tenore.xj.§. fin.de foro competenti. Nouell.86.in prin. huius replicationis duplicatio est: Nisi iudex ecclesiasticus iustitiam facere deneget, vel negligens sit, & ob id ciuilis iudex adeatur. c. qualiter. xvij. de iudiciis. Vide item de hac duplicatione j̄. lib. prox.cap.vj.reg.x.exc.iij.

VI. Replicatio: Nisi apud iudicem ecclesiasticum quis conueniatur: apud hunc enim fori præscriptioni locus esse non videtur.xj.q.j.cap.quicunque.c.omnes, cum c.sequente. De qua re est annotatum quoque s̄.except.xxv.

VII. Re

VII. Replicatio: Nisi quæstio, cui iudex non competit. competenti quæstioni incidat.ca. prudentiam.xxj.§.vj.versf. fin.de officio delegati. Exemplum habetur d.§.sexta. Aliud habetur cap.de prudentia.iij. de donat. inter virum.& vxor. Concordant ea quæ habentur M.I.C.d. quæst.j. replicat.gener.xiij. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi causa ecclesiastica ciuili incidat, puta natiuitatis: hæc enim quamuis incidens ad iudicem ciuilem non pertinet. cap.lator.v.qui filij sint legitimi.cap.tuam.iij. de ordine cognitionum. Altera duplicatio est: Nisi principalis quæstio sine incidenti possit definiri. Approbatur hæc duplicatio exemplo cap.causam.vij. qui filij sint legitimi.

VIII. Replicatio: Nisi reus fori præscriptioni renunciauerit.cap.dilecti.xvij.versic.qui se certoloco respondere. de foro competenti. Concordant ea quæ habentur M.I.C.d. quæst.j.replicat.gener. xiiij. Huius replicationis duplicatio est: Nisi clericus fori præscriptioni renunciauerit.cap.si diligenti.xij.& ca.significasti.xviij. de foro competenti. Contradicit l.xxxix.C.de episcopis & clericis.

IX. Replicatio: Nisi reus in non competentem iudicem consenserit. Approbatur hæc replicatio per ea quæ habentur M.I.C.d.quæst.j.replic.gener.xvj.in prin. Cuius duplicatio prima hæc est: Nisi clericus in sæcularem iudicem consenserit.d.cap.xij.& c.xviij. Altera duplicatio est: Nisi iudex, in quem consenserunt, antea se pronunciauerit incompetentem.cap.significantibus.xxxviij.de officio delegati. Tertia duplicatio est: Nisi in alterius prouinciæ iudicem consenserint.vj. quæst.iij.in prin.cum sequentibus, vsque ad cap. placuit. Quarta duplicatio est: Nisi antequam iudex adiretur, consentientem pœnituerit.l. xviij. ff. de iurisdictione. Contradicit c.j.de iudiciis. Quinta duplicatio est: Nisi subditi suffraganeorum in archiepiscopum, eiúsve officialem consenserint.c.j.in prin.ver.licet in ipsos. de foro cõpetenti, in vj.Plures huiusmodi duplicationes vide M.I.C.d.repl.xvj

X. Exceptio: Nisi competens iudex sit suspectus.cap.si quis contra.iiij.& c.licet.10.§.fin.de foro competenti.

XI. Exceptio: Nisi ante litem contestatam fori præscriptio non fuerit opposita.iij.quæst.vj.cap.vlt.§.fin.& quęst.vj. cap.si quis episcopus.§. exceptio. Concordant item ea quæ habentur M.I.C.d.quæst.j.repli.xv. Hæc de replicationibus generalibus, quarum tamen plures vide d.q.j.in fine.

III. OFFI-

III. OFFICIA IVDICVM
& de aſſeſſoribus ac notariis.

I. Regula: Vt gratis iudicent,cauetur cap.cum de omni. 10.de vita & honeſtate clericor. Concordant ea quæ propoſita ſunt s̃.libr.proxim.cap.v.quæſt.iij.reg.v.item j̃.cap. xvij. regula.ix.

II. Regula: De aſſeſſore à iudice delegato aſſumendo cauetur c.ſtatutum.xj.§.aſſeſſorem.de reſcriptis,in vj.

III. Regula: De notario adhibendo cauetur d.cap. xj. §.notarium.

IIII. Regula: Si iudex alteri commiſerit acta colligenda, ſententia ſibi reſeruata: iure ciuili iubetur ſaltem tempore litis conteſtationis, item in medio & in fine diſputationis præſens eſſe. Nouell.lx.§. porrò & illud verſi.ſancimus igitur.Huic repugnat extrauag.com.j.§.licet enim quibuſdam.de hæreticis. Hæc de officiis iudicum. De quibus vide plura s̃.lib.proxi.cap.v. de iuriſdictione, in fine.item j̃. cap,xvij. item M.I.C.lib.ij.cap.ij.in fine.Hæc de iudice.

DE POSTVLANTIBVS ET aduocatis. Cap. III.

PRIMO: Definitio poſtulantium, ſeu quid ſit poſtulare, proponitur iij.quæſt.vij. cap.infames.§.eſt autem.l.j. §.poſtulare.ff.de poſtulando.

II. QVIBVS POSTVLANDI
ius non competat?

Diuiduntur huiuſmodi perſonæ, quibus poſtulandi ius non competit, ſimúlque ratio prohibitionis proponitur d. c. infames.§.j.& §.nam vt præmiſimus. & d.l.j. in prin.

I. Regula: Clerici & Monachi poſtulare prohibentur.v. quæſt.iij.cap.vlt. item De poſtulando cap.j.c.ex parte.ij.& c. vlt. Concordant item ea quæ habentur M.I.C.libr.iij.cap.ij. reg.xj. Sed & concordat j̃.lib. proxi.cap.v.reg.xxiij. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi propriam perſequantur.d.cap.j. verſic.niſi propriam cauſam.d.cap.vlt.verſic.niſi pro ſe ipſo. Altera exceptio eſt: Niſi eccleſiæ cauſam defendat.d.cap.j.verſic.vel eccleſiæ ſuæ.& d.c.vlt. verſi.vel eccleſia ſua. Tertia exceptio eſt: Niſi cauſam coniuncti defendat.d. c.vlt.

cap.vlt.versi.pro personis coniunctis. Quarta exceptio est: Nisi miserabilium causam defendat.d. cap.vlt.versic aut miserabilibus.item distinctio.lxxxvij cap j. cum cap.sequente. Quinta exceptio est: Nisi in iudicio publico.v.quæst.iij.cap. vlt.versi.excepto publico.

II. Regula: De honoratis vrbis Romæ. His postulare permittitur.iij.q.vij.c.infames.§.apud vrbem.l.vj.§. apud vrbem.C.de postulando.

III. Regula: De minoribus septemdecim annorum cauetur d cap.infames §.nam vt præmisimus. & l.j.§.initium. ff.de postulando. Hæc regula extenditur ad minores viginti quinque annis,cap. qui generaliter.v.§ fin.de procurat.in vj. Planè vtraque ætas exceptionem recipit in causis beneficialibus & cæteris spiritualibus, in quibus maiori quatuordecim annis postulare permittitur. cap. vltim. de iudiciis, in vj.

IIII. Regula: De cæco cauetur iij. quæst.vij.c.infames. §.nam vt præmisimus. versi. vel propter casum.l.j.§. casum. ff.de postulando.

V. Regula: De surdo cauetur d.§.nam vt præmisimus.& d.l.j.§.initium.versi.propter casum.

VI. Regula: De fœmina cauetur d. cap. infames.§. alij prohibentur. cap.ij. de iudiciis, in vj.& d.l.j §.secundo loco. versi.sexum quidem. Huius exceptio est: Nisi fœmina pro se velit postulare. Quæ exceptio approbatur in locis iam allegatis. Cuius replicatio est: Nisi monasteria pro se velit postulare.d. cap.ij.§.cæterùm fœminæ. cap.vnicum.§.porrò ne moniales. de statu regularium, in vj. Nouell. cxxiij §. si quando.versi.nulla tamen.

VII. Regula: De infamibus cauetur d. cap. infames, in prin.& §.alij prohibentur,versic. vel propter.notam.l.j.§.secundo loco.versi. item personas. & §.remouet. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi infamis pro se, non pro aliis velit postulare. d.cap. infames.§. alij enim omnes. & d.§.secundo loco.item d.l.j.§.hoc edicto. Altera exceptio est:Nisi pro parente,patrono,liberis,fratre & aliis huiusmodi personis coniunctis postulare velit.d. §.alij.enim omnes.ij.vers.& pro certis personis. & d. cap.infames.§. permittitur.l.j.§.fin. cum ll.sequentibus.ff.de postulando.Tertia exceptio est:Nisi infamis in integrum sit restitutus. d.§.alij enim omnes vers.nisi in integrum restitutionem. & d.l.j.§.deinde adiicit.

& §.pro

& §.pro qua sententia. Huius replicationes vide M.I.C lib. ij.cap.iiij.de postulantibus, quæst.ij.except.iiij. Sed & plura de regula proposita vide ĵ.cap.proxi.quæst.j.except.9.

VIII. Regula: De eo qui cum bestiis pugnauit, vel operas suas, vi cum bestiis pugnaret, locauit.cauetur d.cap.infames.§.similiter.versi.vel qui operas.d.l.j.§.remouet.

IX. Regula: Aduocatus fisci contra fiscum postulare non prohibetur, excepta causa, in qua fisci aduocatus fuit.d. cap.infames.§.quamuis illi.l.ij.C. de aduocatis fisci. Plura de hac regula vide M.I.C.lib.v.cap.iiij.q.ij.reg.xij

X. Regula: Aduersus eum pro quo antea postulauit, in eadem causa postulare quis prohibetur.l.xij.§.pattoni.versi. hócque subsecuto.C. de iudiciis. Cuius exceptio hæc est: Nisi cum antea contra patrem pupilli postulasset, postea, tutor filij factus ratione sui officij pro pupillo postulet. d.cap. infames.§.si contra.l.vlt.ff.de postulando.

XI. Regula: De excommunicatis cauetur cap. intelleximus. vij. de iudiciis. capit. decernimus. viij.de sentent.excommunic.in vj.

XII. Regula: De hæreticis cauetur de pœnitent.distin. j.cap.nemo vel in foro.l.vlt.in prin.C.de postulando.

XIII. Regula, De eo qui procuratorem dedit. Hic ob id postulare, & causæ suæ adesse non prohibetur.cap.ij.in fi. de procuratorib.in vj.l.lxix.ff.eod.tit. Plures huiusmodi regulas vide M.I.C.d.quæst.ij.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM REGULARUM GENERALIBUS.

Planè regulæ de his qui postulare prohibentur, hactenus propositæ, habent aliquot exceptiones communes: quarum prima hæc est: Nisi personæ postulare prohibitæ pro se, non pro aliis velint postulare.d.cap.infames.§.his personis.Plura de exceptione proposita vide M.I.C. dict. quæst.ij. except. generali prima.

II. Exceptio: Nisi postulare prohibitus pro parente, patrono, aliísque similibus personis postulare velit.d.cap. infames.§.permittitur.& §.nurus.l.j.§.fin.cum ll.sequentib.ff.de postulando. Huius replicatio est: Nisi adfines, pro quib.postulare permittitur, esse desierint.d.c.infames.§.adfinitates.l. iij.§.adfinitates.ff. de postulando. Plures replicationes vide M.I.C.d.quæst.ij.except.gener.ij.

III. Exce

III. Exceptio. Nisi postulare prohibiti non sponte, sed necessario fungantur officio.d. cap. infames.§.his personis. versi.nisi forte.& §.omnes.l.j.§. sed est æquissimum.& l.vj.in princ.ff.de postulando. Plura de huiusmodi exceptionibus generalibus vide d.quæst.ij.

III. EVENTVS POSTVLAtionis & aduocationis

I. Regula: De pœna postulantis postulare prohibiti cauetur.De pœniten.distinc.j.cap.quicunque.l.j.§. qui aduersus ea.ff.de postulando.l.vlt.§.idem verò.C.eod.tit.

II. Regula:Exceptione postulans à postulatione submouetur.d.§.qui aduersus ea. Concordant ea quæ proposita sunt s.lib.proxi.cap.vj.quæst.iiij.in prin.

III. Regula: De aduocato non habentibus dando cauetur ca.j.de officio iudicis.iij.q.vij.c.infames.§. si verò in vno. & §.si quis autem.l.vij.§.atque ideo.C.de postulando.

IIII. DE OFFICIIS ADVOCATORVM.

I. Regula: Vt ratione,non probris certent,cauetur d.cap. infames.§.si quis adeò.l.vj.§.ante omnia. versic.nam si quis. C.de postulando.

II. Regula: Ne ex industria litem protrahant,cauetur d. c.infames.§.præterea non licet,in fine.& d.l.vj.§.nemo.

III. Regula: Ne cum cliente ineant contractum, caueatur d.§.præterea.& d.l.vj.§.præterea.

IIII. Regula: Ne de quota litis paciscantur, cauetur d.cap.infames.§. arceantur etiam.l.v.C. de postulando.l.sumptus.liij.in princ.ff. de pactis.l.j.§. si cui cautum.ff. de extraordin.cognit.

V. Regula: Ne cui patrocinium denegent,cauetur d.cap. infames.§.si quis verò commonitus.l. vij.§. si quis verò.C. de postulando.

V. DE HONORARIIS ET priuilegiis aduocatorum.

Honoraria exigere & accipere aduocati non prohibentur. Quæ regula exceptionem recipit in clericis aduocatorum,xv.q.ij.in prin.cum cap.sequente. Plures huiusmodi regulas de honorariis & priuilegiis aduocatorum, & de ipsis aduocatis,vide M I.C.lib.ij.cap.iiij.§.secundo.

DE PROCVRATORIBVS. *Cap.* IIII.

I. DE PROCVRATORE CONstituendo, & de exceptionibus procuratoriis.

PRIMA exceptio aduersus procuratoris personam est: Si mandatum legitmè factum non habeat. cap.j.de procuratoribus.c.procurator.xxxvj.de electionib.in vj.Plura de hac exceptione vide M.I.C. lib.ij cap.v q.iiij except.j.

II. Exceptio: Nisi mandatum generale sit, non speciale. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur: admittitur autem in certis casibus,ca qui generaliter.v.in princ.de procuratoribus,in vj.quos vide j.except.prox.repl.j.dupl.j.

III. Exceptio: Nisi ad aliam causam procurator datus sit, quàm de qua agitur. Hæc exceptio approbatur exemplo cap.constitutis.xij.de procuratoribus. Aliud exemplum est, Si ad agendum vel defendendum datus iuramentum aduersario detulerit,transegerit vel pactus sit.cap.qui ad agendum.iiij.§ procurator.de procuratorib.in vj.l.xvij.§.fin.cum duab.ll.sequentibus.ff.de iureiurando.l.vij.C.de transactionibus. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi mandatum sit generale: hoc enim ad omnes subiectas species pertinet,exemplo d.cap.qui generaliter.v.in princ.& d.§.procurator.vers.nisi ei bonorum vel causæ administratio liberè sit permissa. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi tales sint causæ,quæ speciale exigunt mandatum. In his enim generale mandatum non sufficit. d.ca.qui generaliter, in princ. vers. exceptis his casibus, qui mandatum exigunt speciale. Huius duplicationis exemplum est,causa matrimonialis.ca. vlt.de procuratorib.in vj. Est item exemplum iuramenti delatio, transactio & pactum: de quibus paulo superius dictum est. Planè propositæ duplicationis triplicatio prima est: Nisi speciale mandatum generali sit subiectum, vel vniuersorum bonorum administratio liberè permissa, vel in rem suam procurator sit datus. Hæc multiplex triplicatio approbatur d.l.xvij.cum ll. sequentib.item d.ca.qui ad agendum. iiij. §. fin. Altera triplicatio est: Nisi quibusdam, quæ speciale mandatum exigunt, enumeratis, generalis clausula de iis quæ speciale mandatum exigunt, sit subiecta: hęc enim clausula

clausula etiam ad non specificata extenditur. d. cap. qui ad agendum. iiij. in princ. Cuius triplicationis quadruplicatio est: Nisi causæ incidentes non specificatæ ipsis specificatis sint maiores vel grauiores. Clement. non potest. ij. de procuratoribus.

IIII. Exceptio videtur: Nisi filiusfamiliâs procuratorem dederit. Sed reprobatur cap. vlt. in fine. de iudiciis, in vj. l. viij. in princ. & l. xxxiij. in princ. ff. de procuratoribus.

V. Exceptio: Nisi seruus procuratorem dederit. cap. accedens. x. de procuratoribus & d. l xxxiij. in princ.

VI. Exceptio: Nisi minor ætate procuratorem dederit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio est: Nisi in beneficialibus, alijsque spiritualibus causis minor procuratorem dederit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur cap. vlt de iudiciis, in vj. Plures replicationes vide M.I.C.d. quæst. iiij. except. v.

VII. Exceptio: Nisi non dominus litis, sed alius procuratorem dederit. Hæc exceptio cùm ipso iure subsistat, recipit replicationẽ hanc: Nisi procurator procuratorẽ dederit. c. j. §. j. de procuratoribus, in vj. l. xj. ver. ad exemplũ. & l. xxiij. C. eod. tit. Huius duplicatio prima hæc est: Nisi ante litem contestatam procurator alium procuratorem dederit. d §. j. vers. antea tamen non potest. l. iiij. §. fin. ff. de appellat. l. viij. §. si quis mandauerit. vers. quanquam enim. ff. mandati. l. viij. C. de procuratoribus. Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi procurator in rem suam datus, ante litem contestatam alium dederit procuratorem. d. §. j. vers. nisi in rem suam sit datus. Altera triplicatio est: Nisi procurator mandatum habuerit substituendi. d. §. j. vers. vel à domino substituendi alium. Tertia triplicatio est in extraiudicialibus negociis: in his enim quandocunque procurator à procuratore constitui potest. d. cap. j. §. fin. Hæc de prima duplicatione. Altera duplicatio est: Nisi ad contrahendum matrimoniũ procurator alium procuratorẽ dederit. c. vlt. vers. & quamuis. de procuratoribus. in vj. Tertia duplicatio est: Nisi inutiliter procurator datus alium procuratorem dederit. Quæ duplicatio approbatur exemplo Clement. religiosus. iij. de procuratorib. Quarta duplicatio est: Nisi ad ministerium ecclesiasticum procurator datus alium procuratorem dederit. cap. vlt. §. fin. de officio delegati. de qua duplicatione vide item ĩ. lib. prox. cap. xj. de vicario, reg ij. Hęc de

prima propositæ exceptionis replicatione finr dicta. Altera replicario est: Nisi ij qui vniuersitati præsunt, in causis vniuersitatis procuratorem dederint. cap quia in causis. vij. de procurarorib.l. j. §. quibus. ff.quod cuiusque vniuersitaris nomine. Plures huiusmodi repl. vide M.I.C.d.q.iiij.exce.vj.

VIII. Exceprio: Nisi excommunicatus procuratorem dederir. Quæ approbatur simul & distinguitur cap. vltim. de procuratoribus.

IX. Exceptio: Nisi filiusfamiliâs procurator darus sit. Reprobatur hæc exceptio cap. non iniustè. xiiij. in princ. de procurarorib. cap. qui generalirer. v. §. j. eod. tit. in vj. l. viij. §. ipse quoque. ff eod. rit.

X. Exceptio: Nisi infamis procurator sit datus. iij. q. vij. cap. j. in prin. v. q. iij. cap. vltim. in fine. Concordant ea quæ habenrur s̃. cap. proxim. quæst. ij. reg. vij in prin. Contradicit Inst. de exceprionib. §. fin.

XI. Exceptio: Nisi excommunicatus procurator fir datus cap. post cessionem. vij. de probationibus. Concordanr ea quæ habentur d. quæst. ij. reg. xj.

XII. Exceptio: Nisi inuitus procurator datus sit, vel datus non consenserit. approbarur M. I. C. d. quæst. iiij. except. xix. Cuius replicario est: Nisi procurator datus postea mutata senrentia consenserit. ca. licet. vij. de procuratorib. in vj.

XIII. Exceptio: Nisi religiosus procurator sit datus. approbatur simul & distinguitur Clement. religiosus. iij. de procuratoribus.

XIIII. Exceprio: Nisi laicus in causa spirituali procurator sit datus. reprobarur c. j. in princ. de procuratorib. in vj.

XV. Exceptio: Nisi plures procurarores ad eandem causam sinr dari: hoc enim casu occupanris melior est conditio, & cæreri per exceptionem repelluntur. approbatur simul & distinguirur c. non iniustè. xiiij. in princ. vers. qui licet simul. de procuratoribus. c. si duo. vj. vers. sed runc illius melior. eo. tit. in vj. l. xxxij. ff. eod. tit. Huius replicatio prima est: Nisi non in solidum plures sinr dati: runc enim neuter alterum excludit. d. cap. si duo. vj. in prin. Huius replicationis duplicario est in causis spiritualibus: in his enim magis idoneus debet præferri. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur d. cap. si duo. vj. vers. sanè in electionem. Altera replicatio est: Nisi non simul, sed diuersis temporibus plures procuratores sinr dati: hoc enim casu non occupantis,

sed

ſed poſterioris melior eſt conditio, & prior per exceptionem repellitur. d. cap. non iniuſtè. xiiij. §, quod fieri. l. xxxj. §. quod fieri. l. xxxj. §. fin. ff. de procuratoribus. Tertia replicatio eſt: Niſi in conſtitutione procuratorum adiectum ſit, non fieri occupantis meliorem conditionem. Quæ replicatio approbatur ſimul & diſtinguitur d. cap. ſi duo. vj. verſ. niſi dictum. Quarta replicatio eſt: Niſi à diuerſis plures procuratores ſint dati. d. l. xxxj. §. vnius.

XVI. Exceptio: Niſi in miniſterio eccleſiaſtico procurator ſit datus. c. vlt. §. fin. de officio delegati. Cuius replicatio eſt: Niſi ordinariam habeat poteſtatem is qui ad miniſterium eccleſiaſticum procuratorem conſtituit, non miniſterium illud ſpecialiter ſibi delegatum. cap. quod ſedem. x. & c. inter cætera. xv. de officio ordinarij. Plura de replicatione propoſita vide j. lib. proxim. cap. xj. de vicario, reg. j.

XVII. Exceptio: Niſi ante litem motam procurator ſit datus. Reprobatur hæc exceptio c. non iniuſtè. xiiij. in prin. verſ. quamuis ad futuras. de procuratorib. l. iij. ff. eod. tit.

XVIII. Exceptio: Niſi iudex ipſum dominum ex iuſta cauſa præſentem cauſa eſſe velit. cap. j. de iudiciis, in vj. l. vlt. C. de procuraroribus.

XIX. Exceptio: Niſi is qui procuratorem dedit, mortuus ſit. reprobatur l. xxiij. C. d. tit. Admittitur tamen in prælatis & rectoribus eccleſiarum procuratores conſtituentibus. Clement. vlt. eod. tit.

XX. Exceptio, ſumpta ex verbis quibus conſtitutus eſt procurator, reprobatur Inſt. de iis per quos agere poſſumus §. penultimo cuius exemplum habetur capit. petitio. ix. de procurat.

XXI. Exceptio: Niſi mandatum ſit reuocatum. vel alius procurator datus. cap. ex inſinuatione. iij. & cap. in noſtra. iiij. de procuratorib. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ. except. xv. repl. ij. Sed plura de reuocando mandato & procuratore mutando vide j. quæſt. proxim. item cap. xix. except. vj. replic. ij. duplic. j.

XXII. Exceptio: Niſi procurator datus alium in locum ſuum ſubſtituerit: hoc enim caſu poſtea ſubſtitutionem reuocare, & reaſſumere cauſam non poteſt. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur cap. ſi qui. iij. & cap. ſi duo. vj. §. cæterùm. de procuratorib. in vj.

XXIII. Exceptio: Niſi dominus poſtea ipſe cauſam

reassumpserit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur cap.si quem.viij.d.tit.

DE REPLICATIONE PRÆCEDENtium exceptionum generali.

Hactenus exceptiones procuratoriæ sunt enumeratæ, quarum tamen plures vide M.I.C.libro ij. c.v.q.iiij, Istarum autem exceptionum replicatio generalis hæc est: Nisi exceptio procuratoria ante litem contestatam non fuerit opposita. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt d. quæst iiij.in fine,replic.ij. Cuius duplicatio est: Nisi exceptio sit falsi procuratoris mandatum non habētis: hæc enim exceptio quandocunque opponi potest. cap. in nostra iiij.§.fin de procuratoribus. l.xxiiij. C eod.tit.Plures huiusmodi replicationes generales vide M. I. C. d. q. iiij.in fine. Hæc de dando seu constituendo procuratore, & exceptionibus procuratoriis sint dicta. Sequitur de procuratore mutando.

II. DE PROCVRATORE MVtando,& iudicio in se vel in alium transferendo.

Regulariter dominus procuratorem mutare, vel litem in se transferre non potest, nisi causa cognita. Quæ regula approbatur, declaratur & distinguitur c. quamuis.ij. & cap. is qui.iij. de procurator.in vj. De qua re vide plura M. I. C. d.cap.v.quæst.v.

III. DE POTESTATE ET officiis procuratorum.

I. Regula: Procurator ius transigendi vel iuramenti deferendi non habet. cap. qui ad agendum. iiij. §. procurator quoque.de procuratoribus. in vj.l.lx. ff.eod.tit. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi eo nomine speciale habeat mandatum. Quæ elicitur ex d. §. procurator. vers. absque speciali mandato. De qua re vide item s.quæst. j. except.iij. repl.j.duplic. j.Altera exceptio est: Nisi bonorum vel causæ libera administratio procuratori sit permissa. d. §. procurator. vers. nisi ei bonorum. Tertia exceptio est: Nisi mandato adiectum sit, vt etiam ea quæ speciale mandatum requirunt, agere possit, quibusdam eius generis specialiter enumeratis. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur

ſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt d. duplicatione j. triplic. j.& ij.

II. Regula: Procurator rei conuenti dominum defendere eſt cogendus. Clement. j. de procuratoribus. l. viij. §. procuratorem. ff. eod. tit. Cuius exceptiones vide M. I. C. lib. ij. cap. v. quæſt. vj. reg. x.

III. Regula: Generaliter ad negocia conſtitutus procurator etiam agendi & defendendi habet poteſtatem. cap. qui generaliter. v. in prin. de procuratorib. in vj.

IIII. Regula: Generalis procurator agere non poteſt ea, quæ ſpeciale mandatum requirunt. De qua re vide s. quæſt. j. except. iij. replic. j. duplic. j.

IIII. DE MANDATI ACTIONE, quæ datur domino aduerſus procuratorem.

I. Regula: Si procurator litem, quam ſuſcepit, exequi nolit: mandati iudicio tenetur. l. viij. §. j. verſ. ſed & de lite. ff. mandati. Cuius exceptio eſt: Niſi ſententia lata ſit, & ab ea prouocatum: tunc enim appellationem inuitus perſequi non cogitur. cap. non iniuſtè. xiiij. §. fin. de procuratoribus. l. xvij. verſ. nec eandem. C. eod. tit.

II. Regula: Si ſententia contra dominum latâ procurator non appellauit, vel ſaltem dominum non certiorauit: tenetur. d. §. fin. verſ. potuit enim procurator. Plura de actione propoſita vide M. I. C. lib. ij. cap. v. quæſt. vij. in tertio effectu.

V. DE ACTIONE QVÆ DATVR procuratori aduerſus dominum.

Si procurator expenſas fecit, eas hac actione repetit. cap. cum pro cauſa. vj. de procuratoribus. l. xlvj. §. item contra. ff. eodem titulo. Plura de hac actione vide M. I. C. d. quæſt. vij. effectu quarto. Sed plura de procuratoribus vide M. I. C. lib. ij. cap. v.

DE ACTORE ET REO, necnon de re litigioſa.

Cap. V.

DE ACTORE ET REO.

PRIMA regula: In re dubia potius reo quàm actori fauendum. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur

per ea quæ proponentur j. c.xvij.reg.xv.

II. Regula: Non debet actori licere, quod reo non permittitur. cap. non licet.xxxij. de reg.iuris, in vj. l.non debet. xlj.ff.eod.tit.

III. Regula: Actor vel reus, qui corrumpit iudicem, excommunicatur. extrauag. com. j. de sentent. excom. Plures huiusmodi regulas vide M. I. C. lib. ij.cap.vj.in prin.

DE RE LITIGIOSA.

Hactenus de personis iudiciorum sit dictum. Sequitur de rebus in iudicium deductis.

I. Regula: Res litigiosa prohibetur alienari.cap.ecclesia. iij.vt lite pendente nihil innouetur.xj.q.j.c.vlt. Huius exceptio prima hæc est: Nisi res æquiualens in locum rei alienatæ substituatur.d.cap.iij. & cap.iiij.eod.tit. Plura de regula proposita vide M. I. C. d.cap.vj.

II. Regula, De re litigiosa sequestranda. Sequestratio regulariter prohibita est, per ea quæ habentur M. I. C. d.ca. vj. de re litigiosa sequestranda. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi possessor vel in possessionem missus res vel eius fructus dissipet atque consumat.c.dilectus.ij.& cap.vlt.de sequæstrat.possess.l.xxj.§.fin.ff. de appellat.l. xxij.§. sinautem. vers.si verò dotem. ff.soluto matrimon. Altera expositio est: Nisi sententia contra possessorem lata, executio per appellationem fuerit suspensa.d.ca.vlt.item ij.q.vj.cap. quoties post. item Clement.vnica, de sequestratione.l.v.C.quorum appellat.non recipiantur. Huius exceptionis replicatio est: Nisi triennio pacificè à reo res sit possessa.d. Clement.vnica.vers. dum tamen triennio.Plura de regula proposita vide M. I. C. d.cap.vj.

DE IN IVS VOCANDO & vocati contumacia coercenda.

Cap. VI.

HActenus de personis & rebus iudiciorum dictum est. Nunc de actibus iudicialibus dicendum, in quibus processus iudiciarius consistit. Actum autem iudicialium alij litis contestationem præcedunt, alij eam sequuntur. Litis contestationem præcedunt Citatio, citati contumacia & absentia, editio libelli, dilatio, exceptiones dilatoriæ & reconuentiones: de quibus singulis nunc ordine tractandum, &

primùm

primùm de citatione,seu de in ius vocando.

I. ANTECEDENTIA.

Parentum,patronum, patronam, liberos & parentes patroni patronæue,in ius,nisi venia prius impetrata, vocare non licet sub pœna quinquaginta aureorum.xij.q.ij.c.episcopus. §. libertus. l. iiij. §. j. & l.vlt. ff.de in ius vocando. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi princeps libertum natalibus restituerit.d.cap espicopus. §. si verò.l.x. §.sed & si ius. vers. aliud est. ff. d. tit. Altera exceptio est: Nisi corporis alicuius vel collegij libertus sit. Quæ exceptio approbatur sub cōditione d.c.episcopus.§.si verò à collegio,cum §.sequente Qui manumittitur.Plura de proposita regula eiúsque actione vide M. I. C. lib.ij.c.vij.q.iiij.cum q.sequente.

II. FORMA seu exemplum citationis habetur extrauag. commu.vnica,de dilationib.

III. MODVS INSINVANDÆ citationis.

Si citatus non compareat,sufficit publicè citationem ad donum vel ecclesiam eius proponi. cap. vlt.de dolo & contumacia. Clement. vnica,in princ.vers. vel ad domum. de foro competenti. Plura de modo insinuandæ citationis vide j. q.prox.in fine,except.vj.

IIII. EVENTVS CITATIONIS, & de edicto peremptorio.

I. Regula: Si citatus vel in ius vocatus non venerit: proponitur edictum peremptorium. v. q.ij.in prin. cum cap.sequente.l.lxviij.cum duab.ll.sequentib.ff.de iudiciis. Declaratur regula proposita definitione edicti peremptorij v.q.ij. cap.vlt.§.fin.l.liij.§.j.ff.de re iudicata. De interuallo dierum edicti peremptorij cauetur cap.j.de dilationibus. & d. ca.vlt. in prin.vers.non intra augusta. item d.q.ij.ca.præsenti.vbi septem dierum interuallum definitur. Longius definitur l.lxx. ff.de iudiciis.Nouell.cxij.§.si verò causam.

II. Regula: Peremptorio edicto proposito, & interuallo finito,quousque citatus sit expectandus, definitur cap. consuluit.xxiiij.de officio delegati.

III. Regula: Si reus citatus non venerit, agetur nihilominus causa, & sententia ferri potest vel contra absentem. cap. causam. iij. & cap. prout nobis. iiij. de dolo & contumacia.cap.per tuas.lviij.de appellationibus.cap.quoniam.v,

§.porrò speciales. vt lite non contestata. xxiiij.q.iij.c.de illicita.§.de conuentione. Apost.canon.lxxiij.Concordant item ea quæ habentur M.I C.lib.ij.c.viij.q.vj.reg.ij. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non contumaciter absit citatus.d.§.porrò speciales. vers.si verò aliter, cum sequentib. Huius replicatio est: Nisi propter homicidium absit.c.j.qui matrimon. accusare poss. Alias replicationes vide d.§.porrò speciales, cum sequentib. Altera exceptio est: Nisi lis nondum fuerit contestata. cap.j ca.accedens.ij. cap.tuæ fraternitatis.iij.item cap.accedens.iiij. vt lite non contestata. Huius replicatio prima hæc est: Nisi causa sit manifesta, vel causa minimè dubia. d. cap.j.qui matrim. accusare poss. Altera replicatio est: Nisi de beneficio ecclesiastico agatur. ca.vnico. §.fin.de eo qui mittitur in possess. in vj. Tertia replicatio est. Nisi appellationis causa agatut.cap.interposita. lxx. §. fin. de appellationibus. Plures replicationes vide j̃.cap.xiiij.reg.iij. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi de causa liquere non possit. cap.prout nobis.iiij. & ibi glossa in verbo Diffinitiua.de dolo & contumacia. Quarta exceptio est: Nisi is qui citationem impetrauit, absit.l.lxxiij.§.quod si.ff.de iudiciis. Plures huiusmodi exceptiones vide j̃.c.xix. except.vj.replic. j.duplic.j.cum sequentibus.

IIII. Regula: Ante litem contestatam reo contumace existente, in bona eius mittendus est actor. c.tuæ fraternitatis.iij.& ca.quoniam. v.§.in aliis verò. vt lite non contestata. ca.vlt.de eo qui mittitur in possess. Concordat item M. I. C. d.q.vj.reg.vj.& lib.ij. c.xxxij. Sed & plura de hac regula vide j̃.c.xx.reg xij.cum sequentibus.

V. Regula: Etiam excommunicatur contumax, si aliter coerceri non potest. d. cap. tuæ fraternitatis. iij. vers.quod si causa talis.cap.j.in fine.c.accedens. ij.§.cum igitur.vers.licet iudices.& c.quoniam.v.§.fin.eod.tit. & ij.q.vj.c.non ita.§.fin. cum c.sequente.iiij.q.v.in prin. cum c.sequente.v.q.ij c.præsenti, in fine.xxiiij. q.iij.c.de illicita.§.de peremptorio. Concordant item ea quæ proposita sunt s̃. lib. prox. cap. viij.q. v. causa j.

VI. Regula: Actore latitante, reus est absoluendus, actore illi in expensas condemnato.cap.reprehensibilis. xxvj.§.si autem.de appellat.c.j. de dolo & contumacia, in vj.iij.q.iij.c. vlt.§.si ergo post.item Nouell.liij.in prin.Plura de regula proposita vide j̃.c.xx.reg.vij.& M.I.C.d.q.vj.reg.v.

VII.Re-

VII. Regula: Si per alium stat, quo minus citatus se sistat, pœna constituitur Clement. Multorum, ij. de pœnis. Plura de hac re vide M.I.C.lib.ij.cap.viiij. Sed & plures contumaciæ pœnas vide. M.I.C. d. quæst. vj.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENtium regularum generalibus.

Planè habent regulæ iam propositæ suas etiã exceptiones, quarum prima hæc est: Nisi propter aduersam valetudinem citatus venire non potuit. c. querelam. ij. de procuratoribus l. liij. §. pœnam. & l. lx. ff. de re iudicata.

II. Exceptio: Nisi quis vltra duas diætas extra suam diœcesim in ius sit vocatus. cap. nonnulli. xxviij. in prin. de rescriptis, cap. olim. vij. de exceptionib. c. vlt. §. conseruatores autem. de officio delegati, in vj. Concordant item ea quæ habentur s̃. lib. proxim. cap. v. de iurisdictione, reg. j. except. ix. in fine, duplic. gener. j.

III. Exceptio: Nisi iudex extra suam ciuitatem vel regionem reum in ius vocauerit. d. §. conseruatores autem. ca. statutum. xj. §. in nullo. de rescriptis, in vj.

IIII. Exceptio: Nisi ad locum non satis tutum, vel parum honestum reus in ius sit vocatus. c. cum R. xxxv. de officio delegati. ca. ex parte. xlvij. de appellation. l. xxj. §. sed etsi. ff. de recept. arbitris. Exemplum huius proponitur Clement. pastoralis. ij. de re iudicata.

V. Exceptio: Nisi ad non competentem iudicem vocatus non venerit. l. liij. §. fin. & l. liiij. §. fin. ff. de re iudicata. Cuius replicatio est: Nisi de hoc ipso verisimiliter dubitetur, vtrum sit iudex competens, nec ne. l. v. ff. de iudiciis. l. ij. in princ. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Cuius exemplum proponitur cap. si duobus. vij. de appellat.

VI. Exceptio: Nisi citatio citato non fuerit insinuata. Huius exceptionis tanquam regulariter approbatæ replicatio prima hæc est: Nisi absente citato ad domum vel ecclesiam eius citatio sit proposita. cap. vlt. de dolo & contumacia. Concordant ea quæ proposita sunt s̃. q. iij. Altera replicatio est: Nisi in magno templo curiæ Pontificis citatio fuerit affixa. extrauag. comm. vnica, de dolo & contumacia. Cuius exemplum habetur extrauag. com. vnica. §. vt autem. de dilationibus. Aliud exemplum habetur extrauag. com. vnica. §. vt autem. de furtis. Huius replicationis duplicatio est: Nisi

ad domicilium citati tutò perueniri possit, vel per eum non stet quo minus ad se perueniri possit. Clement.j.de iudiciis. Tertia replicatio est: Nisi citandus impedierit, quo minus citatio Publicè potuerit proponi: tunc enim diebus Dominicis vel festiuis, cum populus ad diuina conuenerit. proclamatio vel citatio facta sufficit. Clement. vnica, in princ. vers. vel ad domum. de foro competenti.

VII. Exceptio: Nisi citatus appellauerit, vel iter ad Papam arripuerit ei causam propositurus. Hæc duplex exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. prox. c. viij. quæst. v. causa j. except. j. & ij. item j. ca. xix. except. vj. replic. j. duplic. vj. & vij.

VIII. Exceptio: Nisi cõtumax non legitimè fuerit citatus. v. q. ij. cap. j. c. vlt. in prin. vers. nec canonicè: & §. his authoritatibus. Declaratur exceptio proposita, definitione legitimæ citationis d. cap. vlt. §. canonica.

IX. Exceptio: Nisi absens procuratorem apud acta habuerit. Hæc exceptio distinguitur j. cap. xx. reg. vij. except. ij. replic. j.

REPLICATIO PRÆCEDENTIVM exceptionum generalis.

Hactenus exceptiones aduersus supradictas regulas generales expositæ sunt quarum tamen plures vide j. cap. xix. except. vj. item M. I. C. lib. ij. cap. viij. quæst. vij. Plane istarum exceptionum replicatio generalis est: Nisi postea cessante causa exceptionis, nihilominus reus in contumacia sua perseuerauerit. c. cum dilecti. vj. de dolo & contumacia. Hæc de citatione, déque citati contumacia coercenda, dicta sint: de qua vide plura M. I. C. d. lib. ij. cap. vij. cum duobus. capp. sequentibus.

DE EDENDO *Cap. VII.*

DE ACTIONE EDENDA.

PRima regula: Nomen actionis edi necessarium non est: sed factum ita exponendum, vt iudici actio constare possit. c. cap. dilecti. vj. de iudiciis.

II. Regula: Causa actionis edenda. d. c. vj. & cap. vlt. de libelli oblatione.

III. Regula

III. Regula: In scriptis actio edenda. cap.j. de libelli oblatione.v.q.ij.c.vlt.in prin.versi.& non prius. Concordant ea quæ habentur s̄.cap.j.quæst.v.reg.iij.

IIII. Regula: Si actio inepta est edita, reus ab instantia absoluitur.c.examinata.xv.de iudiciis.

DE INSTRVMENTIS EDENDIS.

I. Regula: Reus actori non tenetur instrumenta edere.c. j.de probationib.iiij.quæst.iij. cap. vlt.§. qui intendit.l.vj.C. de testibus. Concordat item M.I.C.lib.ij.cap.10.quæst.iij.in princip. Huius regulæ exceptio hæc est. Nisi instrumenta actori & reo communia sint.cap.G.perpetuus.xij.de fide instrumentorum. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C. d.quæst.iij.

II. Regula: Non totum instrumentum edendum est,sed id tantùm quod ad causam pertinet.cap. contingit.v. de fide instrum. Plura de edendo vide M.I.C.d.ca.10.& de edendis instrumentis vide item j̄.c.xiij.reg.ij.& iij.

DE DILATIONIBVS.

Cap. VIII.

I. ANTECEDENTIA dandæ dilationis.

NON nisi causa cognita dilatio danda.iij.quæst.iij.cap. vlt.§.à iudice.l.iiij.C. de dilationib. Concordat M.I.C. lib.ij.cap.xj.in princ.

II. CAVSÆ EX QVIBVS dilatio danda?

I. Causa: Si possessor eum, cuius nomine possidet,nominet: danda est ei dilatio ad ipsi denunciandum.ca.quoniam. v.§.in aliis.vers.quod si super.vt lite non contestata.Concordat M.I.C.d.cap.xj.q.ij causa j.

II. Causa: Citato ad excipiendum dilatio danda.iij.q.iij. in princ. cum cap. sequente. & cap.vlt. §. sed & illi verò qui l.ij.C.de dilationibus. Nouell.liij.§.sed & illud, cum sequentib. Huius causæ exceptio est:Nisi ex ipsa citatione vel alio modo causam,aduersus quam ei fuit excipiendum, cognoscere potuit.cap.præterea.ij.de dilationibus.Huius replicatio prima hęc est:Nisi libellus postea sit mutatus.Quę replicatio

catio distinguitur, si nihil in principali causa fuerit mutatum, cap. literæ. iij. eod. tit. Altera replicatio est. Nisi publico negocio impeditus de actione proposita satis deliberare non potuit. cap. vlt. d. tit. Tertia replicatio est: Nisi reus spoliatus sit restitutus: tunc enim tanta ei dilatio danda, quanto tempore fuit spoliatus. De qua re vide infra quæst. proxim. regul. j.

III. Causa: Probationum & instrumentorum adferendorum causa danda dilatio est. l. 99. § fin. ff. de verborum significatioue. Nouell. cxv. §. sed & hoc. versic. dilationes. Huius causæ exceptio est: Nisi princeps ad appellationem seu consultationem rescripserit. iij. quæst. iij. cap. vlt. §. cùm verò. l. v. C. de dilationibus.

IIII. Causa: Si procurator dominum consulere velit. c. dilectus. xj. de procuratoribus.

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIUM CAUSARUM GENERALES.

Hactenus causæ dandæ dilationis expositæ sunt, quarum tamen plures vide M.I.C.d. quæst. ij. Planè istarum causarum exceptio generalis prima hæc est: Nisi dilationem petens ad extraordinarium iudicem rescriptum reportauerit. iij. q. iij. cap. vlt. §. ei autem dilatio. l. ij. in prin. C. de dilationibus. Altera exceptio est: Nisi eidem antea dilatio sit data. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponentur j. quæst. iiij. item per ea quæ proposita sunt s. causa ij. except. j. repl. j. & ij.

III. QVANTA DILATIO SIT DANDA?

I. Regula: Reo ad excipiendum viginti dies dari iubentur. Nouell. liij. §. sed & illud. de quo j. dicetur in litis contestatione. Huius regulæ exceptio est in reo spoliato ac restituto, cui tanta dilatio concedenda, quanto tempore spoliatus fuit. iij. quæst. ij. in prin. cum cap. sequente. cap. prius. cap. tamdiu. cap. eiectis. c. si episcopus. §. præsul verò.

II. Regula: Probationum causa danda dilatio est trium mensium in eadem prouincia, in continentibus prouinciis sex mensium, & in transmarinis nouem. iij. quæst. iij. cap. vlt. §. spacium. l. j. C. de dilationib. Hęc regula videtur distinguenda per sequentes regulas.

III. Regula:

III. Regula: In criminalibus sex menses vel eo amplius reo conceduntur.d.cap.vlt.in prin.

IIII. Regula: Ad inquirendum non modicæ dilationes dandæ sunt.d.q.iij.cap.induciæ.

V. Regula: Prælatis maius spacium ad se defendendos dandum est.d.quæst.iij.cap. de induciis. Plures huiusmodi regulas vide M.I.C.lib.ij.cap.xj.quæst.iij.

IIII. QVOTIES DILATIO DANDA?

Non nisi semel dilatio danda est.d. quæst.iij.cap.vlt.§.spacium.versic.iudicantes autem.l.j.in fine.C. de dilationibus. Huius exceptio est: Nisi quis appellauerit: nam quoties quis appellauerit, dilatio ei indulgenda est.iij.q.vj. cap. pulsatus, in princ. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C.d.cap.xj.quæst.iiij.

V. VBI DANDA DILATIO.

Non de plano, sed pro tribunali danda est.iij. quæst.iij.ca. vlt.§.à iudice.l.iiij.C. de dilationibus. Hæc de dilationibus: de quibus tamen vide plura M.I.C.d.cap.xj.

DE EXCEPTIONIBVS dilatoriis. Cap. IX.

I. DE EXCEPTIONIBVS dilatoriis in genere.

PRIMA regula: Hæ ante litem contestatam opponendæ, non post, per ea quæ proposita sunt s.cap.ij.quæst.ij. in fin.item ex l.xij.C de exceptionibus. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi excommunicationis exceptio obiiciatur: hæc enim etiam post litem contestatam obiici potest. cap.exceptionem.xij.de exceptionibus.Clement.vnica,eod. tit. Concordant ea quæ proponentur j.eod. cap. de excommunicationis exceptione,repl.iiij.& v. Altera exceptio est Nisi falsi procuratoris exceptio obiiciatur. De hac re dictũ s.cap.iiij.quæst.j.in fin.Tertiæ exceptionis loco notandum, quòd exceptio dilatoria ante litem contestatam opposita, post litem contestatam sit probanda.l.xix.C. de probat. Cui concordant ea quæ proposita sunt s.cap.ij.quæst.ij.in fine.

II. Regula: Dilatoriæ exceptiones omnes simul intra certum

certum terminum à iudice statuendum sunt obiiciendæ.ca. pastoralis.iiij.de exceptionibus Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi vna opposita, de alia obiicienda fuerit protestatus priore discussa: hanc enim etiam post terminum obiicere poterit.d.cap.iiij versi.quas non fuerint protestatæ. Altera exceptio est: Nisi alia exceptio dilatoria post terminum competere cœperit.d.cap. versi. nisi fortè aliqua. Tertia exceptio est: Nisi aliquam dilatoriam per ignorantiam omiserit.d.cap. iiij. versi. vel is qui voluerit eam opponere. Quarta exceptio est: Nisi talis sit exceptio dilatoria, quæ etiam post litem contestatam possit opponi. Approbatur exemplo.Clement.vnica.de exceptionibus.

III. Regula: Exceptio excommunicationis & suspensionis, quæ requirit altiorem indaginem, ad cautelam remittenda est: ne causa principalis nimium differatur. cap. Apostolicæ.ix. de exceptionibus. Hæc de exceptionibus dilatoriis in genere sunt dicta. Sequitur de iisdem in specie.

IIII. Regula: De speciebus exceptionum dilatoriarum. Sanè sumitur exceptio dilatoria vel ex persona iudicis, vel ex persona procuratoris, vel ex persona actoris, vel ex persona rei conuenti, vel ex loco actionis, vel ex modo, vel ex tempore, quo agitur. Ex personā iudicis sumitur recusatoria iudicis suspecti. Exceptiones ex persona procuratoris desumptæ propositæ sunt, supra cap iiij. quæstio. prima. Ex persona actoris sumitur exceptio excommunicationis & similes. Ex persona rei conuenti sumitur exceptio spolij. Ex loco actionis sumitur fori præscriptio: de qua dictum s̄.cap. ij.quæstio.ij. Sed & ex loco actionis sumuntur exceptiones, quas exposuimus s̄.ca.vj.quæst.iiij.except.generali ij. cum sequentib. Ex modo actionis sumitur exceptio inepti libelli, de qua dictum s̄.cap. vij. de actione edenda, reg.iiij.item cautionis præstandæ exceptio. Ex tempore actionis sumitur exceptio, qua ante diem vel conditionem existentem agi dicitur: de qua in actionum tractatu agitur. Nunc de recusatoria iudicis, de excommunicationis & spolij, necnon de cautionis præstādæ exceptione dicetur.

II. DE RECVSATORIA IVDICIS.

I. CAVSÆ

I. CAVSÆ EX QVIBVS iudex recusari potest.

Si quis iudicem suspectum putat, eum recusare potest, iij. quæst.v.cap.vlt.§.& reuera.l.xiiij.versic. liceat ei qui suspectum.C.de iudiciis. Quæ autem sint causæ, ex quibus iudex tanquam suspectus recusari possit, dictum s.cap.ij. quæst.ij. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi causa principalis sit ecclesiastica, in qua non licet appellare: in hac enim nec iudicem recusare licet.cap.super eod.xij.§.in causis.de appellationib. Altera exceptio videtur: Nisi iudex ita datus sit, ne ab eo appelletur. Sed reprobatur cap.postremò. xxxvj.d.tit. Plures huiusmodi exceptiones vide d.q.ij.in fi. Item M.I.C.lib.ij.cap.xj.de exceptionib.dilatoriis, quæst.j.

II. APVD QVEM EXCEPTIO proposita disputanda sit?

Apud iudicem recusatum causa suspicionis proponenda, & apud arbitros vtrinsque consensu electos probanda est, & ab iis cognoscenda.ca.secundo.xlj.§.tertio.c.cum speciali.lxj.in prin.de appellationibus.c.licet.10.in fi.de foro competenti.cap.suspicionis.xxxix.de officio delegati. Quod de arbitris dictum, eius exceptio prima hæc est: Nisi & alij iudices cum recusato dati sint: tunc enim non apud arbitros, sed apud coniudices causa suspicionis est probanda.ca. si contra.iiij. de officio delegati, in vj. Altera exceptio est: Nisi delegatus iudex recusetur: tunc enim ad delegantẽ cognitio spectat.d.cap. si contra.§.cum autem.item cap.super. xxvij.§. quem verò.& § eius ergo. versi.coram iudice delegato.eo.ti. Tertia excepio est: Nisi officialis episcopi recusetur. hoc enim casu episcopi cognitio est.d.c.si cõtra.iiij.in fi.

III. EVENTVS RECVSATORIÆ exceptionis oppositæ.

I. Regula: De tempore arbitris definiendo, intra quod nisi exceptio fuerit discussa, procedatur in negocio principali, cauetur c. legitima.ij.de appellat. in vj.cap. suspicionis. xxxix.de officio delegati.

II. Regula: Si iudex suspectus fuerit pronũciatus: assensu recusantis alij negocium principale committet cognoscẽdum, vel ad superiorem id trãsmittet.c. ad hæc.xxvij.in fi.& cap.cum speciali.lxj.§ & ipsa probata.de appellationibus.cap. si quis contra.iiij. de foro competenti.l.xiiij. in prin.& versi.

in eo

in eo scilicet.& l.xvj.§.sancimus.versi. illico autem.C.de iudiciis. Contradicere videtur cap.licet.10.in fin.de foro competenti. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iudex delegatus recusatus sit: hic enim ne quidem cum assensu recusantis causam alij committet.cap.iudex 5.de officio delegati, in vj. Altera exceptio est: Nisi clericus episcopum suum suspectum dixerit: tunc enim vicini episcopi cognoscent.ij.q.vj.c.placuit.item xj.q.iij.c.præsbyteri.

IIII. AD FINE PROPOSITÆ exceptionis remedium.

Ad fine remedium est appellatio.ij.q.vj. cap. si quis iudicem, in prin. Hæc de recusatoria iudicis.

III. DE EXCOMMVNICAtionis exceptione.

Excommunicato actori obstat exceptio excommunicationis, donec absolutus sit.cap. decernimus. viij. de senten. excommu. in vj. cap.j. in prin.de exceptionib. in vj Concordant ea quæ habentur s̄.lib.proxim. cap.vj.quæst.iiij.except. x.Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi excipiens speciem excommunicationis & nomen excommunicatoris non exprimat.d.cap.j.in prin.vers.si quis igitur. Altera replicatio est: Nisi excommunicatio intra octo dies non fuerit probata.ibidem ver.sciturus eam tem.& c.prudentiam.xxj.§.vj.nobis.de officio delegati. Huius replicationis duplicatio est: Nisi postea pendente lite probetur: tunc enim sequens processus inhibetur, quamuis præcedentia acta valeant.d.cap.j.§.si verò postmodum. Tertia replicatio est: Nisi excommunicationis exceptio antea bis fuerit opposita. Quę replicatio approbatur simul & distinguitur d. §. si verò postmodum. vers. prouisio quòd vltra duas vices hæc non opponatur exceptio, &c. Quarta replicatio videtur: Nisi exceptio proposita ante litem contestatam non fuerit opposita. Sed reprobatur per ea quæ proposita sunt s̄. eod.cap.in prin. Quibus concordat d. cap.j. in prin.vers. in quacunque parte iudiciorum. item §.sed si post. Quinta replicatio videtur: Nisi à reo non fuerit opposita exceptio. Sed reprobatur d. §.sed si post. vers. eo tamen saluo.& cap. exceptionem.xij.in fine.de exceptionibus. Sexta replicatio est: Nisi vniuersitate agente, non ipsa, sed rectores ipsius sint excommunicati.

Quæ replicatio approbatur ſub certis conditionibus. c. vlt. de procuratoribus. Septima replicatio videtur: Niſi is qui exceptionem obiicit, antea excommunicato actori communicauerit. Sed reprobatur c.à nobis.ij.de exceptionibus. Contradicere videtur c.in præſentia.xlvj.de ſentent. excom. Octaua replicatio eſt:Niſi exceptionem,non actionem proponenti excommunicationis exceptio obiiciatur.c. cum inter.v.de exceptionibus. Huius duplicatio eſt:Niſi exceptio, quam excommunicatus obiicit,reconuentionem contineat. d.cap.cum inter. v. verſ. cæterùm non ſic in reconuentione. Nona replicatio eſt:Niſi appellanti & appellationem proſequēti excommunicationis exceptio obiiciatur. d.c cum inter.v. verſ. porrò cum excommunicato.c. dilectæ. x. cap. ſignificauit.xj.& cap.vltim.eod.tit.de exceptionibus. Hæc de excommunicationis exceptione ſint dicta.

IIII. DE EXCEPTIONE SPOLII.

I. Regula: Spoliatus reus in iudicio reſpondere non tenetur, niſi fuerit reſtitutus.ij.q.ij.in prin. cum c.ſequente.c. omnes.c.nullus.c.in ſcripturis.ca.nullus.& c.vlt.item iij. q. j. c.j.c.epiſcopi, cum ſequentib. vſque ad c.nulli item c. vlt. §. patet ergo.& iij.q.ij.c.cum eccleſia.c. oportet.c.audiuimus. c.prius.item v.q.ij.c. vlt.in prin. verſ.nā ſi aut ui.item xxxiij. q.ij.cap. hiſtoria,cum plurib.aliis,quæ vide ĩ.lib.iiij.cap. de actione qua vxor virum petit,in prin.item c.cum dilectus.ij. & ca. vlt.in fine. de ordine cognit.c.j.§.illum autem.de reſtitut. ſpoliator.in vj. Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ab alio quàm ab actore ſpoliatus fuerit reus. Quæ replicatio approbatur ſimul & diſtinguitur d.c.j. in prin.Huius duplicatio eſt in criminal.cauſis: in his enim nihil refert, à quo reus accuſatus fuerit ſpoliatus.d. cap. j.in princ.verſ.in ciuilib.negociis.& §.ſed ſi in ciuilib. Altera repicatio eſt: Niſi intra quindecim dies Spolij exceptio non fuerit probata.d.§.ſed ſi in ciuilib.Tertia replicatio eſt: Niſi ab alio quàm actore ſpoliatus intra tempus à iudice ſtatuēdum reſtitutionem non petierit, nec cauſam ad finem perduxerit. d.c.j.§.ſolet. Quarta replicatio eſt:Niſi ſuper rebus eccleſiaſticis agatur.d.cap.j.§.fin. Quinta replicatio eſt:Niſi rebus eccleſiaſticis ſpoliatus,de rebus priuatis conueniatur. d.§.fin.verſ.vel è contrario.Sexta replicatio eſt: Niſi quis vi occupans poſſeſſionem in continenti ſit delectus iij. quæſt.j.

cap.vlt.§.sed obiicitur. Septima replicatio est: Nisi spoliatus res ecclesiæ, quibus spoliatus est, profundat. iij. q. ij. cap. vlti.

II. Regula: Vis propositæ exceptionis hæc est, vt repellat agentem, non etiam vt agens ad restitutionem cogatur vel condemnetur. cap. cum dilectus. ij. de ordine cognit. Cuius regulæ exceptio est: Nisi per reconuentionem spoliatio opponatur. d. cap. ij. §. nos autem distinguendum. Hæc de exceptione spolij.

V. DE EXCEPTIONE CAVtonis præstandæ.

Postremò actor tenetur cauere de lite intra duos menses contestanda, aut damno quod sensit reus in duplum præstando, si intra duos menses litem non fuerit contestatus: alioquin exceptione repellitur. iij. quæst. iij. cap. vlt. §. libellum. Nouell. xcvj. in princ.

Sed & cauere tenetur actor de certa quantitate reo præstanda, si in causa non obtinuerit: qua cautione non præstita, per exceptionem submouetur. d. c. vltim. §. quod fieri. Nouell. liij. §. & quia moris. & §. quia verò compertum. item Nouell. cxij. §. cæterùm. Plura de huiusmodi cautionibus præstandis vide M.I.C. lib. ij, cap. xij. cum trib. cap. sequentibus. Hæc de exceptionibus dilatoriis, quarum tamen plures proponentur j. lib. v. cap. de actionibus, quæst. quando competat.

DE RECONVENTIONIbus. Cap. X.

PRIMA regula, De differentia reconuentionis & exceptionis, habetur c. cum dilectus. ij. de ordine cognitionum: de qua vide paulo superius in exceptione spolij regul. ij.

II. Regula: Reus actorem in eodem iudicio reconuenire potest, & conuentio & reconuentio paribus passibus ambulare debent. d. cap. cum dilectus. ij. §. nos autem distinguendum. vers. quanquam in idem. item c. j. de mutuis petitionibus. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi interdicto recuperandæ possessionis agatur: huic enim reconuentio non potest opponi. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. vlt. de ordine cognit. item cap. ad vltimum. ij. de causa possessionis. Concordant ea quæ habentur infrà

cap.

cap.xvij.reg.j. cum sequente. Altera exceptio est.Nisi excõmunicatus reconuentionem opponat. c. cum inter. v. §.fin. de exceptionib. Tertia exceptio est:Nisi apud alium quàm actionis iudicem reconuentio opponatur.c. dispendia.iij.§. reus quoque de rescriptis, in vj. Quarta exceptio est: Nisi apud arbitros causa agatur.cap.cum dilectus.vj.de arbitris. Quinta exceptio est: Nisi prius liqueat de vna causa quàm de alia, vel reus in reconuentione moram faciat. Minsing. cent.j.obseruat.x. Plures exceptiones vide s.cap.ij. quæst.ij. in fine, replic.iij.

III. Regula: Modus procedendi per rescriptum cõuentioni præscriptus, etiam reconuentioni datus intelligitur. c. prudẽtiam. ij. de mutuis petitionibus. Hæc de reconuentionibus, & aliis actib. iudicialib. litis contestationem præcedentib. Sequitur nunc de ipsa litis contestatione, & actibus eam sequentibus.

DE LITIS CONTESTATIOne, deque iureiurando ob calumniam dando, & aliis huiusmodi iuramentis.

Cap. XI.

DE LITIS CONTESTATIONE.

PRIMA regula: Litis contestatio fit non per positiones & ad eas responsiones, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam. c.vnico.de litis contestatione.capit. dudum. liiij. §. licet autem. de electione. Quod autem dicitur, per responsionem secutam fieri litis contestationem, id intelligendum de responsione, quæ in negando, non distinguẽdo consistit. Nam per exceptionem, quamuis peremptoriam, quæ in distinguendo consistit, non fit litis contestatio.c.si oblato.ij.de litis contestatione, in vj.

II. Regula: Omissa litis contestatione, processus est nullus.d.cap. vnico. vers. quia litis contestationem non inuenimus esse factam, & c.& d.§.licet autem. Huius regulæ exceptio est: Nisi non iure actionis, sed officio iudicis procedatur.c.iudicis.ij.de officio iudicis.

III. Regula: Viginti dierum dilationem habet reus ad litem contestandam.iij.q.iij.cap.vlt.§.offeratur. Nouell.liij.

§.sed & illud. Hæc de litis contestatione: de qua vide item M.I.C.lib.ij.cap.xvj.

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ, & aliis huiusmodi iuramentis.

I. Regula: Lite contestata, de veritate atque calumnia iurandum est. Instit. de pœna temere litigantium, in prin. vers. ecce enim. l. ij. in prin. C. de iureiurando propter calumniam l. xij. in prin. C. de iudiciis. Cuius regulæ exceptio prima hęc est; Nisi ab aduersario iusiurandum remittatur. cap. j. §. j. de iuramento calumniæ, in vj. Contradicit d. l. ij. §. sed quia veremur. Altera exceptio est: Nisi clerico iusiurandum deferatur. Hæc exceptio approbatur certo modo c. j. de iuramento calumniæ. Contradicere videtur cap. cæterùm. v. eod. tit. Tertia exceptio est: Nisi in causis spiritualibus iusiurandum deferatur. c. literas. ij. d. tit. Mutatur ac reprobatur exceptio hæc c. j. §. fin. eod. tit. in vj. Quarta exceptio videtur: Nisi semel sit iuratum. Sed reprobatur c. in appellationis. ij. in prin. & §. fin. d. tit. in vj. Quinta exceptio videtur: Nisi consuetudo extet in contrarium. Sed reprobatur c. constitutus. iij. §. præsentium de fideiussoribus. Sexta exceptio videtur: Nisi collegium vel vniuersitas conueniatur. Sed reprobatur cap. Imperatorum. iiij. de iuramento calumniæ.

II. Regula: Non solùm principales personæ, sed etiam aduocati vtriusque partis iurare cõpelluntur. c. cum causam vj. d. tit. Cõcordat M.I.C. lib. ij. cap. xvj. de iuramento calumniæ, q. iiij. reg. iiij. Cuius regulæ exceptio prima videtur: Nisi aduocatus vel procurator post iuramentum à principali præstitum sit constitutus. Sed reprobatur c. in appellationis. ij. §. procuratores. de iuramento calumniæ, in vj. Altera exceptio videtur: Nisi dominus instruxerit procuratorẽ quid proponere debeat. Sed reprobatur d. §. procuratores. vers. etiam si à suis dominis.

III. Regula: Non solùm de opinione, sed etiam de veritate iuratur. c. j. §. fin. de iuramento calumniæ, in vj. Contradicit l. ij. §. & licet. C. eod. tit.

IIII. Regula: Principalis tam per se, quàm per procuratorem iurare potest c. in pertractandis. iij. & cap. Imperatorum. iiij. de iuramento calumniæ. item cap. vlt. eod. tit. in vj.

V. Regula: Tactis sacrosanctis euangeliis iuratur. Cuius exceptio est: Nisi episcopus per se de calumnia iuret: hic enim

hic enim propositis tantùm, non etiã tectis Euangelijs iurat. c. vlt. in prin. de iuramento calumniæ xj. q. j. c. testimonium.

VI. Regula: Non est necesse, vt statim post litem contestatam de calumnia iuretur: sed ante, vel post, quandocunque iudici videbitur, iurandum. c. j. in prin. & cap. in appellationis. ij. §. fin. de iuramento calumniæ. in vj.

VII. Regula: Pœna non iurantis statuitur c. vlt. §. fin. de iuramento calumniæ. Concordant ea quæ habentur M.I.C. lib. ij. c. xvj. de iuram. calumniæ, quæst. ix. Hæc de iuramento calumniæ sint dicta: de quo tamen vide plura M.I.C. d. c. xvj.

DE PROBATIONIBVS.
Cap. XII.

PRIMA regula: Lite contestata, & iureiurando calumniæ præstito, præstanda est probatio eius de quo inter partes controuertitur seu dubitatur. Quæ regula cùm ipso iure subsistat, aliquot recipit exceptiones, quarum prima hæc est: Nisi id, de quo quæritur, sit notorium: hoc enim probatione nõ indiget. c. super eo. iij. in prin. de testibus cogẽdis. c. tua nos viij. in prin. de cohabitat. cleric. Plura de hac exceptione vide s. libr. prox. c. xiiij. in prin. Altera exceptio est: Nisi factum iudici notum sit xv. q. v. c. vltim. in princ. Cuius replicatio est: Nisi iudici non vt iudici, sed vt Deo vel homini notum sit. d. c. vlt. §. sed mirandum. c. si sacerdos. ij. de officio ordinarij. ij. q. j. cap. vnus ex vobis. Plura de exceptione proposita vide j. cap. xix. except. xx. repl. j. dupl. j. Tertia exceptio est: Nisi aduersarius factum sit confessus. d. cap. vlt. vers. nisi sua sponte ipsum confiteatur. & vers. sola ergo spontanea. ij. q. j. c. j. Huius. replicatio est: Nisi iudici tantùm sit confessus. d. c. si sacerdos. ij. Plures huiusmodi replicationes vide j. de confessis. Quarta exceptio videtur: Nisi is qui dicit, in dignitate sit positus: vt puta episcopus. Sed reprobatur vj. q. ij. in prin. cum c. sequente, & c. vlt. Planè admittitur exceptio proposita in persona Papæ dicentis, cuius adsertioni standum est. Clement. j. de probationibus. Quinta exceptio videtur: Nisi exceptio aliqua contra testem producta in controuersiam deducatur. Hæc enim probanda non videtur. Sed & hæc exceptio reprobatur c. j. de exceptionib. Sexta exceptio est: Nisi iureiurando delato vel relato, id præstitum sit vel remissum. Quæ exceptio approbatur si-

mul & dinstinguitur per ea quæ proponentur. j. cap. xvj. reg. xviiij. cum sequentibus.

VTRI PROBATIO INcumbat.

II. Regula: Affirmanti, non neganti probatio est iniungenda. cap. bonæ. xxiij. §. porrò excessus. vers. & quod citati. de electione. Concordat. M. I. C. lib. ij. cap. xvij. quæst. ij. reg. j. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex confessione negantis, vel ex alio argumento præsumptio sit pro affirmante: tunc enim neganti contra præsumptionem probatio est iniungenda. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur exemplo cautionis indebiti cap. si cautio. xiiij. de fide instrum. l. xxv. §. fin. ff. de probationib. l. xiij. C. de non numerata pecunia. Aliud exemplum est in solutione indebiti d. l. xv. §. sin verò ab initio. item cap. is qui conqueritur. iiij. de solutionib. Alia exempla habentur cap. afferte. ij. & c. vltim. de præsumptionibus. cap. per tuas. x. de probationibus item j. reg. v. cum sequentibus. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi affirmans in eadem causa deprehensus sit in mendacio: hoc enim casu & in proposita quæstione mentiri præsumitur, atque ita præsumptio per aliam præsumptionem eliditur, affirmantísque probatio est iniungenda, exemplo. d. cap. is qui conuenitur. iiij. vers. nisi eius aduersarius solutionem eat inficias. de solutionib. & d. l. xxv. in princ. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi confessio, ex qua præsumptio sumitur, sit nimium generalis non expressa causa: hoc enim casu præsumptio ex ea sumpta inualida est ad transferendum onus probandi, exemplo. d. c. si cautio. xiiij. de fide instrum. Huius ratio videtur esse, quia quemadmodum libellus actoris non expressa causa, incertus atque ineptus censetur, cui reus respondere non cogitur, c. vltim. de libelli oblatione: ita quoque confessio, non expressa causa, incerta reputatur: ideóque præsumptionem contra confitentem non parit. l. vj. in prin. ff. de cõfessis. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi quis sponte se beneficio renunciasse neget. c. super hoc. v. de renunciatione. Tertia exceptio videtur: Nisi affirmans in probatione deficiat. Sed hæc exceptio reprobatur vj. q. v. in princ. cum c. sequente, & ca. vlt. l. xxiij. C. de probationibus. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. reg. j. exce. vj. Quarta exceptio est: Nisi mixtum sit iudicium, in quo vterque actor

& reus

& reus eſt: in hoc enim vterque probat.c.ex literis.iij.de probationib. Quinta exceptio eſt: Niſi viro affirmante ſe debitum coniugale vxori reddidiſſe, illa neget: hoc enim caſu neganti vxori probatio incumbit. xxxiij. q.j.c. requiſiſti. §. fin. cum c.ſequente. Concordant ea quæ habentur j.lib.iiij.c.de actione ad diſſoluend. matrim. q. iiij. reg. ij. Sexta exceptio eſt; Niſi quis aliquid ritè vel iure factum eſſe neget: nam & hoc caſu neganti probatio incumbit.c.bonæ memoriæ.xxiij. §.porrò. exceſſus. de electione.c.ſicut.xvj.§.fi.de re iudicata. Concordat M. I. C.lib.ij.cap.xvij.q.ij.reg.j.except.iiij.Septima exceptio eſt: Niſi delictum dolo commiſſum eſſe negetur. c.j.de præſumptionibus. Hæc de ſecunda regula: de qua tamen aliiſque ſimilibus vide plura M. I. C. d.q.ij.

PER QVÆ PROBANDVM?

III. Regula: Fama probandi vim non habet, niſi aliis adminiculis iuuetur. c. ſuper eod.v.§.fin.de eo qui cognouit conſang.c.tam literis.xxxiij.in princ.de teſtibus.cap.tua nos. viij.§.ſi verò publicum.de cohabitat. clericor. Adiuta autem aliis indiciis & argumentis fama probandi vim habet. cap. cum cauſam.xiij. verſ.famam. de probationibus. c.præterea xxvij.de teſtibus.

IIII. Regula: Non ſolùm teſtes & inſtrumenta, ſed & alia indicia & argumenta vim probandi habent.d.c.cum cauſam.xiij.Concordat M.I.C.lib.ij.c.xvij.q.iij.reg.vij.

V. Regula: Ex eo quòd quis dilationibus ſubterfugit iudicium, vel contumaciter abeſt, præſumitur malam fouere cauſam. cap. nullus. iiij.de præſumptionib. cap. cum contumacia.vij.de hæreticis, in vj.xj.q.j.c.Chriſtianis.§.fin.

VI. Regula: Idem præſumitur de eo qui defenſionis vel probationis copiam aduerſario ſubtrahit.ca.conſtitutis.xlv. verſi. cum ſecundum legitimas.de teſtibus.cap.peruenit.iiij. verſ.& quod eam ille.de teſtibus cogendis.

VII. Regula: ex vita etiam anteacta præſumptio ſumitur.c.ex ſtudiis.iij.c.mandata.vj.& c.cum in iuuentute.xv.de præſumptionibus.c.ſemel.viij.de reg.iuris, in vj.

VIII. Regula: Ex vicinitate præſumitur noticia facti vicini.c.quoſdam.vij.& c.quanto.viij.de præſumptionibus.

IX. Regula: Qui ex duobus propoſitis vnum negat, alterum affirmare creditur.cap.nonne.v.d.tit.

X. Regula: Quæ argumenta cuique rei probandæ ſuffi-

ciant, nullo certo modo poteſt definiri, ſed hoc iudicis arbitrio relinquendum. iiij.q ueſt. ij.cap.vlt.§.ſæpe etiam.l.iij. §.eiuſdem. ff. de teſtibus.

XI. Regula: De filiatione probanda cauetur c.trāſmiſſæ iij.c.cauſam. iiij. & c.per tuas.xij.qui filij ſint legitimi.Plura de hac re vide M.I.C.lib.ij.cap.xvij.quæſt.iij.de eo, an ſit filius,probando.& lib.iiij.cap.xxv.quæſt.j.

XII. Regula: De ingenuitate probanda cauetur iiij.q. ij.c.vlt.§.ſoli teſtes.l.j.C.de teſtibus.

XIII. Regula,De dolo probando.Qualitas cauſæ principalis ad dolum arguendum non ſufficit.l.xv.§.ad vim.C. de tranſactionibus. Cui videtur contradicere De pœnitent. diſtinct.v.cap.qualitas.

XIIII. Regula, De teſtamento ſeu obligatione probanda. Etiam per vnum teſtem, qui dicit ſe interfuiſſe, & alios duos deponentes de confeſſione teſtatoris aliud agentis,probatur.c.vlt.de ſucceſſionibus ab inteſtato.

XV. Regula, De re iudicata probanda. Etiam per teſtes probari poteſt.cap.Albericus.xliij.de teſtibus.cap.ſicut.xvj. de re iudicata.

XVI. Regula: De virginitate probanda cauetur c.propoſuiſti.iiij.& c.cauſam.xiiij.de probationibus.

XVII. Regula: De carnali copula probanda cauetur cap.literis.xij.cap.tertio.de præſumptionibus.cap.præterea. xxvij.de teſtibus.

XVIII. Regula:De conſanguinitate probanda cauetur cap. quoties.v. de teſtibus. Concordant ea quæ habentur j. li. iiij.cap.xviiij. quæſt.iiij.reg.iij.

XIX. Regula: De matrimonio probando cauetur.cap. illud quoque. xj. de præſumptionibus. Concordant ea quæ habentur.j.lib.iiij.cap.xvij.q.iij.reg.ij.

XX. Regula: De impotentia viri vel vxoris probanda vide d.q.iiij.reg.vj.

XXI. Regula, De iuriſdictione probanda. Hæc probatur per ſolutionem tributi.c.omnis.ij.in fine de cenſibus.

XXII. Regula: de falſis literis Papæ probandis ac cognoſcendis cauetur c.quam graui.vj.de crimine falſi.

XXIII. Regula: Falſitas literarum non conuincitur ex raſura in loco non ſuſpecto facto.ca. ex conſcientia.ix.d.tit. & c.ex literis.iij.de fide inſtrum. Hactenus per ea quæ probari poſſit, oſtenſum eſt: cuius tamen quæſtionis plures regulas

gulas vide M. I. C. lib.ij.c.xvij.q.iij.

QVOVSQVE IN PROBATIOnibus disputandis sit procedendum.

XXIIII. Regula: Testes probatorios & reprobatorios probatoriorum reprobare licet: vlterius procedere non licet. cap.licet.xlix.de testibus.

EVENTVS PROBATIONIS.

XXV. Regula: Si fuerit probatum: obtinet is qui probauit,& is contra quem probatum est, in simplum vel in duplum est condemnandus: per ea quæ habentur M.I.C. d.cap. xvij.quæst.v.reg.j.Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aduersarius probaturus sit contrarium. Quæ exceptio cùm ipso iure subsistat, recipit replicationem hanc: Nisi negatiuam delicti in contrarium sit probaturus. c.ad nostram.xij. de probationib. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi attestationes sint publicatæ: tunc enim non admittitur probatio in contrarium. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c.cum venisset.xxv.§.quæstiones.de testibus. de qua replicatione vide item j.cap.xiiij.reg.iiij. Tertia replicatio est: Nisi probationi in contrarium fuerit renunciatum.d.§.quæstiones.ver. vel renunciatũ fuit testibus. Quarta replicatio est: Nisi posterior probatio non sit efficacior priori. Approbatur exemplo cap. quia verisimile.x.de præsumptionibus. Quinta replicatio est: Nisi probatio sit facta per confessionem iudicialem, per iusiurandum delatum vel relatum præstitum vel remissum, per rem iudicatam, vel similia argumenta quæ ius faciunt: contra hæc enim non admittitur probatio in contrarium, vt sub singulis istis locis docebitur. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi exceptione id quod probatum est aduersarius elidat. l.ix. in fine. C.de exceptionibus. Cuius replicatio est: Nisi de hæresi suspectus, in agone mortis constitutus petierit hæreticos consolatores, & exceptio, illum non fuisse sanæ mentis, opponatur. Hæc enim exceptio admittenda non est.c.filij.iij.de hæreticis, in vj. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi vehemens sit præsumptio contra probantem: hoc enim casu efficacior probatio ab eo requiritur: qua deficiente, leui probatione non iuuatur, exemplo d.cap.quia verisimile. x. de præsumptionib. cap. vlt. §. fin. in fine de præsbytero non baptizato. & l. vlt. in princ.ff. quod metus causa.

Hæc de xxv. regula.cuius tamen plures exceptiones vide M. I. C.d.reg. j.

XXVI. Regula: Si non fuerit probatum: succumbit is qui probare debuit. ij.q.j. cap.j.c.iudex.c.primates.c.vnus c.notum.c.nomen.& c.primo item ij. q. v. c. consuluisti vers. spontanea enim.item xj.q.iij.c.graue. c. quamuis. c.non solum,in prin.& xv.q.v.c.vlt.in fine. item xxiiij. q.iij. in prin. §. hinc Paulus.item xxx.q.v.c.si quis diuinis. §. his ita respondetur.c.nullum.item De restitut.spoliator.c. cum ad sedem. xv.& c.vlt.§.sanè si actor. de iureiurando. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aduersarius factum sit confessus. Quæ exceptio locis pluribus iam allegatis probatur. Altera exceptio est: Nisi ei cui probatio incumbit, iusiurandum à iudice delatum sit,isque iurauerit.d.§.sanè si actor. Plura de hac exceptione vide j.cap.xvj.reg.xviiij.cum seq.Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide s.reg. j. Hæc de probationibus in genere sint dicta:de quibus vide plura M.I.C. d.cap.xvij. Sequitur nunc de iisdem in specie, & primum de instrumentis.

DE INSTRVMENTIS.
Cap. XIII.

PRima regula:instrumenta regulariter quidem vim probandi habent.l.xv. C. de fide instrumentor. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi instrumentum non sit solenniter factum testibus adhibitis & subscriptionibus subiectis.c.cum à nobis. xxviij.§.nec scriptum.de testibus.l. vlt. §.fin.C.si certum petatur.Huius replicatio est: Nisi consuetudo instrumentum minus solenne probet.c. cum dilectus ix.§.super tertio.de fide instrumen.Altera exceptio est: Nisi præsbyteri testes in conficiendo instrumento adhibiti sint. xiiij.q.ij.c.vlt.Tertia exceptio est:Nisi instrumentum sit imperfectum.l.xvj.C.de fide instrum.Cuius replicatio est: Nisi defectus sit vnius aut alterius literæ. Quæ replicatio approbatur exemplo c.ex parte.xj. de fide instrum. Quarta exceptio est:Nisi instrumentum non ab eodem tabellione fuerit absolutum, sed à diuersis. d.l. xvj. Cuius replicatio est:Nisi tabellione mortuo alius authoritate odinarij id perfecerit. cap.penult.de fide instrum.Quinta exceptio est:Nisi instrumentum rasuram habeat. Reprobatur cap. ex literis eod.

tit.&

tit.& cap.ex conſcientia.ix. de falſi crimine. Sexta exceptio eſt: Niſi ſigna inſtrumenti vitioſa ſint, vel adulterina. Nouel. lxxiij.§. oportet verò. Cuius exemplum habetur cap. inter dilectos.vj de fide inſtrum. Septima exceptio eſt: Niſi falſitas vel mendacium in inſtrumento deprehendatur. diſtinct. ix.cap.ſi ad ſcripturas. Plura de hac exceptione vide M.I.C. lib.ij.cap.xviij.quæſtio.v.except.vj. Sed & eius ſpecies eſt j. except.proxi. Octaua exceptio eſt: Niſi teſtes contra inſtrumentum deponant. cap. tertio.v. de probationibus.cap.cum Ioan.10. de fide inſtrum. Noua exceptio eſt: Niſi is qui inſtrumento vtitur, illud antea impugnauit. ca.cum olim.xix. verſi.licet enim. de cenſibus.cap.ex eo.xxxviij.de reg.iur.in vj.l.iij.C.de fide inſtrum. Decima exceptio eſt: Niſi exemplum inſtrumenti, non ipſum authenticum producatur.c.j. de fide inſtrum.l.ij.ff.eod. tit. Huius replicatio eſt: Niſi authoritate ordinarij per tabellionem exemplum ſit confectum.c.vlt.eod.tit. Plures huiuſmodi replicationes vide M. I.C.d.quæſt.v.except.10. Vndecima exceptio eſt: Niſi diuerſæ ſcripturæ proferantur.c.imputari.xiij.de fide inſtrument. l.xiiij.C.eod.tit. Cuius replicatio eſt: Niſi diuerſitas in idem tendat.c.nihil.vij.de verbor.ſignificat. Duodecima exceptio eſt: Niſi teſtes qui in inſtrumento continentur, deceſſerint. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur cap.ſcripta. ij.de fide inſtrumen. Decimatertia exceptio eſt: Niſi inſtrumentum ſit mutilatum.c.inter dilectos.vj. eod. tit. Decimaquarta exceptio videtur: Niſi poſt publicatas atteſtationes inſtrumentum proferatur. Sed reprobatur c. cum dilectus. ix.in prin.d.tit. Hæc de prima regula: cuius tamen plures exceptiones vide M.I.C.d.quæſt.v.

DE EXHIBENDIS INSTRVMENTIS.

II. Regula: Inſtrumenta regulariter quidem apud iudicem, coram quo litigatur, exhibēda ſunt. Sed ex cauſa etiam alibi exhiberi poſſunt. cap. accepimus.iiij. de fide inſtrum.l. xvij.C.eod.tit.

III. Regula: De tempore exhibendorum ſeu producendorum inſtrumentorum cauetur c. cum dilectus.ix.in princ. eod.tit. Plura de exhibendis inſtrumentis vide ſ. cap.vij.

DE INNOVATIONE inſtrumentorum.

IIII. Regula: Innouatio inſtrumenti ſeu priuilegij nouum

uum ius non tribuit, nec antiquum confirmat: sed si quod competit, conseruat. cap. cum dilecta. iiij. de confirmatione vtili.

DE INSTRVMENTO AMISSO.

V. Regula: Contenta in instrumento amisso probari possunt per testes, & quòd fuerit sine vitio. cap. cum olim. xij. de priuilegiis. Hæc de instrumentis, de quibus vide plura M. I. C. lib. ij. cap. xviij.

DE TESTIBVS.
Cap. XIII.

DE PROVOCANDIS ET examinandis testibus.

PRIMA regula, De loco vbi producendi & examinandi sunt. Regulariter quidem apud ipsum iudicem, vbi causa agitatur, testes examinandi sunt, per ea quæ habentur M. I. C. lib. ij. cap. ix. quęst. Vbi testes producendi? in prin. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi testes longè absint: tunc enim ibi, vbi sunt, examinari possunt, examine alij cōmisso, per ea quæ d. q. excep. j. proponuntur. Quibus concordat. cap. constitutus. iij. §. præterea. de fideiussoribus. Altera exceptio est: Nisi testes sint valetudinarij, senes, debiles, vel pauperes, vt ad ipsum iudicem commodè accedere non possint. c. si qui testium. viij. de testibus. Tertia exceptio est: Nisi fœmina testis producatur. cap. mulieres. ij. de iudiciis, in vj. Quarta exceptio est: Nisi episcopus testis producatur. xj. q. j. ca. testimonium. §. fi. Nouell. cxxiij. §. præterea nulli. Quinta exceptio est: Nisi clericus testis producatur: hic enim non nisi in ecclesia est examinandus. d. c. testimonium, in prin.

II. Regula: De commissariis idoneis & discretis ad examinandos testes mittendis cauetur cap. si qui testium. viij. in fine. de testibus.

III. Regula: De tempore producendorum & examinandorum testium. Antę litem contestatam testes examinandi non sunt. cap. accedens. iiij. versi. si vobis constiterit. & cap. quoniam. v. in prin. vt lite non contestata. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi de morte vel diuturna testium absentia timeatur. d. cap. 5. & cap. cum dilecta. iiij. §. nos igitur. de confirmatione. Huius exceptionis replicatio hæc

est: Nisi actor qui produxit testes, intra annum ex quo potest, non egerit: vel cum non possit, aduersario receptionem testium non denunciauerit. d. cap. v. versic. sed si actor non conuenerit. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum agatur de matrimonio carnali vel spirituali, reus contumaciter absit. d. c. quoniam. v. §. porrò. Tertia exceptio est: Nisi per viam inquisitionis contra contumacem procedatur. d. c. quoniam. v. §. sunt & alij. & cap. veritatis. viij. de dolo & contumacia. Quarta exceptio est: Nisi in causa liberali contra contumacem procedatur. cap. cum autem. xxxiiij. & ibi gl. de testibus. Quinta exceptio est: Nisi quis metuens controuersiam, ad perpetuam rei memoriam testes petat examinari, & in publicam formam dicta eorum redigi. d. §. sunt & alij. versi. vel testium publicatio imminet. & cap. significauit. xlj. cap. Alber. xliij. de testibus. Plures propositæ regulæ exceptiones vide s. cap. vj. quæstone iiij. regula iij.

IIII. Regula, itidem de tempore producendorum & examinandorum testium. Post publicationem attestationum testes alij produci non possunt. Clement. testibus. ij. de testibus. c. iurauit. vj. de probationibus. capit. cum venisset. xxv. §. quæstiones. de testibus. Nouell. 90. §. quia verò. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi in summario iudicio testes publicati fuerint examinati. hoc enim casu variato agendi modo licet eosdem vel alios testes super iisdem capitulis producere. cap. veniens. xxxviij. capite cum in tua. xliiij. de testibus. Altera exceptio videtur: Nisi primæ instantiæ testibus publicatis, in causa appellationis alij producantur. Sed reprobatur d. Clement. testibus. 2. Tertia exceptio est: Nisi dolo vel culpa examinatoris non de omnibus capitulis testes fuerint interrogati. cap. per tuas xlviij. de testibus. Quarta exceptio est: Nisi propter obscuritatem dictorum ex officio iudex testes repetat. cap. cum clamor. liij. & ibi glos. eod. titu. Quinta exceptio est: Nisi de aliis articulis postea producantur testes, quàm producti sunt prius. cap. fraternitatis. xvij. cap. causam. xix. ca. cum venisset. xxv. §. fina. de testibus. Exemplum habetur cap. cum causa. xlij. eod. tit. Huius exceptionis replicatio est: Nisi de articulis, qui prioribus contrarij sunt, denuò producantur, testes. d. Clement. testibus. ij. versic. vel directò contrariis. de testibus. Huius duplicatio est: Nisi non directò, sed per indirectum posteriores articuli prioribus sint contrarij. Quæ

duplica

duplicatio elicitur ex verbis d.versic. vel directò contrariis. Cuius exemplum est in exceptione aduersus priores articulos, c.ex tenore.xxxv.de testibus. Hæc de iiij.regula.

V. Regula: itidem de tempore producendorum & examinandorum testium, ante prandium ieiuni, nō post examinandi sunt testes.cap.j.in fine.de testibus.iiij.q.ij.cap.placuit. versi.& vt nullus. Hanc regulam glossa dicit esse de honestate, non de necessitate.

VI. Regula: De testibus non facilè euocandis, nisi causa desideret, cauetur cap.statutum. xj.§. proferendo.de rescriptis, in vj.l.iij.§.testes.ff.de testibus.

VII. Regula: De impendiis à producente testibus præstandis cauetur d.§.pro ferendo.versi sed nec tunc.iiij.quæst. ij.cap.vlt.§.liberi testes.l.10.C.de testibus. Concordant item ea quæ habentur M.I.C.lib.ij.cap.xix. de producendis testibus, quæst.iij.reg.j.

VIII. Regula: de puniendis iis qui testes testimonium perhibere, vel ad examen venire impediant, cauetur c.cum causam.xxxvij.§.quod si fortè.& c.cōstitutis.xlv.de testibus.

DE TESTIBVS INVITIS cogendis.

IX. Regula: Si testis testimonium perhibere nolit, cogendus est.cap.j.c. dilectorum.10. de testibus cogendis. Nouel.90.§. præterea. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aduersus socerum, generum, vitricum, sobrinum, sobrinam, sobrinóve natum, eósve qui priore gradu sunt, & c. quis testimonium perhibere nolit: hoc enim casu inuitus cogendus non est.iiij.quæst.ij. cap.vlt.§.item lege Iulia.l.iiij. ff.de testibus. Altera exceptio est: Nisi aduersus sponsum filiæ, vel sponsæ patrem testimonium ferre nolit.d. cap.vlt.§. cum autem.l.v.ff.d.tit. Tertia exceptio est: Nisi libertus aduersus patronum testimonium perhibere nolit.d. c. vlt.§.liberti aduersus.l.xj.C.de testibus. Quarta exceptio est: Nisi testis senex sit, valetudinarius miles, vel qui cum magistratu abest, aut cui venire non licet. Hæc multiplex exceptio approbatur d.cap.vltim.§.item inuiti. & l.viij. ff. de testibus. Quinta exceptio est: Nisi testis publicanus sit, vel non detrectandi testimonij causa absit, vel quid exercitui præbendum conduxerit.d.cap.vltim.§.publicani.l.xix.ff.d.tit.Sexta exceptio est: Nisi testis pupillus sit.d.§.publicani. versic.sed

nec pu-

nec pupillis.& d.l.xix.in fine. Septima exceptio videtur: Nisi testis in magistratu positus sit. Sed reprobatur d.cap.vlt.§.si res exigit.& l. xxj.§.j.ff. de testibus. Octaua exceptio est: Nisi testis sit de domo aduersarij.d.cap.vlt.§.qui intendit.l. vj.C. de testibus. Nona exceptio est: Nisi testis episcopus sit.xj.quæst.j.cap.testimonium.§.nec honore.l.vij.C. de episcopis & clericis. Decima exceptio est: Nisi testis clericus sit, vel alia ecclesiastica persona.ij.quæst.vj.cap.statutum. versic.& nulla Huius replicatio est: Nisi veritas aliter inuestigari non possit.xiiij.quæst.ij.cap.vlt. Vndecima exceptio videtur: Nisi testis iurauerit. se testimonium non dicturum. Sed reprobatur cap.intimauit.xviij.du testibus.cap.vlt.de testibus cogendis. Duodecima exceptio est: Nisi de alia re interrogetur testis, quàm de qua productus est. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur cap. de testibus.xxix.de testibus. Decimatertia exceptio est: Nisi de crimine testis sit productus.cap.dilectorum.10. versic. præterquam super criminibus.de testi.cogendis. Huius replicatio prima est: Nisi timore aduersæ partis testis perhibere testimonium nolit. cap.super eod.iij.eod.titu. Altera replicatio est: Nisi reus testes malitiose subtraxerit.cap. peruenit.iiij.eod.titu. Tertia replicatio est: Nisi veritas aliter inuestigari non possit. cap. peruenit.v. eod. titu. Quarta replicatio est: Nisi de fama electi inquisitio fiat.cap. super his.viij.eod.titu. Quinta replicatio est: Nisi in falsi causa testis sit productus.d.cap.viij. versic. quàm literis contra eum. & cap. cum contra.ix. eod. titu. Decimaquarta exceptio videtur: Nisi de consanguinitate testis sit productus. Sed reprobatur cap.cæterùm.vj.eo. titu. Hæc de nona regula eiúsque exceptionibus sint dicta: quarum tamen plures vide M.I.C.lib.ij. cap. xix. de producendis testibus.quæst.iij.reg.iij.

X. Regula: De modo cogendi testes per excommunicationem cauetur c.j.in fi.c. cum super.ij. & c. vlt.in fi. de testibus cogendis Hæc de cogendis testibus sint dicta.

MODVS ET ADIVNCTA examinis testium.

X. Regula: De iureiurando à testibus præstando cauetur ij.quæstione iiij.cap. vltim.§. & prius.iij. quæstio.ix. cap. penult.quarta.quæstione secunda, cap. vltim. §.iusiurandi.l. viij. in princip. C. de testibus. Huius regulæ exceptio est:

Nisi

Nisi testis episcopus sit: hic enim iurare non cogitur.xj.q.j. cap.testimonium.§. episcopus. Plures huiusmodi exceptiones vide ĩ.eo.cap.except.xlix.

XII.Regula: De forma iurisiurandi testium cauetur cap.quoties.v.§. probatio. de testibus. Concordant ea quæ habentur ĩ.lib.iiij.cap.de actione ad dissol.matrimon.quæst. iiij.regula v.

XIII. Regula: De testium multitudine refrænanda cauetur c.cum causam.xxxvij.§.volentes.de testibus.

XIIII.Regula:Sigillatim & diligenter testes examinandi.c.venerabili.lij.eod.tit.

XV. Regula: De singulis circunstantiis negocij diligenter inquirendis,cauetur d.c.cum causam.xxxvi:.in princ.

XVI. Regulæ:De testib.humilibus & abiectis torquendis vide s̃.lib.prox.cap.10.in fine.

QVOTIES TESTES PRODUCI POSSINT.

XVII. Regula: Ter possunt testes produci: quartò autem non nisi solemnitate legali interueniente.c.in causis.xv. cap.signficauerunt.xxxvj.c. cum causam.xxxvij.§.fin.c.constitutis.46.& c.vltra lv. de testibus. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi attestationes sint publicatæ: tunc enim iidem vel alij.iterum produci non possunt.Quę exceptio approbatur simul & distinguitur s̃.reg.iiij. Altera exceptio est: Nisi testibus sit renunciatum.c.cum venisset.xxv.§.quæstiones. vers. vel renunciatum. de testibus. Tertia exceptio est: Nisi is qui testes denuò vult producere, attestationes priores penes se habuerit.cap.constitutus xxx.d.tit.Quarta exceptio videtur: Nisi consuetudo sit in contrarium. Sed reprobatur cap.series. xxvj.eod.tit.

EVENTVS EXAMINIS ET consequentia.

XVIII. Regula:Attestationes petentibus partibus publicandæ. Cuius exceptio est: Nisi tertius aliquis eas sibi publicari petat. d.c. constitutus. xxx.

XIX. Regula: Publicatis attestationibus,alij testes produci amplius non possunt. Quæ regula approbatur simul & distinguitur s̃ reg.iiij.

XX. Regula: De testibus reprobatorijs aduersus probatorios testes producendis cauetur cap. præsentium. ij. §. testes

testes etiam: de testibus, in vj.

XXI. Regula: De testibus reprobatorijs aduersus reprobatorios testes producẽdis cauetur d.c.ij. §.si verò dicti.

XXII. Regula: De testibus reprobatoriis reprobatoriorum nō vlterius impugnandis cauetur c.licet. xlix. de testib.

DE EXCEPTIONIBVS.
aduersus testes.

XXIII. Regula: Regulariter quidem testibus fides adhibenda est.iiij.q.ij.cap.vlt.in princ. & §.testium fides.l.iij.in prin.vers.nam si careat.& l.xxj. §.si testes.ff.de testibus. Sed huius regulæ plures sunt exceptiones, desumptæ partim ex personis, partim ex dictis testium, quas publicatis attestationibus ad disputandum proponere licet.c.in causis. xv. in fine. de testibus. Concordant ea quæ proposita sunt s̄.reg. xx. cum duabus sequentibus. Istiusmodi autem exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi non sit sufficiens testium numerus. Quę exceptio approbatur M.I.C.lib. ij.cap.xix.de exceptionibus contra testes, in princ. Regulariter autem duo testes sufficiunt. ij.q. iiij.in princ.c.j.item iiij. q.ij.c.vlt.§.vbi numerus. l.xij.ff.de testib. Cōtradicit d.q.iiij.c.præsul.c.nullam. Quam obiectionem Gratianus in d. c. nullam vers. sed hoc vel speciali, soluit distinguendo.

II. Exceptio: Nisi testis vnicus sit vel singularis.cap.veniẽs.x.§.fin.c.licet.xxiij.c.cum à nobis.xxviij.& c.licet.xlvij. §.nec tamen.de testibus.Apost.canon.lxxiiij.iiij.q.ij.cap.vlt. §.vnius verò.xxxv.quæst.vj.c.vlt.§.quod autem. xxxiij.q. ij. in princ.vers.per vnum hominem. l. xx.ff.de quæstionibus.l. viij. C. de testibus. Exemplum singularitatis testium habetur cap.bonæ memoriæ.xxiij. §. porrò excess. vers. cum etsi quilibet. de electione. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi episcopus testis sit: huius enim vnius testimonium sufficit.xj.q.j.c.omnes. §.testimonium. Altera replicatio est: Nisi iudex de sententia sua testimonium perhibuerit: nam & huic, quamuis vnico, creditur. cap. post cessionem. vij. de probationib. Secus autem obtinet in aliis actis iudicialibus. c.quoniam contra. xj. eod. tit. & c. cum à nobis.xxviij.de testibus. Tertia replicatio est in testimonio Papæ, d.cap.xxviij.in fine.

III. Exceptio: Nisi testis infamis sit notatus & reprehen-

ſibilis, humilis vel abiectus.ij. q. j. cap. in primis. §. ſed & de perſonis.ij.q.iiij.cap.præſul, in fine.q.vij.c. teſtes, in prin. iij. q.v.c.ſuſpectos.c. conſtituimus.iij.q.iiij.c.nulli.iii..q.ij.c.vlt. §.teſtium.§.eos teſtes.vj.q.j.c.quicrimen. verſ.teſtes autem. c.infames, in fine.item De verb.ſignific.cap.forum.x.§.fin.& De teſtibus cogendis cap.præterea.vij §.huiuſmodi. l. iij.in prin.ff.de teſtibus.l.iiij.C. eod.tit. Quod dictum de humilibus & abiectis, replicationem recipit, ſi fuerint torti, per ea quæ propoſita ſunt ŝ. lib.prox.c. x. in fine. Altera propoſitæ exceptionis replicatio quoad reprehéſibiles hæc eſt: Niſi ſe emendauerint. c.teſtimonium.l.iiij.de teſtibus. Cuius duplicatio prima hæc eſt: Niſi emendatum comitetur infamia.d. c.l.iiij.verſ. & eum non comitetur infamia. Altera duplicatio eſt: Niſi periurus ſe emandauerit.d.c.l.iiij.verſ.præterquam pro reatu periurij. Tertia duplicatio eſt: Niſi in criminali cauſa teſtis ſit.d.c.l.iiij.verſ.in criminali autem. Cuius triplicatio eſt: Niſi de crimine ciuiliter agatur.d.cap.l.iiij.verſ.vel etiam cum de crimine ciuiliter agitur. Tertia propoſitæ exceptionis replicatio videtur: Niſi de crimine nondum fuerit condemnatus teſtis. Sed hæc reprobatur d. c.l.iiij.verſ.vel ſi nunc per exceptionem exinde conuincatur. item cap. ſuper eo. xiij. eod.tit. Plura de exceptione propoſita vide M. I. C. libro ij.cap.xix.de exceptionib.contra teſtes, except.iiij.

IIII. Exceptio: Niſi teſtis ſit periurus.iij.q.v.c.conſtituimus.verſ.periuri.vj.q.j.c.quicunque. xxij. q.v.c.paruuli.verſ. & qui ſemel. Huius replicatio eſt: Niſi in cauſa hæreſis teſtis falſum deponẽs, & ita periurus factus, poſtea dicat contrarium: hoc enim caſu ei creditur. cap.accuſatus. viij. §. licet de hæreticis, in vj.

V. Exceptio: Niſi teſtis ſocius criminis de ſe confeſſus vel conuictus ſit. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur ŝ.libro prox.cap.x.quæſt.iij.reg.v.

VI. Exceptio: Niſi teſtis ſit homo litigioſus. iij. q.v.cap. ſuſpectos.verſ. aut facilè litigantes. cap. nullus verſ. nullus frequenter litigans.

VII. Exceptio: Niſi teſtis ob dicendum vel non dicendum teſtimonium pecuniam acceperit.iiij. q. ij.c. placuit. c. vlt.§.lege Iulia, in fine.xiiij.q.v.cap. vlt. §. ſed non ideo item De teſtibus c.j.c.ſicut nobis. ix.& l.iij.§.lege Iulia.ff. eod.tit.

VIII. Exceptio: Niſi teſtis in vinculis ſit, cuſtodiáue publica.d.§.lege Iulia.verſ. quiúe in vinculis.

IX.

IX. Exceptio: Nisi testis publico iudicio reus sit. iiij.q.ij. c.vlt.§.in testimonium.item c.vlt.de testibus. l. xx.ff.eod.tit.

X. Exceptio : Nisi testis iudicio publico damnatus sit. d. q.ij.c.vlt.§.lege Iulia.vers.quiúe iudicio publico. & d.l.iij. §. lege Iulia. Plura de hac exceptione vide s.except.iij.

XI. Exceptio : Nisi testis ob carmē famosum sit damnatus.d.cap.vlt.§.ob carmen.& l.xxj.in prin.ff.de testibus.

XII. Exceptio : Nisi testis hæreticus sit.c.j.de hæreticis. ij.q.vij.cap.non potest.c.si hæreticus. §. orthodoxis.c.testes, in prin.vers.& veræ fidei.iij. q.iiij.cap.beatus. c. si quis verò. iij.q.v.c.suspectos.vers.& qui rectam.vj. q.j.cap. qui crimen. vers. Christum omnino.Apost.canon.lxxiiij.l.xij.C.de hæreticis. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi hæreticus contra hæreticum testis sit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d.l.xij.§.inter se autem.& c.in fidei fauorem.v.de hæreticis,in vj.ij.q.vij.cap.si hæreticus, in prin. Altera replicatio est:Nisi pro orthodoxo hæreticus testimonium ferat. d. cap. si hæreticus. vers. sin autem orthodoxus.Nouell.xlv.§.enimuerò.

XIII. Exceptio: Nisi testis apostata sit vel legis suæ transgressor.d.cap.beatus.& d.cap.si quis verò.

XIIII. Exceptio : Nisi testis de fide dubitet. capit. j. de hæreticis.

XV. Exceptio: Nisi testis sit excōmunicatus vel anathematizatus.c.decernimus.viij.de sent.exc.in vj.iij.q.iiij.c.nullus. Huius replicatio est:Nisi in causa hæresis excommunicatus testimonium perhibeat.c.in fidei.v.de hæreticis,in vj.

XVI. Exceptio : Nisi testis non sit legitimè coniugatus. iij.q.iiij.cap.consanguineorum.

XVII. Exceptio:Nisi testis raptor sit.d.cap. consanguineorum.vers.similiter &c.

XVIII. Exceptio:Nisi testis pauper sit.ij.q.j.c.in primis §.sed & de personis.vers.& ne inopis.iiij.q.ij.c. vlt.§.testium fides.l.iij.in princ.vers.an etiam egenus.ff.de testibus.

XIX. Exceptio : Nisi testis seruus sit.c.forum.x.§.testes autē.de verb. sig.d.l.iij.in prin. Huius replicatio est:Nisi alia probatio desit.iiij.q.ij.c.vlt.§.serui responso.l.vij.ff.de testib. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi pro domino vel cōtra dominū suum seruus testis sit.d.c.vlt.§.serui neque pro domino.l.vij. C.de testib. Concordant ea quæ habentur M.I.C.lib.ij.cap.xix.de exceptionibus contra testes, except. xiij.replic.

xiij.repli.j.dupl.j.Contradicit xij.q.ij.cap.quæstionem.§.fin. Altera duplicatio est: Nisi seruus contra tutorem vel matrem domini testis sit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur d.q.ij.cap. insolitum.

XX. Exceptio: Nisi testis se ad bestias depugnandi gratia locauit.iiij.q.ij.c vltim.§ lege Iulia.l.iij. §.lege Iulia.vers. qui ad bestias.ff.de testibus.

XXI. Exceptio: Nisi mulier testis sit.cap.forum.x.§.testes.vers.natura de verb. signific. Contradicit xv. q.iij. c. ex eo.l.xviij.ff.de testib.item cap.quoniam iij.& cap.tam literis xxxiij. de testibus. Ex quibus patet, exceptionem propositam reprobari magis quàm approbari. Admittitur tamen in testamento, in quo mulier testis esse non potest, vt alibi dicetur:item j.except.prox.

XXII. Exceptio: Nisi mulier testis palàm corpore quæstum faciat.iiij.quæst.ij.cap.vlt.§.lege Iulia.& l.iij.§.lege Iulia.vers.quæue palàm quæstum.ff.de testibus.

XXIII. Exceptio: Nisi testis minor sit ætate.d §.lege Iulia.vers.quiue impubes erit.& d.q.ij.cap.j in fine. Concordat.M.I.C.lib.ij.cap.xix.except.xvij. Contradicit d. q.ij.cap. vltim. §. fin. Cui obiectioni ibidem respondetur vers. sed miracula diuina.

XXIIII. Exceptio: Nisi is qui contra sacerdotem perhibet testimonium, neque liberos neque vxorem habeat.vj. q.j.cap.qui crimen.vers.testes autem.

XXV. Exceptio: Nisi in criminalibus testis sit, qui accusare non potest iiij.q.ij.cap.j.

XXVI. Exceptio: Nisi testis domesticus, familiaris, cognatus vel adfinis sit producentis, vel cui imperari potest, vt testis fiat.d.c.j.vers.vel etiam eos quos ipse.& d. q.ij.cap. vlt. §.etiam ciuili.c item idonei.§.testis:§.testes. item iij. q. v.in princ.cum cap.sequente.c.similiter.vers.vel adfines. cap. accusatores.q.ix.c.absens. vers. nec adfinis.item Ce testibus c. super eo.xxij. & c.in literis.xxiiij.item l. vj.l.ix.l. xxiiij. ff.de testibus.l.ij. C. eod. tit. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi testis productus cōtra producentem, vel alium producentis familiarem testimonium perhibuerit.d.q.v.c.j. vers.sed si voluerint. Altera replicatio est: Nisi testis de vniuersitate pro vniuersitate producatur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proponentur j.except.xlv.replic.j. Tertia replicatio est in consanguinitate probanda, & matrimo-

nio

nio contrahendo, vel disiungendo:his enim casibus admittuntur testes domestici ac familiares. cap. videtur. iij. qui matrimon. accusare possunt. Concordant ea quæ habentur ĵ.lib.iiij.cap.xix quæst.iiii.reg iij.

XXVII. Exceptio: Nisi testis amicus sit producentis. iiij.q.ij.cap.vltim.§.testium l.iij.in princ. vers. vel amicus.ff. de testibus.

XXVIII. Exceptio:Nisi testis sit inimicus eius,aduersus quem testimonium perhibet.ij.q.j.cap.in primis.§.sed & de personis.vers.ne fortè.iij. q. v.in prin.vers.& quod vox. c. accusatores & testes.c.suspectos,in prin.c.omnes,in fine.l.iij. in princip. vers. vel an inimicus. ff.de testibus. Planè pendet exceptio proposita, quemadmodum & aliæ pleræque aduersus testes propositæ,ex arbitrio iudicantis.l. j. §. praterea.ff.de quæstionibus.

XXIX. Exceptio:Nisi testis antea in eundem reum testimonium dixerit. iiij. quæst. ij. cap. placuit. §.fin.l.xxiij.ff. de testibus.

XXX. Exceptio : Nisi plures testes ex eadem domo producti sint. reprobatur d.q.ij.cap.vltim.§.pater.&l.xvij.ff. de testibus.

XXXI. Exceptio: Nisi pater contra filium, vel filius contra patrem testis sit.d.c.vltim. §.parentes.l. v. C. de testibus. Huius replicatio est in causis matrimonialibus per ea quæ paulo superius except.xxvj.in fine annotauimus.

XXXII. Exceptio : Nisi libertus contra patronum testimonium perhibeat.xij.q.ij.c.episcopus. §. fin. item iiij. q. ij.c.vlt. §. liberti.l.xj. C.de testibus.Eadem exceptio obtinet si seruus ecclesiæ ab episcopo manumissus contra ecclesiam testimonium perhibeat.d.c.episcopus. §.huiusmodi autem.

XXXIII. Exceptio: Nisi minor aduersus maiorem testimonium ferat.ij.q.vij. cap. clericus.Concordant ea quæ habentur s̃.lib.pro x.cap.vj.quæst.iiij.except.xj.

XXXIIII. Exceptio:Nisi laicus,vel is qui clericus esse non potest, contra clericum testis sit. c.de cætero. xiiij. de testib.ij.q.vij.cap:beati.§.fin.cum c.sequente.Concordant ea quæ habentur d.q.iiij.excep.xiij.Huius replicatio est in causis electionũ vel ordinationũ, c.tam literis. xxxiij. de testib.

XXXV. Exceptio : Nisi monachus contra clericum testis sit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ d. quæst. iiij. except.xvj.proposita sunt.

XXXVI. Exceptio: Nisi detractor vel actor inimicorum contra episcopum testis sit.iij.q.iiij.c.detractores.

XXXVII. Exceptio: Nisi sacrilegus contra Christianum sit testis.iij.q.iiij.c.nulli.

XXXVIII. Exceptio: Nisi clericus contra laicum testis sit.xj.q.j.c.testimonium,in prin.

XXXIX. Exceptio: Nisi Christianus contra Iudæum testis sit.reprobatur c.Iudæi.xxj.de testibus.Clement.j.eo.tit.

XL. Exceptio: Nisi testis ab eo, eiúsve contra quem testimonium perhibet,parente se liberauerit.iiij.q.ij.cap.vlt.§.lege Iulia.l.iij.§.lege Iulia.ff.de testibus.

XLI. Exceptio: Nisi patronus vel executor causæ in ea testimonium perhibeat.iiij.q.ij.c.vlt.§.patroni.item de testibus c.insuper.vj.item c.vlt.in prin.eo.tit.in vj.&l.vlt.ff.eo.tit. Cõtradicere videtur c.præsentiũ.ij.§.fine iuramen.d.tit.in vj.

XLII. Exceptio: Nisi iudex causæ in ea testimonium perhibeat.ij.q.vj.c.hoc etiam. §. quæritur, cum ca.sequente. iiij.q.iiij.c.j.c.nullus.vers.sed per se.

XLIII. Exceptio: Nisi testis sit domesticus iudicis. d. quæst.iiij.cap.vlt.

XLIIII. Exceptio: Nisi testis negocio non interfuit, vel casu,non rogatus interuenit.iij.q.ix.c.testes, in prin.vers. sub eorum præsentia. & §.de his etiam. item v.q.ij cap.relatum. §. vnde canonica. vers. nec de aliis.Contradicere videtur posteriori parti exceptionis iiij. q.ij.c.vlt.§. ad fidem.& l. xj.ff.de testibus.

XLV. Exceptio: Nisi causa, in qua testimonium perhibetur,testem aliqua parte contingat.d.c.vlt.§.nullus.§.omnibus.l.x.ff.de testibus.l.ix.C.eo.tit.Huius etiam loci est, quòd nemo simul accusator & testis esse possit. iiij. q. iiij. c.j.c.nullus,in prin.Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quis de vniuersitate in causa vniuersitatis testis sit: huius enim testimonium ob id non infirmatur. ca.insuper.vj.& ca. cum nuncius.xij.de testibus.cap.iij.loco v.de probationibus. item xiiij.q.ij.in princ.cum c.sequente. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi causa sit criminalis: in hac enim testes ex vniuersitate pro ea non admittuntur. d. q. ij. in princ. cum c.sequente. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi quæratur de admonitione præmissa denunciationi:hoc enim casu denuncians testis esse potest in propria causa.c. in omni. iiij. de testibus.

XLVI.

XLVI. Exceptio: Nisi testis similem causam habeat.ca. personas.xx.de testibus.

XLVII. Exceptio: Nisi solutio per testes probetur. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur iij. q. ix. cap. testis.§.de his.l.xiiij.C.de testib.

XLVIII. Exceptio: Nisi absente & non citato aduersario testes sint examinati.cap.in nomine.ij.de testibus.ij.q.j. c.in primis.§.deinde causarum.vers si eo præsente.& §.quod autem dicit. Nouell.lxxxx.§.scimus. Plura de hac exceptione vide M. I. C. lib.ij.c.xix.except.xxxiiij.

XLIX. Exceptio: Nisi testis examinatus non iurauerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. reg. xj. Huius exceptionis replicatio prima videtur: Nisi monachus vel religiosus sit testis. Sed reprobatur c.tuis.xxxix.& c. nuper.51.de testibus.Altera replicatio est: Nisi iusiurandum ab aduersario testi fuerit remissum.d.c.xxxix.vers. nisi fortè à parte. Tertia replicatio est; Nisi testis antea etiam in eadem causa examinatus iurauerit: hoc enim casu cum repetitur, denuò iurare non cogitur.c.præterea.vij. in prin. de testibus cogendis. Quarta replicatio est: Nisi testis episcopus sit. De hac replicatione vide s.d.reg.xj.

L. Exceptio: Nisi testis non sit omni exceptione maior. c.j.de testibus.& iiij.q.ij.c.placuit.vers.& vt quique.

LI. Exceptio: Nisi in alio iudicio vel apud alium iudicem testimonium latum sit. Reprobatur hæc exceptio c.causam. xj.& c.constitutus.xxx.§.fin.de testib. Admittitur tamen primùm quidem, si testes producti in summario iudicio, in ordinario iudicio allegentur.c.veniens.xxxviij.eo.tit. Deinde admittitur, si apud arbitrum producti, apud ordinarium allegentur. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur ca. præsentata.50.de testibus.l.xvj.C.eod.tit.

LII. Exceptio: Nisi in scriptis, non viua voce testimonium sit perhibitum. iij.q.ix. ca.testes in prin.iiij.q.ij.c.vlt.§. altera est.v.q.ij.c.relatum.§.vnde canonica. item ca.tua nos. viij.§.si verò publicum.ver.cum non sit.de cohabitat.clerico. c.à nobis.ij. qui matrimo.accusare poss.l.iij.§.idem diuus.ff. de testibus. Huius exceptionis replicatio est, Quòd quamuis scriptum testimonium non probet, faciat tamen præsumptio.d.c.ij.vers.nisi quantum ad præsumptionem.

LIII. Exceptio: Nisi testes variauerint, vel contraria deposuerint. iij. q. ix.c.testes.§.fin.cum c.sequente.iiij.quæst.ij.

cap.vlt.§.in testibus.vers.& ideo.& §.qui falsò vel variè.item l.ij.ff.de testibus. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non vnus sibi ipsi contradixerit, sed ex pluribus alij aliud deposuerint:tunc enim credendum est vel maiori parti,vel quod verisimilius est.d.c.vlt.in prin.& c.in nostra.xxxij. de testib.l.xxj.§.si testes.ff.eod.tit. Altera replicatio est: Nisi in continenti testis se correxerit.ca.prætereа. vij. §.fin.de testibus cogendis. Tertia replicatio est: Nisi diuersitas sit in verbis,non in rebus:seu ad idem tendat.ca.nihil.vij.de verb. signif.Quarta replicatio est:Nisi in causa hæresis testis,quod antea negauerat, postea confiteatur.c.accusatus.viij.§.licet. de hæreticis,in vj. Quinta replicatio est: Nisi vtrumque verum esse possit diuerso respectu. Approbatur exemplo. cap. cum tu fili. xvj. de testibus. Plura de proposita exceptione M. I. C. lib.ij.cap.xix.except.xxxviij. item in glos. iiij.quæst. ij.cap.vlt.in princ.

LIIII. Exceptio: Nisi de alia re, quàm de qua productus est,testimonium perhibuerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c.de testibus.xxix.de testibus.

LV. Exceptio: Nisi testis in dicendo testimonio aliquid adfinxerit.iij.q.ix.c.pura.

LVI. Exceptio: Nisi testis rationem dicti sui nullam adiecerit.iiij.q.ij.c.vlt.§.solam.l.iij.C.de testibus.

LVII. Exceptio: Nisi de auditu testis deponat. cap.prætereа.xxvij.& c.tam literis. xxxiij.in prin.vers.nisi de auditu. de testibus.ij.q.j.c.in primis.§.sed & de personis. vers. vtrum testimonium.iij.q.ix.c.testes, in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi testimonium de auditu aliis argumentis adiuuetur.d.cap.prætereа. xvvij. vers.vel etiam de auditu. Altera replicatio est: Nisi de antiquis deponatur. Approbatur exemplo xxxv.q.vj.c.de parentela illa.& ibi glo. in verbo Audisti. item c.licet. xlvij. de testibus. Vbi additur conditio, sub qua replicatio proposita sit admittenda: scilicet, si ij, à quibus se audiuisse dicit, essent ad testimonium perhibendum sufficientes,minimè suspecti,&c.

LVIII. Exceptio: Nisi is qui testimonio vtitur, antea fuerit protestatus, se contra personas testium recepturum esse.c.præsentium.xxxj.in fine.de testibus.

REPLICATIONES PRÆCEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALES.

Hactenus exceptiones aduersus testes eorúmque dicta enume-

enumerauimus, quarum tamen plures ex arbitrio iudicis pendent: sed & prædictæ exceptiones admittunt replicationes ex arbitrio iudicis pendentes. iiij.q.ij.c.vlt.§. in testibus. l.iij.§.j.ff.de testibus.l.j.§.præterea.ff.de quæstionibus. Planè istarum exceptionũ replicatio generalis hæc est: Nisi is qui contra personam testis excipit, antea eodem teste in alia causa sit vsus: hoc enim casu exceptiones illæ aduersus personam testis sunt denegandæ. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d.c.vlt.§.si quis testibus.l.xiij.C. de testibus. Altera dictarum exceptionum replicatio generalis hæc est: Nisi post publicationem attestationum aduersus personas testium excipere velit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur ca.præsentium.xxxj.de testibus. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi iuramentum malitiæ præstiterit.d.ca.xxj.vers.ei tunc tandem id liceat. Altera duplicatio est: Nisi ante publicationem de exceptionibus aduersus personas testium opponendis fuerit protestatus. d. cap. xxxj. vers. nisi forsan ante publicationem id fuerit protestatus. Tertia duplicatio est: Nisi post publicationem primùm scire cœperit, quod personis testium obiicit. d.c.xxxj. vers.vel ostendere poterit, quòd post publicationem. Hactenus de testibus.

DE CONFESSIS ET INTERrogationibus in iure faciendis.

Cap. XV.

DE CONFESSIONE, ET actione exinde descendente.

Prima regula: Confessus pro iudicato habetur, datúrque aduersus eum ex sua ipsius confessione actio, per ea quæ habentur M. I. C. lib.ij. cap.xx.in princ. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi vi coactus confessus sit. Quæ exceptio approbatur exemplo xxxj.q.ij.c.vlt.§. præterea vos scire. Concordant ea quæ habentur s.lib.proxim.cap.x.reg.vij. Altera exceptio est: Nisi per errorem & ignorantiam sit confessus. cap. ex parte.iij.de confessis. cap. cum causam.lxij.de appellationibus. cap. si aduersus. §. fin. de restitut. in integrum, in vj. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi negotium sit finitum: tunc enim ratione erroneæ con-

fessionis causa retractanda non est. Quæ replicatio elicitur ex d.§.fin.ibi:donec negotium sit finitum.Concordat d.c.ex parte.iij.vers.cum negocio. Plures propositæ exceptionis replicationes vide M. I. C. d. cap.xx.except.viij. Tertia exceptio est: Nisi apud non competentem iudicem facta sit confessio. cap.at si clerici. iiij. de iudiciis. Quarta exceptio est: Nisi confessus eodem die confessionem reuocauerit. cap.cum causam.lxij.de appellationib.l.xj.§. fin. ff. de interrogat.in iure faciendis. Quinta exceptio est: Nisi aduersus confessionem in integrum restitutio petatur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c.si aduersus.ij. de restitut. in integr.in vj.Sexta exceptio videtur: Nisi incidenter, non principaliter, de eo quod confessus est, quæstio fuerit. Sed reprobatur c.cum super.ij.& ibi glossa.de confessis.Septima exceptio videtur: Nisi confessus antea non fuerit diffamatus. Sed reprobatur c.j.de accusationibus, in vj. Octaua exceptio videtur: Nisi articuli accusationis vel inquisitionis confesso non fuerint traditi.Sed reprobatur d.c.j.in fine:Plures huiusmodi exceptiones, sed & alia plura de actione proposita vide M.I.C.d.cap.xx.

DE INTERROGATIONIBVS in iure faciendis

I I. Regula:Si in iure interrogatus non responderit,in solidum tenetur.c.si post.ij.de cõfessis,in vj.l.xj.§.qui tacuit.ff. de interrogat. in iure faciendis. Huius exceptio prima est: Nisi interrogatus absens sit.d. c.ij. vers. verum si antequam. Altera exceptio videtur: Nisi positio, ad quam respondere iussus est,sit negatiua.Sed reprobatur.cap.j. d.tit.

REPLICATIO GENERALIS.

Plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C.d.c.xx. de interrogat.quæst. vj. reg. j. Quarum replicatio generalis hæc est: Nisi articuli sint à Papa transmissi: tunc enim sine omni contradictione ad eos est respondendum. cap. præsentium.2.§.præterea sigillatim.& ibi glossa.de testibus,in vj.

I I I. Regula:Si interrogatus obscurè, vel non ad interrogata responderit: æquè in solidũ tenetur.d.§.præterea sigillatim,in verbo Sufficienter. Concordat M. I. C. d. reg.j. excep.xiiij.Plura de interrogationibus vide M.I.C.d.cap.xx.

DE

DE IVREIVRANDO.

Cap. XVI.

PRIMA regula: Iurandum regulariter quidem non est. xxij.quæst.j.in prin.xxij.quæst.iiij.cap. non peierabis,in prin.vsque ad §.malum tamen.q.v.cap.iuramenti. Ratio regulæ habetur d.q.j.c.in nouo.c.ita ergo.c.non est. Alia ratio habetur d.q.j.c.considera.& c. & iurabunt. Ex quibus patet, propositam regulam non carere exceptionibus:quod etiam innuitur d.q.j.c. non est contra.c.vt noueritis. item De iureiurando c.etsi Christus.xxvj. Quibus concordant etiam ea quæ habentur ĵ.lib.iiij.cap.vj.q.vij.regu.ij. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aliter fides fieri, vel probari non possit quod iuratur.d.cap.xxvj. versi.ne propter defectum testium.item xxij.q.j.c.j.in fine.c.ita ergo.versi.nisi necessitas.c.tu malum.cap.si peccatum. Altera exceptio est: Nisi testis iuret pro dicenda veritate.d.c.j.versic.omne enim quod. Tertia exceptio est: Nisi pro asserenda innocẽtia sua quis iuret.xxij.q.j.in princ.§.sed aliud. Quarta exceptio est: Nisi pro pace seruanda iuretur.d.§.sed aliud.uersi.vel ad fœdera.& d.quæst.j.cap.j. Quinta exceptio est:Nisi pro fide catholica persuadenda iuretur.d.§. sed aliud.versic.vel ad persuadendum.& d.quæst.j.cap. si peccatum.

II. Regula:Recipere ab aliquo iusiurandum,malum non est.xxij.quęst.j.c.si peccatum.§.ex præmissis.Concordant ea quæ habentur ĵ.reg.10.

III. Regula: Si deficiente probatione iusiurandum delatum sit: is cui delatum est, aut iurare debet, aut causa cadere,per ea quæ habentur M.I.C.lib.ij.c.xxj.q.ij.in prin.Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pupillo iusiurandum delatum sit.xxij.q.v.c.paruuli.c.pueri,in prin.& ca. honestum, in fine. item.l.xxxiiij.§. pupillo.ff. de iureiurando. Altera exceptio est: Nisi is cui iusiurandum delatum est, illud deferenti referat. Quæ exceptio approbatur M.I.C.d.q. quæst.ij.except.xj. Cuius replicatio prima est: Nisi famosa actione agatur:hoc enim casu iusiurandũ referri non potest. ca.vlt.§.nec liceat.de iureiur.Concordat c.except.xj.repl.iij. Altera replicatio est:Nisi non aduersarius,sed iudex iusiurãdum detulerit.d.c.vlt.in prin.Plures replicationes vide d.except.xj. Sed & plures exceptiones vide M.I.C.d.quæst.ij.

IIII. Regula. Ieiunus iurare debet.xxij.q.v.c. honestũ.

V. Regula:

V. Regula: In diebus ieiunij quatuor temporum, & Dominicis, & aliis quibusdam diebus non iurandum.d.c.honestum.§ fin.cum cap.sequente.

VI. Regula: Per Deum, non per creaturas iurandum est xxij.quæst.j.cap.& iurabunt.cap. considera.c.clericum.cap.si quis per cap. mouet te.§.sicut etiam.

VII. Regula. Per dæmonia & falsos Deos non est iurandum.d.cap.mouet te,in princ.

VIII. Regula: De pœna illicitè vel sine causa iurantis cauetur xxij.quæst.j.cap. si quis per capillum.q.iiij. cap. qui sacramento.& cap.necesse.

DE PERIVRIO.

IX. Regula: Si non præstetur, vel falsum est quod est iuratum, periurium committitur & vindicatur.d. cap. mouet te,in prin.item xxij.quæst.ij. cap. animaduertendum.§.cum ergo. Declaratur regula proposita, definitione periurij d.q. ij.in prin.cum.c.sequente.& d.c.animaduertẽdum.§.j. Huius species enumerantur d.cap. animaduertendum, in princ. & xxij.quæst.iiij.cap. vlti.§. quod autem illicitum. versic.iuramentum nanque. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi illicitum fuerit iusiurandum, vel contra bonos mores.c. cum quidam.xij.§.illi verò.c.sicut.xiij.c.quãto.xviij.§.super quo vers.si falsam, & c.intellecto. xxxiij.de iureiur.c.vlt.§.si. de pactis.c.non est.lviij.de reg.iur. in vj.xxij. q.iij.c.vnico,in si.cum q.iiij.sequente,in prin.vsque ad cap. qui sacramento. item c.non est.c.non peierabis.§.malum.c.si aliquid.c.si quis præuentus.c.mulier,in prin.& §.si autem propterea,cum ca. sequen.Vide item j.lib.v.c.vij.reg.j.except.iij. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi non seruãdo iusiurandum illicitum in aliud malum transeatur, non in bonũ redeatur: tunc enim non seruando iusiurandum, quam illicitum, pœna periurij committitur.c.cap.si quis præuentus. §.fin.cum cap.sequente.& d.c. mulier,in prin.versi.sed si nec adultero. & §.ex his itaque. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi dum iurauit, illicitum iusiurandum esse ignorauit.d.c.quanto.xviij.§ si verò legitimam. & d.q.iiij.c. innocens,in princ. vsque ad §.quod autem illicitum. Huius duplicatio est: Nisi in iure, non in facto iurans errauit.d.cap. innocens.ver.non ex ignorantia iuris,sed facti. Tertia replicatio est: Nisi id quod iuratur, non sui natura sit vitiosum, sed pro

ſed propter perſonam iurantis, vel ſimilem circunſtantiam. d.c.innocens.§.iuramentum itaque. Quarta replicatio eſt: Niſi quis temerè id iurauit, quo nec corporalis nec ſpiritualis ſalus adimitur. Quæ replicatio approbatur ſimul & declaratur d.cap. innocens.§. ex modo. Quinta replicatio eſt: Niſi relaxatio iuramenti illiciti non fuerit petita vel impetrata. Quæ replicatio videtur approbari per ea quæ habentur j.lib.iiij.cap.10.de iureiurando,reg.j.in prin.Hæc de prima exceptione: de qua tamen vide plura j.d.lib.v.de pactis. Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi cum generaliter iuraſſet, caſus ſpecialis extet à lege exceptus: in hoc enim iuramentum non ſeruans periurium non committit c.ad noſtram.xxj.de iureiurando. Tertia exceptio eſt: Niſi iudex, à quo appellatum eſt, iurauerit de ſententia intra certum tempus exequenda.hoc enim iuramentum in præiudicium ſuperioris non valet: ideóque à pœna periurij qui iurauit excuſatur.c.venientes.xix.eo.tit.Quarta exceptio videtur:Niſi de eo quod iurauit, conuentus vt præſtet, appellauerit. Sed probatur c.breui.xvij.eod.tit.Quinta exceptio videtur:Niſi in communi loquela peierauit. Sed reprobatur xxij.q.j.cap. habemus. Sexta exceptio eſt: Niſi cum quis generaliter iuraſſet, ſe facturum quidquid ſibi fuerit mandatum: id mandatum ſit de quo ſi admonitus eſſet, veriſimiliter non fuiſſet iuraturus. Approbatur exemplo cap.veniens.xvj.de iureiurando. Septima exceptio: Niſi id quod iurauit, ex iuſta vel neceſſaria cauſa non præſtet. cap. ex parte.xiij. de clericis non reſidentib.xxj.q.ij.c.beatus.c.vlt.§. probatur hoc etiam l.vlt.ff.qui ſatiſdare cogant.l.xxxviij.in prin.ff.ad municipalem. Octaua exceptio: Niſi ſine dolo malo falſum iurauit, vel verum eſſe putauit.xxij.quæſt.ij.cap.animaduertendum. §.ſed aliud.cap.homines.c. is.autem.cap. beatus.§.ille ergo. c.vlt.§. epiſcopus verò. Nona exceptio videtur: Niſi verbis fraudem adhibuit, vt cum non iuraſſet, putaretur tamen iuraſſe, vel ſecundum verba nō peierauit. Sed reprobatur xxij. q.v.cap.hoc videtur.§.fin.cum c.ſequen.c.ecce dico. Contradicit d.q.v.c.humanæ. Cui obiectioni reſpondet Gratianus d.q.v.c.qui peierare.§.ex his omnibus. Decima exceptio eſt: Niſi iurans mentem iniuratam retinuerit. Quæ exceptio videtur approbari d.c.humanæ. Vndecima exceptio videtur: Niſi quis ſuper lapidem iurauerit. Sed reprobatur d.ca.ecce dico.& d.c.humanæ.§.item obiicitur, qui iurat. Duodecima exceptio:

exceptio: Nisi nondum iurauerit. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio est: Nisi paratus fuit peierare.d.cap.qui peierare,in prin. Decimatertia exceptio: Nisi aliquid promiserit sub eo iuramento,quod antea de alia re præstiterat:hoc enim casu periurij pœna non committitur,quamuis non præstetur promissum,exemplo c.clericus.xxxv.de iureiurando. Decimaquarta exceptio: Nisi filiifamiliâs iuramentum pater reuocauerit.d. q.v .cap.pueri. §.puella. Hęc de nona regula eiúsque exceptionib. sint dicta. Plures exceptiones vide j.lib.v.cap.vij.reg.j.

ADVERSVS QVOS PERIVRII VEL illiciti iuramenti accusatio competat?

X. Regula: De eo qui recipit iusiurandum illicitum, vel ex quo periurium commissum est. Hic non videtur peccare: ideóque non tenetur.xxij.quæst.j.c.si peccatum.§.fi.cum c.sequente. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi sciés eum peierare, iuramentum ab eo exegerit.xxij.q.v.c.ille qui.& c. qui exigit. Altera exceptio est: Nisi per falsos deos sibi iurari faciat.xxij.quæst.j.c.mouet te. Tertia exceptio est: Nisi ad illicitum iusiurandum aliquem coegerit.xxij. q.iiij.cap. inter cætera.§.qui verò eum.

XI. Regula, De eo qui aliquem coegit, vt faceret contra iusiurandum. Hic quoque periurij reus est.xxij.quæst.v. in princ. cum cap. sequente.c. si quis conuictus.cap. hoc videtur.§.penult.

XII. Regula, De eo qui audit peierantem, & tacet. Hic quoque peccat.d.c.si quis conuictus.§.fi.cum c.sequente.

XIII. Regula, De eo qui periurio consensit. Hic quoque punitur.d.ca.si quis conuictus. versi.ij. verò qui.

QVID VENIAT, SEV DE POENA periurij & illiciti iuramenti.

XIIII. Regula: De excommunicatione cauetur xxij. quæ.j.ca.vlti.& d.si quis conuictus, in prin. & d.q.v.c.paruuli.versi.& qui semel.& cap.si quis laicus.

XV. Regula: Clericus periurium committens deponitur.c.si quis laicus.versic.episcopus, præsbyter.item c.querelam.10.& cap.tua nos.xj.in fine.de iureiurando.

XVI. Regula: Episcopus periuriũ committens grauius est puniendus.c.cum quidam.xij.in princ.d.tit. de iureiuran.

XVII. Reg

XVII. Regula: Quanto sanctius est id per quod iuratur, tanto maius est periurium. xxij.quæst.j.cap.mouet te. §.penult.

XVIII. Regula: De pœnitentia peierantis cauetur vj. quæst.j.cap.quicunque. Hæc de periurij & illiciti iurisiurandi accusatione. Nunc de actione exceptionéque ex delato iureiurando orta dicendum est.

DE ACTIONE ET EXceptione iurisiurandi.

XIX. Regula: Si delato vel relato iureiurando iuratum sit: iuranti ex eo iureiurando tam actio quàm exceptio datur M.I.C.lib.ij.cap.xxij quæst.j.causa j.

XX. Regula: Si delato iureiurando illud remissum sit, perinde ei, cui remissum est, iurisiurandi actio & exceptio datur, ac si iurasset.d.quæst.j.causa ij.

XXI. Regula: Si delato vel relato iureiurando, is cui delatum vel relatum est, iurare noluerit: deferenti vel referenti hoc casu actio & exceptio datur, per ea quæ habentur d.q.j. causa iij. Cuius exceptio hæc est: Nisi is cui defertur iusiurandum, suam intentionem satis probauerit.cap. sicut.ij.de probationibus.

EXCEPTIONES TRIVM PRÆcedentium regularum generales.

Planè habent regulæ tres iam propositæ suas exceptiones communes: quarum prima hæc est: Nisi alius, quàm is cui iusiurandum obiicitur, illud detulerit.d.q j.except. generali vj. Cuius replicatio prima est: Nisi procurator eius cui obiicitur, iusiurandum detulerit. Quæ replicatio approbatur certis conditionibus cap. qui ad agendum.iiij.§.fina. de procuratorib.in vj. Plura de hac replicatione vide d.except. vj.replic. ij. Altera replicatio est: Nisi iudex iusiurandum detulerit. cap. ex literis. xxxij. & cap.vlti.§. fina. de iureiurando. Huius replicationis duplicatio est: Nisi causa nondum cognita iudex iusiurandum detulerit. Quæ duplicatio videtur approbari cap.vlti.§.fin. de testibus, in vj. Plures huiusmodi replicationes vide d.except.vj. Sed & plures propositarum regularum exceptiones, necnon plures regulas de actione & exceptione & exceptione iurisiurandi vide d. cap.vij. Hæc de iureiurando sint dicta.

DE

DE ORDINE COGNITIONUM, & officio iudicis.
Cap. XVII.

QVO ORDINE QVODQVE sit cognoscendum?

PRIMA regula: Prius de possessione, quàm de proprietate, vel alio iure, quod quis in re sibi vendicat, cognoscendum. cap. ad vltimum. ij. de causa possessionis. Concordat M.I.C. libr. ij. cap. xxiij. in princ. reg. ij. Huius regulæ exceptio prima hęc est: Nisi petitorium cum possessorio sit cumulatum: tunc enim iudex in vtroque simul procedere, & sententiam ferre potest, exemplo. cap. cum ecclesia. iij. &. c. cum super. iiij. c. cum dilectis. vj. d. tit. Altera exceptio est: Nisi petitorio & possessorio apud diuersos iudices pendente, possessorium intra biennium non fuerit finitum. extrauag. com. j. §. præterea quia de treuga & pace.

II. Regula: Si duæ causæ in iudicium deducantur, quarum alteri per alteram futurum est præiudicium, maior causa ante minorem est expedienda, exemplo iij. quæst. xj. cap. vlt. in prin. l. j. C. qui accusare non possunt. &. l. vlt. C. de ordine cognit. Plura de hac regula vide. M. I. C. d. cap. xxiij. quæstione. j. reg. iij.

III. Regula: Præiudicialis causa, quæ cum alia concurrit, prius est terminanda, exemplo. d. cap. vlt. §. de hæreditate. §. si criminen. §. qui confitetur. item. l. ij. iij. &. iiij. C. de ordine cognitionum. Concordat item M. I. C. d. quæst. j. reg. vj.

IIII. Regula: Prius de exceptione cognoscendum, quàm de actione pronuncietur. exemplo. cap. literas tuas. xiij. §. secunda verò assertio. de restitut. spoliator. ca. j. cum duob. sequentibus. de ordine cognitionum. cap. exhibita. xviiij. de iudiciis.

DE ALIIS OFFICIIS IVDICIS in iudicando.

V. Regula: De qualitate causæ plena inquisitione discutienda cauetur ij. quæst. j. cap. in primis. xxx. quæst. v. ca. vlt. in prin. & l. ix. C. de iudiciis.

VI. Regula: Non exemplis iudicandum, sed legibus. dist. ix. c. vlt. in prin. l. xv. C. de sententiis.

VII. Reg-

VII Regula: Ne secundum acclamationem populi sententia feratur, cauetur c.ad audientiam. iij. de consuetudine. Concordant s.lib prox.cap.x.quæst.iij reg.vj.

VIII. Regula: Ne affectibus indulgeat iudex. cauetur iij.q.vij.c.iudicet.§.iudicet ille.v.q.ij.c.relatum.§ fin.xj.q.iij. c.iudicare.c.ira, vsque ad c.qui rectè.& d.q.iij.c.ira sæpe.ca. cum apud.cap.summopere.c. pauper.c.quatuor,cum cap.sequente.c.plerunque. item xxiij.q. iiij. cap. est iniusta.cap.ne amisso.cap.ea vindicta.§.sed huic vindictæ.q.v.cap. prodest. §.nihil cupiditate. item De re iudicata, in vj.cap.j. Planè quatenus homo,ei miserendum: quatenus peccator est puniendus. xxiij.quest iiij. c.duo ista.

IX. Regula: Ne præmium pro sententia accipiat, cauetur xj.q.iij.cap. qui rectè. c.non licet. &.xiiij.q. v. c. vlt.§.sed non ideo.Concordant ea quæ habentur s.c.ij.q.iij.reg.j

X. Regula: Ne respectum personarum habeat iudex,cauetur c.in iudiciis.xij.de reg.iuris,in vj.

XI. Regula:De transactione inter partes tentanda cauetur cap. vlt.de transactionibus.

XII. Regula: De actis iudicij conscribendis & aliis,dictum s.cap.j.quæst.v.

DE REBVS DVBIIS ET obscuris officia iudicis.

XIII. Regula: Ne aliter iudicet, quàm legibus cautum est,cauetur iij.q.vij.c.iudicet.§.bonus iudex xj.q. iij. c. summoperè.§.fin.Instit.de officio iudicis,in prin.l.j.§.sed etsi. ff. ad l.Cornel.de falsis.Nouell.lxxxij.§.omnis denique. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi lex deficiat: tunc enim causa relinquitur arbitrio iudicantis.xiij.q.ij.c.vnaquæq;.§. fin.Concordant ea quæ habentur s.lib.prox.cap.vij.quæst.ij. reg. iij. Altera exceptio est: Nisi causæ sint clericorum: hæ enim non secundum leges,sed secundum canones definiendæ.c quod clericis. ix. de foro competenti.Plura de hac exceptione vide s.lib.prox.cap.ij.except xiij.

XIIII. Regula: In ambiguo pacto contra eum qui legem apertius dicere potuit,interpretatio facienda. c.contra eum.lvij.de reg.iuris,in vj.l.cxxxij.in prin.ff.de reg.iuris.

XV. Regula: In re dubia potius reo quàm actori fauendum.cap.cum sunt.xj.& c.in pari.lxv.de reg.iuris,in vj. c. ex literis.iij.§. quod si ambarum. de probationibus capit. inter

dilectos.vj.§.fi.de fide instrum. Concordant item ea quæ habentur M.I.C. libro ij.cap.vj.in prin. reg.ij. Planè propositæ regulę exceptio est in causa liberali,d.§.quod si ambarũ.ver. præterquam in liberali causa. Concordant ea quæ habentur M.I.C.lib.ij.cap.xxiiij.reg.xxij.

XVI. Regula:In obscuris quod minimum est sequimur. c.in obscuris.xxx.de reg.iuris,in vj. Cuius exemplum habetur cap.ex parte. xviij. de censibus. Concordant ea quæ habentur M.I.C.d.cap.xxiiij.reg.xx.

XVII. Regula:In dubiis benignior sententia præferenda.ca.estote.ij.de reg.iuris. Concordant M. I.C.d. cap.xxiiij reg.xxiiij.& reg.xxv.

XVIII. Regula : Odia restringenda, fauores sunt ampliandi.cap.odia.xv.de reg.iuris,in vj.

XIX. Regula:In obscuris quod verisimilius est,aut quod plerunque fieri solet,sequendum.cap.inspicimus xlv.d.tit.

XX. Regula: In pœnis benignior interpretatio est facienda.cap. in pœnis. xlix.d.tit. Cuius exemplum habetur.c. ex literis.xj.de constitutionibus.

XXI. Regula : Si quibusdam specialiter enumeratis generalis clausula subiiciatur:ea intelligenda est de paribus & minoribus, non de maioribus quàm sunt species enumeratæ.cap.sedes xv.de rescriptis. Clement. non potest.ij.de procuratoribus.

XXII. Regula : Non ordo scripturæ spectandus,sed ex iure communi interpretatio sumenda.cap.causam. xviij.de rescriptis. l. v.cum l.sequente.ff.de solutionib. Plures huiusmodi regulas vide M.I.C.d.cap.xxiiij.

DE RELATIONIBVS ET CAVsis dubiis ad superiorem iudicem remittendis.

XXIII. Regula: In causis dubiis Papa consulendus est.vj.q.iij.cap.denique.vers.quod si qualibet. distinct. xx.c. de libellis.vers.nam si tale.

XXIIII. Regula: Ad quos sit recurrendum, si sacræ scripturæ authoritas desit,definitur d.distinct.xx.cap.vlt.

XXV. Regula:De consultationis exemplo litigatoribus ante relationem edendo cauetur cap. intimasti.lxviij.de appellationibus.l.j.§.fin.cum l.sequente.C.de relationibus.

XXVI. Regula : Ne relatione pendente iudex pronunciet, vel aliquid innouet, cauetur cap. licet. v.de officio legati.

gati.ij.q.j.c.nomen.verſ.quod nec in negociis. d.l.j.in princ. & l.xxxiiij.in princ.ver..non prius.C.de appellationibus.

XXVII. Regula: Relatione facta & reſponſo accepto, ſententiáque exinde lata, appellatio denegatur.ij.q.vj.c.biduum. §. fin.l.vlt.ff.quando appellandum ſit.Plura de regula propoſita vide M.I.C.libro ij.cap.xxv.quæſt.iij.reg.v.

DE SENTENTIA FORmanda ac pronuncianda.

XXVIII. Regula:Contra epiſcopum inconſulto Papa non eſt ferenda ſententia.iij.quæſt. vj.cap. accuſatus,in fine, cum capit. ſequente. Concordat j̄.libro proxim. capit. viij. quæſt.x.reg.x.

XXIX. Regula:De ſententia non præcipitanda cauetur xj.q.iij.c.ſummopere.Concordat M. I. C.lib. ij.c. xxvj.reg.j.

XXX. Regula: De ſententia ab ipſo iudice ſedente recitanda cauetur cap.vlt.§.fin.de re iudicata, in vj.Huius exceptio eſt in epiſcopo iudice d.c.vlt.in princ. Plura de regula propoſita vide M.I.C.d.cap.xxvj.reg.xj.

XXXI. Regula: De ſententia in plurali, non ſingulari numero proferenda,cauetur c.cum ab vno.iiij.d.tit.

XXXII. Regula:De ſententia ex ſcripto recitanda cauetur ij.q.j.cap. in primis.§.ſed & de perſonis.verſ.ſi ſcriptis iudicatum.& §.fin. cum c.ſequente.cap. legum.l.vltim. C.de ſentent. ex breuiculo recitandis. Huius exceptio: Niſi epiſcopus in cauſa clerici ſententiam ferat. xj. quæſt. j.c. ſi quis cum clerico.Nouell.lxxxiij.§.vbi autem dirimere.

XXXIII. Regula: De ſententiis expulſorum epiſcoporum ab aliis epiſcopis in ſuis diœceſibus publicandis cauetur Clement.j.§.penult.de foro competenti.

XXXIIII. Regula:Sententia lata,ceſſat officium iudicis. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur s̄. libro prox. cap. v.de iuriſdictione, reg. j. except. xviij. Plures huiuſmodi regulas vide M.I.C.d.cap.xxvj.

DE APPELLATIONIBVS. Cap. XVIII.

HActenus actus iudiciales tractauimus, tam eos qui litis conteſtationem præcedunt, quàm eos qui eam ſequuntur. Nunc de euentis & conſequentibus iudiciorum

agendū est: inter quæ primū locum obtinent appellationes.
I. VSVS appellationis habetur ij.q. vj.in princ. cum cap. sequente.l.j.in prin ff.de appellationibus.

II. CAVSA EX QVA APPELLATIO CONCEDENDA, CUM SUIS EXCEPTIONIBUS.

Si quis se per sententiam grauatum, vel non rectè iudicatum esse conqueratur: regulariter quidem licet illi appellare,vt ex iam propositis constat. Quibus concordat Nouell. lxxxij. §. nam si per prouocationem. Cuius tamen regulæ plures sunt exceptiones.

I. Exceptio: Nisi ex compromisso arbiter sumptus pronunciauerit.Quæ exceptio approbatur,declaratur atque distinguitur ij.q.vj.c.à iudicibus,cum c.sequente.c.si quis episcopus. §.arbitrarij tantum. Huius replicatio prima est:Nisi in ordinarium vel delegatum iudicem sit compromissum. d.c.à iudicibus.vers.ab his etsi vt arbitrarij.Altera replicatio est: Nisi non omnes,in quos est compromissum, iudicauerint. d.q.vj.c. sanè si ex consensu partium. Tertia replicatio est:Nisi non spontè,sed iure cogente in arbitros sit compromissum cap.ab arbitris.xj.de officio delegati,in vj. l.xxiij.in prin.ff.de appellationibus,& l. xvj.in fine.C.de iudiciis.Plura de exceptione proposita vide M.I.C.libro ij.cap.xl.quæst. j.except.xxj.

II. Exceptio: Nisi episcopus pronunciauerit. xj. quæst.j. cap.omnes itaque,in prin.

III. Exceptio:Nisi primas regionis iudicauerit.vj.q.iiij. cap.si inter.§.fin.

IIII. Exceptio:Nisi communi consensu comprouincialium episcoporum sententia sit lata. d. quæst. iiij. c. metropolitanus,cum cap.sequente.Aliam tamen horum canonum interpretationem adfert Gratianus ibidem vers.sub intelligendum est.

V. Exceptio:Nisi ab auditore seu subdelegato prouocetur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c.super xxvij.§.verùm cum totam.& §.eius ergo.de officio delegati.

VI. Exceptio: Nisi causa in qua pronunciatum est, exigua sit. Hæc reprobatur cap. de appellationibus. xj. de appellationibus l.xx.C.eod. tit.

VII. Exceptio: Nisi officialis à suo iudice ob malè gestum

stum officium fuerit condemnatus. ij.q.vj.c. ei qui appellat §.nulli quoque.l.iij.C.quorum appellat.non recipiantur.

VIII. Exceptio:Nisi in causa criminali sententia fuerit lata.reprobatur d.q.vj.c.liceat.item. c. cum sit Romana.v. §. fin.de appellationibus. Concordat M. I. C.lib.ij.cap.xxvij.q. ij. except.xij.

IX. Exceptio : Nisi ab executore appelletur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c.nouit ille xliij.de appellationib.c.quod ad consultationem.xv.§.fin.de re iudicata.ij.q.vj.c.vlt.l.v.in prin. C. quorũ appellationes nõ recipiãtur. Plura de hac exceptione vide M. I. C.d.q.ij.except.xiij.

X. Exceptio : Nisi per appellationẽ impediatur,ne testamentum aperiatur, vel ne scriptus hæres in possessionem mittatur.d.cap.vlt.§.si quis etiam ausus.& l.vj.C.d.tit.

XI. Exceptio : Nisi contra id quod perpetuo edicto decretum est,appelletur. c. consuluit. xxix. de appellationib. l. vij.§.penult.ff.de appellationibus recipiendis.

XII. Exceptio : Nisi contra regularem disciplinam, seu correctionem appellatio fiat. cap. ad nostram.iij.cap.reprehensibilis.xxvj.§. nec subiecti. & §. fin. cap. quia nos xxxij. de appellationibus.

XIII. Exceptio : Nisi in causa momentaneæ possessionis fuerit appellatum.ij.q.vj.c.vlt.§.de possessione.l. vnica.C. si de momentanea possessione.

XIIII. Exceptio : Nisi in causa fisci vel tributariæ functionis fuerit appellatum d.cap.vlt. §. quoties etiam.l.iiij.C. quorum appellat.non recipiantur.

XV. Exceptio:Nisi à sententia interdicti appelletur. cap. ad hoc xxxvij.de appellationibus.

XVI. Exceptio:Nisi ante sententiam definitiuam fuerit appellatum.l.vj.§.super his.C. de appellationib.l.vij. C. quorum appellat.non recipiantur. Cuius exemplum est ij.q.vj. cap.non solent. §. fin.l.iiij.ff.de appellationibus recipiendis. Huius exceptionis replicatio prima hæc est:Nisi iudex quęstionem habendam interlocutus sit : ab hac enim interlocutoria potest appellari.d.cap.non solent.§.ante sententiam. l.ij. ff. d. tit. Altera replicatio est : Nisi quis ab ea sententia, qua ei probatio exceptionum aduersus testes denegatur, appellet. cap. ex parte. vij. de testibus. Tertia replicatio est: Nisi quis ab hac sententia,qua ei exceptio hęc,ne vltra duas diætas in ius vocetur,aufertur,appellauerit.cap.olim.vij.de

exceptionib. Quarta replicatio est: Nisi exceptio non sufficientis mandati vel litis pendentis per interlocutoriam sit reiecta: ab hac enim interlocutoria licet appellare. c.significauit.xlviij.de appellationib. Quinta replicatio est: Nisi exceptio rei petitæ in libello non designatæ per interlocutoriam fuerit reiecta. c. significantib.xlix.d.tit. Planè iure quidem ciuili exceptio proposita approbatur, contrà verò iure pontificio reprobatur. Ideóque iam dictæ replicationes videntur magis exempla exceptionis reprobatæ, quàm ius ciuile distinguere. Quòd autem iure pontificio reprobetur, constat ex c.cum sit,v.§.si verò.c.super eo.xij.in princ.de appellationib.ij.q.vj.c.qui scit.§.fin.c.non ita.& c.si quis. Planè iure quoq; pontificio exceptio proposita admittitur,si causa rationabilis coram iudice,à quo ante sententiam appellatur, non fuerit ab appellante expressa. c. vt debitus. xix.de appellationibus.cap.Romana.iij.§. cum autem.eod.tit.in vj.Iuxta hanc distinctionem intelligendum videtur ca. vlt. de dolo & contumacia,in vj.Plura de exceptione proposita vide M.I.C. lib ij.c.xxvij.q.ij.except.xxij.

XVII. Exceptio: Nisi generalis sit appellatio de omni grauamine tam præsenti quàm futura. c.inter cætera. de appellationib. Huius replicatio est: Nisi generalis appellatio restricta sit ad certam causam.c.consuluit.xviij.eod.tit.

XVIII. Exceptio: Nisi sententia, à qua appellatur, sit conditionalis. Reprobatur hæc exceptio c. præterea. 40. de appellationibus.l.j.§.biduum. vers. quid ergo. ff.quando appellandum sit.

XIX. Exceptio: Nisi causa sit manifesta, vel appellans eam sit confessus.ca.cum speciali.lxj.§.porrò. de appellationibus. c. Romana. iij.§. si autem post. eod.tit.in vj.c.ij.q.vj.c. quicunque. Concordat j. except. xxxj. Sed & plura de hac exceptione vide s.lib. prox.ca.xij.de execut. quæst.j.except. iij.replicat.j.& ij.

XX. Exceptio: Nisi iudex ita datus sit, ne ab eo appelletur.c.pastoralis.liij.in prin. de appellationib.c.j.de rescriptis. l.j.§.fin. ff.à quib. appellare non licet. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi specialis aliquis casus à iure fuerit exceptus. d.ca.liij.vers. quæ à iure non indulgetur expressè. Secundæ replicationis loco notandum, quòd quamuis appellatio executionem sententiæ hoc casu non impediat: tamen nihilominus grauamen appellantis per iudicem

appella

appellationis poterit emendari. d.c.l. iij. verſ.ſed ſi appellans fuerit. Tertia replicatio videtur: Niſi appellans priuilegium habeat appellandi. Sed reprobatur d.c.j.de reſcriptis. Quarta replicatio eſt: Niſi alius, quàm cui iudex datus eſt, ob ſuum intereſſe appellet. c.ſuper eo.xv.de officio delegati. Quinta replicatio eſt: Niſi cùm duobus cauſa delegata eſſet, ne ab iis appelletur, vnus alteri ex iis vices ſuas commiſerit. ca.ſuper. xxvij.§.ſi verò. d.tit. Sexta replicatio eſt: Niſi ſententia manifeſtam contineat iniquitatem. c.inter cæteras. ix.de re iudicata. Septima replicatio: Niſi cauſa appellationis factæ à iudice dato appellatione remota, fuerit à dante alij delegata. c. paſtoralis.18.§.præterea: de officio delegati. Octaua replicatio: Niſi cum plura eſſent negocia, quibus iudex datus eſt, alia eorum præcedant clauſulam Appellatione remota, alia eam ſequantur: hoc enim caſu clauſula illa ad ſequentia non videtur pertinere. c.inquiſitioni.lxxj.de appellationib. Huius duplicatio prima eſt: Niſi negocia ſint connexa. d. c. lxxj. verſ. ſi ſunt plura negocia ſe minimè contingentia.& c.ſecundo.41.in princ.eod.tit. Altera duplicatio eſt: Niſi clauſula hæc appellatione remota, in fine literarum fuerit repetita. d.c.lxxj. verſ.niſi fortè in fine. Nona replicatio eſt: Niſi iudex datus appellatione remota recuſetur: hoc enim licet. c. poſtremò. xxxvj. d. tit. Decima replicatio eſt: Niſi appellans ad locum non ſatis tutum in ius vocetur. c. ex parte.xlvij.eod.tit. Hæc de viceſima exceptione.

XXI. Exceptio: Niſi appellans antè iuramentum præſtitit, quòd ſententiæ velit ſtare.cap.quæſtioni.xxj.de appellationibus. Huius replicatio eſt: Niſi ſententia excedat limites iuramenti & licitæ promiſſionis.cap.ad hæc.xx.& ibi glo. eodem titulo.

XXII. Exceptio: Niſi antea in eadem cauſa bis fuerit appellatum. c.ſua nobis.lxv.de appellationib. ij.q.vj.c.ſi autem, in princ. & §.vnde in ſeptimo.l.vnica. C. ne liceat in vna eadémque. Nouell.lxxxij.§.præbebunt.verſ.niſi tertiò.

XXIII. Exceptio: Niſi appellans antea appellationem ab alio grauamine factam deſeruerit. quæ tamen reprobatur c.directæ.xxxix.de appellationibus.

XXIIII. Exceptio: Niſi appellans per contumaciam abſens condemnatus eſt: huic enim ius appellandi non eſt. ij.q.vj.c.ſunt etiam.xxiiij.q.iij.c.de illicita.§.de conuentione. l. j. C. quorum appellat. non recip. Concordat M. I. C. lib.ij.

c.xxvij.q.ij.except.xxvij.in prin. Huius replicatio prima est: Nisi ideo non adfuit, quòd ante definitiuam sententiam appellauerit. Approbatur simul & distinguitur hæc replicatio Clement.j.de dolo & contumacia. Altera replicatio videtur: Nisi ideo non adfuit,quòd dicat se libellum principi dedisse, & eius expectare responsum. Reprobatur hæc replicatio ij. quæst.vj.cap.non solent.l.iiij.ff de appellat.recipiend. Plures replicationes vide s̄. cap. vj. q.iiij.except.generali.j. cum sequentib.item M.I.C. d.except.

XXV. Exceptio: Nisi appellans appellationi renunciauerit, vel litem coram iudice,à quo appellauerat,postea prosecutus sit.c.gratum.xx.§.fin.de officio delegati.

XXVI. Exceptio: Nisi appellans acta causæ sigilla violando aperuit.c.cum olim.xxxiij.d.tit.

XXVII. Exceptio: Nisi intra statutum tempus appellatum non sit.ij.q.vj.cap.propter superfluam. Concordant ea quæ habentur j̄.q.v.vbi etiam replicationes vide.

XXVIII. Exceptio: Nisi appellans intra statutum tempus dimissorias literas non petierit vel impetrauerit,aut iter ad iudicem appellationis non arripuerit. d. cap. propter superfluam. & d.q.vj cap. ab eo. item Clement. quamuis.ij. de appellationibus. Huius replicatio est: Nisi non per appellantem,sed per iudicem steterit, quo minus suo tempore apostoli dati sint. d. q.vj.cap.post appellationem.§.sufficit.d. Clement. quamuis.ij.§.quod si iudex.& cap.vt super.iiij. in fine. cap. ab eo. vj. de appellat. in vj.l.vnica §. fin. ff. de libellis dimissoriis. Plura de hac exceptione vide j̄.q.vij.reg.ij.& iij.

XXIX. Exceptio: Nisi appellans post appellationem nonnulla contra appellationem attentauerit. ca.an sit.xlij.de appellationibus.

XXX. Exceptio: Nisi appellans antea appellationem sui aduersarij in eadem causa noluit admittere. d. cap. an sit. xlij.vers.quod cum in eo qui.& c.constitutis. xxiij.eod.tit.c. bonæ memoriæ.xxiij.§.dein inquireret.de electione.

XXXI. Exceptio: Nisi appellatio manifestè sit frustratoria.c.pastoralis.v3.in prin. vers.quod per appellationem.de appellationib.ij.q.vj.c.ideo huic.§.fin.c.qui scit.§.patet ergo. cap.quicunque.& l.iiij. C.quorum appellat. non recipiantur. Concordat s̄.except.xix.

XXXII. Exceptio: Nisi appellans post appllationem interpositam alium iudicem quàm appellatum, de attentatis adierit.

adierit.c.sollicitudinem.liiij.de appellationib.

XXXIII. Exceptio: Nisi iudex grauamen, ob quod appellatum est, sustulerit.c.cum.cessante.lx.d.tit.& c.si à iudice. x.§.fin.eod.tit.in vj.

XXXIIII. Exceptio: Nisi sententia medio tempore à Papa fuerit confirmata. Reprobatur hæc exceptio ca. bonæ memoriæ. iij. de confirmatione vtili. Hæc de exceptionib. aduersus causam appellationis dicta sint: quarum tamen plures vide J. cap. prox. except. xxvj repl.iiij. cum sequentibus. item M. I. C. lib.ij.cap.xxvij.quæst.ij.

III. QVIBVS COMPETAT ius appellandi?

Regulariter alij quàm qui condemnatus est, vel qui egit, ius appellandi non competit, exemplo cap.cum inter. xvj de electione. Concordat ij.q.vj.c.non solent, in prin.l.j.ff.de appellat. recipiendis. Cuius regulæ exceptio est: Nisi alterius intersit: hic enim ratione sui interesse agere vel appellare non prohibetur. c.vlt.§.fin.vt lite pendente nihil innouetur, in vj. Cuius exemplum habetur c. cum super. xvij de re iudicata. Plura de regula proposita vide M. I. C. d c.xxvij.q.iij.

IIII. QVI APPELLANDI, seu ad quos?

I. Regula: Gradatim appellandum est, non omisso medio. c.dilecti.lxvj.de appellation.ca.duo simul.ix.de officio ordinarij.cap. Romana. iij.§.ab archidiaconis. de appellat. in vj. Concordant item ea quæ habentur M. I. C. d.c.xxvij. q. iiij. reg. j. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi Papa omisso medio adeatur, vel appelletur: hic enim omisso medio appellari potest.ij.q.vj.c.si quis vestrum.c.omnes.c.ad Romanam. c.si quis putauerit.c.ad Romanam.c.ideo huic.c. decreto. c.qui se scit.c.arguta.c.si quis putauerit.c.ideo huic. c.quoties.iij.q.vj.c.accusatus.& De appellationibus c.si duobus.7.in prin. Altera exceptio est: Nisi legatus Papæ omisso medio adeatur vel appelletur.c.j.de officio legati. Tertia exceptio est: Nisi consuetudine aliter obseruetur.ca.Romana. iij.§.ab archidiaconis.vers.nisi aliud.de appellat.in vj.

II. Regula: A delegato iudice appellatur delegans. ca.super quæstionum. xxvij. §.fin.de officio delegati. Concordat M. I. C. d. quæst. iiij. reg. vij. Huius regulæ exceptio prima

hæc est: Nisi delegatus alij causam subdelegauerit: hoc enim casu non subdelegans, sed prior delegans appellatur. Quæ exceptio approbatur sub conditione d.c. super quæstionum. xxvij. §. porrò. & §. si verò, in fine. item l. j. §. fin. ff. quis & à quo appelletur. Huius replicatio est: Nisi subdelegans aliquid sibi de iurisdictione reseruauerit: hoc enim casu subdelegans est appellandus. d. §. porrò. & d. ca. xxvij. in prin. vers. ipse nanque respondit. & §. eius ergo. & c. cum te consulente. xviij. eod tit. item c. si delegatus vij. §. fin. eod tit. in vj. Planè huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi ex tribus delegatis duo vices suas non in totum subdelegauerint: hoc enim casu tertio delegato cum duobus subdelegatis cognoscente, nō ad subdelegantem, sed ad delegantem prouocatur. c. si duo. iij. d. tit. de officio delegati, in vj. Altera duplicatio est: Nisi subdelegans excommunicatus vel mortuus sit. c. si is cui. x. d. tit. Tertia duplicatio est: Nisi subdelegans negetur habere iurisdictionem. c. si à subdelegato. xiiij. eod. tit. Hæc de prima exceptione. sint dicta. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi ordinario iudici à Papa mandata sit causa: hoc enim casu non mandans seu delegans, sed proximus superior appellatur. c. licet. xij. de officio ordinarij. Tertia exceptio est: Nisi delegatio sit generalis: nā à generali officiali ad episcopum appellari non potest, per ea quæ j. reg. prox. proponentur.

III. Regula: Ab officiali generali episcopi non appellatur episcopus, sed archiepiscopus. c. non putamus. ij. de consuetudine, in vj. c. Romana. iij. in princ. de appellationibus, in vj.

IIII. Regula: ab episcopo archiepiscopus appellatur. d. cap. Romana. iij. §. debet autem.

V. Regula Ab arbitris delegatorum à papa iudicum Papa appellatur. c. ab arbitris. xj. de officio delegati, in vj.

VI. Regula: Ex Aegyptiaco tractu, vel Lybia appellatur præfectus Augustalis. ij. q. vj. c. anteriorum. §. illud etiam. Nouell. xxiij. §. illud etiam.

VII. Regula: Ex Asiatica vel Pontica diœcesi appellantur viri spectabiles, quibus specialiter Princeps commiserit. d. §. illud etiam. vers. similíque modo.

VIII. Regula: Ex tractu Orientali appellatur Comes Orientis. d. c. anteriorum. §. orientalem autem. & d. Nouell. xxiij. §. Orientalem autem.

IX. Regula: A ciuili iudice Papa non appellatur nisi sit de

fit de temporali iurisdictione ecclesiæ.c. si duobus.vij.§.fin. de appellat. Contradicere videtur ī.reg.xiiij.

X. Regula: A Capitulo ad episcopum appellatur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur cap. à collatione xj. de appellationibus in vj.

XI. Regula: A pari par iudex non appellatur.ij. quæstio. vj.cap.anteriorum.§.illo videlicet. Nouell.vigesimatertia.§. illo videlicet.

XII. Regula: Licet appellanti iudicem appellatum mutare,& errorem suum corrigere.ij. quæst.vj.c.vlt.§. si verò is qui.l.xxviij.C.de appellationibus.

XIII. Regula: Ne clericus laicum iudicem appellet,cauetur xxj.q.v.in prin.cum sequentib.

XIIII. Regula: Laicus tamen ecclesiasticum iudicem appellare potest.ij.q.vj.cap.omnis.

XV. Regula: A concilio prouinciali appellatur Primas. ij.quæstio.vj.cap.placuit.vj.quæstio.iiij.cap.si inter.xj.quæst. iij.cap.præsbyteri.

XVI. Regula: Ne ad transmarina concilia appelletur, cauetur d.cap.præsbyteri.versi. ad transmarina. & d.cap placuit.versic. ad transmarina. vbi additur exceptio hæc: Nisi Papa appelletur.

XVII. Regula: De nullitate iudex qui sententiam tulit, non executor cognoscit.ca.de cætero.v. de re iudicata.c.pastoralis.xxviij.§.quia verò sæpe.de offic.deleg.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEdentium regularum generalibus.

Hactenus propositæ quartæ quæstionis regulas enumerauimus: quarum tamen plures vide M.I.C.lib.ij.c.xxvij.q. iiij. Harum autem exceptio generalis hæc est: Nisi is qui appellandus est, non sit fidei catholicæ.ij.q.vj.ca.catholicus. Plures huiusmodi exceptiones generales vide s̄.c.ij.q.ij.

V. QVANDO APPELLANDVM, & quamdiu?

Iure ciuili antiquo ad appellandū in propria quidem causa biduum, in aliena verò triduum erat constitutum.l.j.§.in propria.ff.quando appellandum sit.l.vj.§. penult.C.de appellat. Declaratur hæc causa definitione propriæ causæ d.§.in propria.versic. & palàm est.ij.quæst.vj.cap. biduum.§.palam

est. Pla

est.Planè pro biduo & triduo constitutione Theodosij quinque dies constituuntur,d.quæst.vj.cap. propter superfluum. Tandem hoc appellationis tempus constitutione Imper.Iustiniani rursus mutatum est in decendium, Nouell.xxiij.in prin.d.quæst.vj.cap.anteriorum,in prin.& c.quod ad consultationem.xv.de re iudicata. Planè quæ de tempore, quo biduum ac triduum currere incipiebat, iure antiquo statuta sunt,ad ius nouum decem dierum transferri possunt. Biduū autem & triduum illud currere incipiebat ex die latæ sententiæ.ij.q.vj.c.biduum,in prin.l.j.§.biduū.ff. quando appellandum sit. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi sententia sub conditione lata sit: hoc enim casu videtur potius à tempore conditionis existentis decendium computādum esse.Sed reprobatur d.c.biduum.§.j.& d.§.biduum vers. quid ergo.item ca.præterea requisiti.xl. de appellationibus. Altera exceptio est: Nisi iudex sententiam Imperatori trāsmiserit confirmandam, vel vt locus pœnæ assignetur: hoc enim casu etiam à rescripto Principis tempus appellādi currit.d.cap.biduum.§. si quem in insulam.l.j.in prin.ff.quando appellandū. Tertia exceptio videtur: Nisi extraiudicialis sit causa,in qua appellatur.Sed reprobatur.c.cōcertationis.viij. de appel.in vj.Quarta exceptio est: Nisi non per appellationem,sed per aliud iuris remedium grauamen proponatur.d. c.viij.versi.sed si per contradictionem. Quinta exceptio videtur: Nisi in sententia præcipiatur aliquid fieri intra certum terminum: hoc enim casu videtur non nisi termino elapso decendium currere. Sed reprobatur cap.quod ad consultationem.xv.de re iudic. Plures exceptiones vide j.cap.proxim.except.xxvj.repl.j.dupl.j.cum sequentibus.

VI. MODVS ET FORMA appellandi.

I. Regula: In scriptis regulariter est appellandum.ij.q.vj. cap.post appellationem.§.fin. Huius exceptio est: Nisi quis ipso die, quo sententia fertur, apud acta viua voce appellauerit.d.quæst.vj.ca.vlt.§. litigatorib.l.xiiij.C. de appellat.l.ij. & l.v.§.fin.ff.eod. tit. Huius exceptionis replicatio est: Nisi ab interlocutoria, vel extraordinario grauamine ad Papam appelletur.c.j.in prin.de appellationibus in vj.

II. Regula: De forma appellandi cauetur ij.q.vj.ca.post appellationem.§.forma verò.

III. Re

III. Regula: Coram maiori parte iudicium est appellandum. Clement.j.in prin.de appellat.

VII. OFFICIA APPELLANTIS, necnon appellationis euentus & consequentia.

I. Regula: De appellatione appellato insinuanda cauetur d.Clement.j.versi. est tamen appellatio. & Clement.causam. iij.de electione.

II. Regula: De apostolis seu libellis dimissoriis à priore iudice ad posteriorem petendis ac dandis cauetur cap.j.in prin.versi. petat Apostolos. & cap.vt super.iiij. de appellat.in vj.ij.quæst.vj.cap.post appellationem,in prin.l.vnica, in prin. ff. de libellis dimissoriis. Concordant ea quæ habentur §. quæst.ij.except.xxviij.item M.I.C. libro ij.cap.xxvij.quæst. ix.reg.iiij. Forma apostolorum præscribitur d.cap. post appellationem.§.forma.

III. Regula: De itinere ad iudicem appellationis intra certum tempus arripiendo cauetur ij.quæst.vj.cap. propter. versic.& in his ipsis.

IIII. Regula: De actis edendis & transmittendis cauetur d.q.vj.cap.vlt.§.iudicibus.cap.vlt. de probat.l.xxiiij.C.de appellationibus.item M.I.C.d.quæst.ix.reg.vij.

V. Regula: De causa appellationis reddenda iudici à quo appellatur,cauetur.ca.vt debitus.lix.§.cum autem. & c.cum speciali.lxj.§. excessu quoque.de appellat. ca.j. in prin. versi. causam appellationis.eod.tit.in vj.

VI. Regula, De causa appellationis probanda. Iudici à quo appellatum est, causa appellationis probanda non est. c.si à iudice.10.de appellat.in vj.

VII. Regula: Coram iudice appellationis causa probanda est, quòd scilicet exceptio legitima non solùm fuerit opposita, sed etiam non admissa: ideóque appellatio interposita.c.dilecto.lxiij.c.interposita.lxx. in princ.de appellationib.

VIII. Regula: Causa appellationis ab initio expressa mutari potest, aliáque in prosecutione appellationis allegari.l.iij.§.fin.ff d.titu. Contradicit tamen Clement.appellanti. v eodem titul.

IX. Regula: De prosequenda appellatione, quando prosequenda, & quamdiu, item per quos & à quibus? dicetur §. c.proxi.except.xxvj.repli.iiij.

X. Regula: De appellatione non deneganda à iudice, à quo

quo est appellatum, cauetur ij.quæst.vj. cap.appellantem.& cap.vltim.§.similiter.item De appellationibus. cap.depriore.xxxj.Concordant item ea quæ habentur s.quæst.iiij.reg. j.exceptio.j.

XI. Regula: De appellatione à iudice appellationis recipienda, nec remittenda, cauetur c.interposita.lxx.§.eidem. de appellat.ij.quæst.vj.c.placuit.c.vlt.§.fi.l.vj.in prin.vers.ab eo qui de.C.de appellat. Concordant item ea quæ proposita sunt s.lib.prox.c.v.de iurisdictione,except.vij.

XII. Regula: Si metropolitanus à prouinciali episcopo appellatus appellationem suscipere nolit: ad synodum prouocare licet.vj.q.iiij.c.si metropolitanus.

XIII. Regula: Appellatione pendente nihil innouandum, éstque de eo iudici, à quo appellatum est, per iudicem appellationis inhibendum:& innouatum seu attentatum rescindendum.ij.quæst.vj.ca.post appellationem.§. Vlpianus.l. vnica.ff.nihil innouari appellatione interposita. Eius exemplum preponitur iij.q.vj.ca.accusatus.versic.& dum iterato. item De appellationib.c.j.& c.ad præsentiam.xvj.& ca.dilectus.lv.item c.licet.xiiij. de sentent. excommu.in vj.ca.cum olim.xxxij.de officio deleg.c.cum tu fili.xvj.de testibus.cap. dilectæ.10.de except. Concordant propositæ regulæ ea quæ habentur s.c.j.quęst.v.reg.j.Eius autem exceptio prima hęc est: Nisi nondum constet, causam per appellationem ad iudicem inhibentem esse deuolutam: tunc enim ab eo inhibendum non est.c.Romana.iij.§. si verò vocatis de appellat. in vj. Altera exceptio est: Nisi cum ab aduersario dicatur appellationis causa iniusta seu minus legitima, iudex appellationis nondum recepta appellatione velut ex causa probabili facta, cœperit de causæ veritate cognoscere: tunc enim inhibere non potest.d.c.Romana.§.quod si obiiciatur. Huius replicatio est: Nisi à definitiua sententia sit appellatum: hoc enim casu etiam ante receptam appellationem iudex potest inhibere.d.§.quod si obiiciatur.vers.ante sententiam. & d.c.Romana.§.si autem post. Tertia exceptio est: Nisi in alia causa vel quæstione procedatur, quàm in qua appellatio est interposita. Quæ exceptio approbatur exemplo c.cũ terreamur. xvij. & c.præterea.xxij. de appellat. Huius replicatio prima hæc est: Nisi quæstio in qua non est appellatum, sine ea in qua appellatum est, expediri non possit.c.super eo. 10.d.tit. Altera replicatio est: Nisi propter plura crimina condem-

condemnatus, in grauioribus appellauit: hoc enim casu in aliis minoribus executio suspenditur. ij. q. vj. ca. post appellationem. §. si quis ex pluribus. l. vnica. §. fi. ff. nihil innouari appellat. pend. Tertia repliatio est: Nisi alterum alterius, ob quod appellatum est, sit accessorium. c. dilectis. lv. de appella. Hæc de tertia exceptione, eiúsque replicationibus. Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi in integrum restitutione contra sententiam petita, præsumptio sit eam malitiosè ad differendam executionem peti: hoc enim casu executio fieri potest, cautione ab aduersario præstita. c. suscitata. vj. de in integ. resti. Quinta exceptio videtur: Nisi iudex à quo appellatum est, iusiurandum præstiterit de sententia intra certum tempus exequenda. Sed reprobatur c. venientes. xix. de iureiur. Sexta exceptio: Nisi appellans quoque contra appellationem suam vel aduersarij sui antea factam aliquid nouauerit. ca. constitutis. xxiij. de appellationibus. Septima exceptio: Nisi per sententiam excommunicatus ad cautelam absoluatur. ca. qua fronte. xxv. d. tit. Concordant ea quæ habentur s̄. lib. proxi. c. xiij. q. ij. except. j. replic. j. Octaua exceptio est: Nisi appellans appellationem non prosequatur. c. ad hæc. xxvij. ca. peruenit. xxviij. & c. cum speciali. lxj. §. excessu quoque. versic. quam si prosequi. de appellatio. Nona exceptio est: Nisi à sententia excommunicationis vel suspẽsionis sit appellatum. c. pastoralis. liij. §. verùm quia d. tit. & c. is cui. xx. §. fi. de sentent. excom. in vj. Decima exceptio videtur: Nisi extraiudicialiter sit appellatum. Sed reprobatur c. bonæ. 51. de appellatio. Vndecima exceptio: Nisi appellans agat de præbẽda sibi antequam vacasset promissa: hoc enim casu ea potest alij conferri, appellatione non obstante. cap. relatum. iij. de concess. præbendæ. Duodecima exceptio est: Nisi ab electione à maiore parte facta sit appellatum. cap. j. & cap. ex ore. iij. de his quæ fiunt à maiore parte. Decimatertia exceptio: Nisi duobus præsentatis, prior repulsus appellauerit: hoc enim casu alterius institutio, quamuis pendente appellatione facta, valet. cap. pastoralis. xxix. de iure patronatus. Decimaquarta exceptio: Nisi appellatio aliquo iure non subsistat. Hæc exceptio videtur approbari exemplo cap. vlt. de dolo & contumacia, in vj. cap. non solum. vij. in prin. versi. exceptis casibus. de appellat. in vj. Decimaquinta exceptio est: Nisi tertius aliquis pendente appellatione aliquid innouauerit: hic enim de attentatis contra inhibitionẽ
non

non tenetur.cap.Romana iij.§. in alium. de appellatio.in vj. Decimasexta exceptio: Nisi appellationi sit renunciatum. cap.super iiij.versi.nisi appellationi.d.tit.Decimaseptima exceptio videtur: Nisi antequam appellatio interposita est, fuerit innouatum.Sed reprobatur cap.non solum.vij.in prin. eod tit. Decimaoctaua exceptio: Nisi ab interlocutoria sit appellatum.d.cap.non solum. vij.§.illa autem. Huius replicatio prima hæc est:Nisi postea appellationis causam veram esse constet.d.§.illa autem,vers.donec appellationis causam. Altera replicatio est: Nisi legitima inhibitione facta innouatum sit.d.§.illa autem. versi. nisi iudex appellationis. Decimanona exceptio est. Nisi iudex grauamen,ob quod appellatum est,reuocauerit.cap.si à iudice.10.§.fi.de appellat.in vj. Vicesima exceptio est: Nisi tres conformes sententiæ in eadem causa latæ sint. Clement. j. de re iudicata. Vicesima prima exceptio:Nisi possessore condemnato,fructus rei sequestrentur. ij. q. vj.cap.quoties post. Hæc de decimatertia regula,eiúsque exceptionibus. sint dicta. De qua tamen vide plura.j.lib prox.cap.quæst.iiij reg.v.&. M.I.C. lib.ij.cap. xxvij. quæstione.viiij.reg.xiij.

X I I I I. Regula: In causa appellationis allegari possunt, quæ in priore iudicio fuerunt omissa, per ea quæ habentur M.I.C.d quæst. viiij.reg.xvj. Cuius exceptio prima hæc est:Nisi alia actio proponatur, vel alia res petatur. hoc enim non licet.l.iiij.vers.quæ non ad nouum. C.de temptor.& reparat. appellat. Huius exceptionis replicatio est: Nisi causa beneficialis ad Curiam Pontificis per appellationem fuerit deuoluta:hoc enim casu tam petitorium quàm possessorium de nouo potest intentari. Clement. j. de causa possessio. & proprietatis. Altera exceptio est: Nisi ab interlocutoria vel extraiudiciali grauamine fuerit appellatum.Clement.appellanti. v. de appellationibus.

X V. Regula: Appellatione à definitiua facta, reuocari etiam potest interlocutoria, licet ab ea non fuerit appellatum. Quæ regula approbatur simul & distinguitur. cap. vlt. de appellationibus.in vj.

X V I. Regula: De pœna appellantis non obtinentis cauetur.ij.q. vj. c. omnino. Concordat. M. I. C. d.q. viiij.reg. xix Huius exceptio est: Nisi appellans ante latam sententiam appellationi renunciauerit. d.q.vj.c.§. si verò is qui. l.xxviij. C. de appellationib.

Regula

XVII. Regula: Si ad residendum in ecclesia admonitus appellauerit, interim alius in locum eius substituendus est. c.peruenit.xxviij. vers. interim verò.de appellationib. Concordat in simili casu l.xxj.§.magistratus.& § in locũ ff.eo.tit.

XVIII. Regula: De contumacia appellantis punienda cauetur c. reprehensibilis.xxvj.§.si autem in quocunque.de appellationib.c.j.§.quod si appellationib. cap.j.§.quod si appellator.eod.tit.in vj.

XIX. Regula: De contumacia appellati punienda cauetur d. cap. j.§.fin.item c.cum speciali. lxi. §. excessu quoque vers.nullo autem.& c.interposita.lxx.§.fin.de appellationib. Nouell.cxxvj.§ in omnibus.

XX. Regula: De causa remittenda ad iudicem à quo appellatum est, si constiterit malè appellatum esse, cauetur ca. cum in ecclesia.xxxviij.c.vt debitus.lix.§.cum autẽ.vers.etsi minus.c.cum speciali. lxj. §.fin.de appellationib. c. Romana iij.§.fin. & c. cum appellat.v.eod. tit.in vj. Huius regulæ exceptio prima hęc est: Nisi causa nondum cognita remittatur c.accepta. xxxv. de appellationib. Concordant ea quæ proposita sunt s̃.lib.proxim.cap.v.de iurisdictione,reg.j.except. vij.Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi partes cõsentiant vt remittatur.d c. accepta.vers.nisi partes cõsenserint. Altera replicatio est: Nisi appellãs causam remitti petat.c.interposita. lxx. §.ille denique:de appellat. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi iudex à quo appellatum est, appellationẽ iniustã admisit:tunc enim ad eum remittenda non est.c.cum appellationib.v.de appellationibus,in vj.

XXI. Regula: Si constiterit bene appellatum esse, iudex ad quem appellatum est, rescissa priore sententia in causa principali procedere potest, ac debet. cap. ad probandum xxiiij.de re iudicata. c. vt debitus.lix.§.cum autẽ.vers.alioquin ipse procedat. & c.cũ speciali.lxj.§. excessu quoq; vers. appellationis causa.de appellationib.Huius regulę exceptio hæc est: Nisi exceptio de vltra duas diætas non citando reo, propter quam fuit appellatum, probetur vera:hoc enim casu quamuis bene appellatum esse constet, nihilominus tamen causa est remittenda.c.olim.vij.de exceptionibus.

XXII. Regula: Sentẽtia priori cassata, nõ punitur iudex à quo, nisi inimicitia vel pecunia probetur corruptus.ij.q.vj. c.hoc etiã. Hæc de officiis appellantis, necnon appellationis euentis & consequentibus.de quib.vide item M. I. C.d.q.ix.

VIII. ADFINIA APPELLAtionis remedia.

I. Regula, De in integrum restitutione aduersus sententiam. Hoc remedium certis quibusdam personis competit, de quib. vide M.I.C.lib.ij.c.xxviij. in prin. vbi additur exceptio talis: Nisi pro libertate iudicatum sit. Sed & eius exceptio videtur: Nisi Papa sententiã dixerit. Quæ tamen exceptio reprobatur c.tũ ex literis.v.de in integ. rest. Cõcordant ea quæ habentur ĵ.c.prox. excep.xiij.ver.hisce cõtradicere.

II. Regula: De accusatione & denunciatione perperam electi cauetur c.constitutis.xlvj.de appellationibus.

III. Regula: De exceptione, Quod quisque iuris aduersus alium statuit, vt ipse eodem iure vtatur, vide M.I.C.d.ca. xxviij. Cuius inter cæteras exceptiones & hæc est: Nisi statutum ius non habuerit effectum. Cui concordat De pœnitent.distinct.j.cap.hæc autem verba.

IIII. Regula. De arripiendo iter ad Papam, seu nunciũ mittendo, proponitur ĵ.cap.prox. except.vj.replic.j.dupl.vj. Hæc de appellationib. sint dicta: de quib. vide plura M. I. C. libro ij.cap.xxvij.cum sequente.

DE SENTENTIA ET RE iudicata. Cap. XIX.

SEntentia vel res iudicata actionem simul & exceptionem parit, & pro veritate accipitur.xxxv.q. ix. cap.j.c.loci nostri.item De re iudicata cap.cum inter.xiij. Concordat item M. I.C.libro ij.cap.xxix.quæst.ij.in princ.Sed & pro sententia præsumitur, donec probetur iniusta.cap. in præsentia. vj. vers. & tanta sit. de renunciatione. Planè habet regula proposita plures exceptiones, quas ordine subijciemus. & primùm eas quæ sumuntur ex persona iudicis.

I. Exceptio: Nisi à non competente iudice sententia sit lata.c.at si clerici.iiij.de iudiciis.ij.q.j.c. in primis.§.de persona episcopi.iij.q.viij.cap.j.§.nullum.ix.q.ij.cap.j.xj.q.j.c.in clericorum.q.iij.c.cui est.l.vlt.C.si à non competente iudice. Concordat M. I. C.d.cap. xxix. except. j. Huius exemplum habetur Clement.Pastoralis.ij.de re iudicata.Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi actor à iudice condemnatus, exceptione proposita vtatur: huic enim ea

non

non prodest.iij.q.viij.c.j.§.cuius.l.xiiij. C.de sententiis & interlocut. Altera replicatio est: Nisi publicè ab omnibus iudex competens fuerit existimatus.iij. quæst. vij c.j. in fine.l. iij. ff. de officio Prætoris. Species huius exceptionis & plures replicationes vide s̄. cap. ij.q.ij. Sed & species eius sunt exceptiones proximè sequentes.

II. Exceptio: Nisi hæreticus sententiam tulerit:ij.q. vj.c. catholicus.Concordant ea quę habentur s̄.lib.prox.cap.viij. q. vij. reg ij. Huius replicatio est:Nisi iudex de hæresi nondum fuerit damnatus. Cuius duplicatio prima est: Nisi ipsa hæresis iam olim fuerit damnata.xxiiij.q.j.in prin.cum c.sequente. c. maiores. c. Achatius. Altera duplicatio est: Nisi nouam hæresim effingens, eam ex corde prædicare cœpit. d. q.j.ca.audiuimus.§.sin autem ex corde,cum sequentibus.

III. Exceptio:Nisi excommunicatus sententiam tulerit. d. cap. Achatius, in fine, cum capit.sequente. Concordat d. quæst.j.cap.miramur.

IIII. Exceptio: Nisi quidam,non omnes iudicauerint. ij.q.vj.c.vlt.§.item si plures.iij.q.vj.c.discutere.vers.ita vt nemo ex eis desit.item de officio delegati c.causam.xvj.c.vno. xlij. & c. vlt.in prin.vers. idem quoque.Concordant item ea quæ habentur s̄.lib.prox.cap.xij.de executione,except.ij.& M.I.C.lib.ij.cap.xxix.q.iij.except.ij. Huius replicatio prima hæc est: Nisi omnes fuerint præsentes:tunc enim ,quamuis non omnes consenserint,statur tamē sententiæ maioris partis, per ea quæ habentur M.I.C.d.except.ij.& d.q.iij.except. iiij. Quibus concordat c.j. in prin. & c.vlt.de iis quæ fiunt à maiore parte. c. Planè si vtriusque sententiæ pares numero iudices sint:quid sequendū sit, definitur c.vlt.de re iudicata. Cui concordat M.I.C.d.exceptione.iiij. vers. sin autem pari. Quod autem d.c. vlt.dicitur, Si ex delegata potestate,vtraque pendet sententia ex arbitrio delegantis:huic concordat l.duo.xxviij.ff.de re iudicata.Diuersum etiam obseruatur,si in synodo prouinciali dissenserint:hoc enim casu ea sententia obtinet, cui metropolitanus vicinæ prouinciæ accedit. vj.q.iiij.in prin.cum c.sequente.c.si quis episcopus. c.si inter episcopos,in prin.Porrò quod d.c.vlt.in fine,cauetur de dissensu arbitrorum compromissariorum,de eo vide j̄. ca. xxj. reg.ij.excep.iiij. Hæc de prima replicatione.Altera propositæ exceptionis replicatio est:Nisi ita conuenit,vel causa delegata sit,vt vno vel pluribus absentibus,cæteri nihilominus

iudicare possent c.prudētiam.xxj.§.adiicimus. c.cum super xxiij. verſ. quamuis ſolus de officio delegati. c. cum plures. viij.in prin eod.tit.in vj. Huius replicationis duplicatio prima eſt:Niſi non conſtiterit abſentem adeſſe noluiſſe vel non potuiſſe.d c.prudentiam.xxj.in princ.& c.cum cauſa xx j.eo. tit. Altera duplicatio videtur: Niſi præſens ſubdelegatum abſentis admittere noluit. Sed reprobatur c. coram dilecto. xxxiiij.eod.tit Hæc de quarta exceptione.

V. Exceptio : Niſi iudex recuſatus ſententiam tulerit. c. cum ſuper.xxiij de officio delegati.

VI. Exceptio : Niſi contra abſentem ſententia dicta ſit. c tenor.x.de re iudicata.c conſultationibus.x.de officio delegati.c. inter quatuor.viij de maioritate & obedientia.ij.q. j.c.in primis. §. ſed & de perſonis. verſ. ſi ſcriptis iudicatum eſt.iij.q.viij.c.j.§.fin.Concordat item M.I.C lib.ij.c.xxix.except. x.in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi per contumaciam abſens fuit, contra quem iudicatum eſt.d.c.conſultationibus.x.in fine. verſ. niſi is qui poſſidet. c. veritatis.viij de dolo & cōtumacia.ij q.j.c.nomen.§ fin.iij.q. viij.c.j.§.fin.xxiiij.q.iij.c.de illicita.§.de cōuentione.Cōcordat.item M.I.C.d.except.x.repl. j.Huius replicationis duplicat o prima eſt:Niſi ex diſpēſatione Potificis cōtumaci ſubueniatur. Approbatur exemplo cap. cum olim. vij. de dolo & contumacia. Altera duplicatio eſt : Niſi iudex probetur circumuentus in ſententia ferenda, vel ex actis iniquitas ſententiæ conſtet. Approbatur exemplo c.cum Bartholdus. xviij de re iudicata Cōcordat l.ſi prætor.lxxv.ff.de iudiciis. Tertia duplicatio eſt:Niſi legitima abſentiæ cauſa probetur d.c.xviij.& ibi gloſſa.Concordant ea quæ habentur M.I.C.d. replicat. j. duplic. ij. Quarta duplicatio eſt · Niſi abſens non fuerit legitimè citatus.v.q.ij.c.j.Huius duplicationis ſpecies ſeu exempla ſunt exceptiones, quæ aduerſus citationem poſſunt opponi,quas ſ cap.vj.quæſt.iiij in fine recenſuimus Huius autem duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi alio modo abſens admonitus venire noluit. Quæ triplicatio approbatur l.ij.C quomodo & quando iudex ſententiam, &c.Sed contradicit d.c.j.Altera triplicatio eſt:Niſi præſens à iudice receſſerit appellans.c. vlt. de dolo & contumacia, in vj. Tertia triplicatio eſt: Niſi cum abſenti præfixus eſſet terminus ad proſequendam appellationem, eam intra terminum non fuerit proſecutus : hoc enim caſu contra appellantem

lantem absentem, etiam non legitimè citatum, sententia lata valet. c.sæpe contingit. xliiij. de appellationibus. Hæc de quarta duplicatione. Quinta propositæ replicationis duplicatio est: Nisi ante terminum præfixum, vel in ipso termino, partibus non expectatis sententia sit lata. d. cap. xliiij. vers. si quis autem terminum. cap. ex insinuatione. 50. §. interim autem. & c. significante. lxix. vers. adiiciens quod cum de consensu, eod. tit. Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi ante terminum à lege, non à iudice vel partibus præfixum, iudicatum sit c. oblatæ. lvij. d. tit. Altera triplicatio est: Nisi iurisdictio iudicis delegati in termino præfixo expiret. c. consuluit. xxiiij. de officio delegati. Sexta duplicatio est: Nisi absens ad Papam de causa litigiosa iuit, vel nuncium misit. c. dilecti. lij. de appellationib. c. vnico, de clericis peregrin. extrauag. com. Diuina. iij. de priuilegiis. Huius triplicatio prima hæc est: Nisi post citationem iter arripuit, vel nuncium misit. c. meminimus ix. c. suggestum. xv. & c. ad hęc xxx. de appellationib. Altera triplicatio est. Nisi ante sententiam appellãs sine rationabili causa, dicat se nunciũ misisse. c. vt debitus. lix. vers. non obstante si dicat. eod. tit. Septima duplicatio est: Nisi absens appellauerit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. cap. proxim. quæst. vij. reg. xiij. Hæc de prima replicatione, eiusque duplicationib. sint dicta. Sed & plures huiusmodi duplicationes vide s. c. vj. quæst. iiij. in fine. item M. I. C. lib. ij. c. xxix. except. x. replic. j. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi alius nomine absentis, contra quem pronunciatum est, præsens fuerit. Quæ replicatio ipso quidem iure subsistit, per ea quæ habentur M. I. C. d. except. x. replic. iiij. in prin. Verùm eius duplicatio hæc est: Nisi mandatum procuratoris fuerit reuocatum. Quæ duplicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. capite iiij. q. j. except. xxj. Cuius triplicatio prima hæc est: Nisi post conclusam causam mandatum fuerit reuocatum. cap. auditis. viij. de procuratorib. Altera triplicatio est: Nisi ignorante iudice & aduersario mandatum sit reuocatum. ca. mandato. xiij. eod. tit. Hæc de prima duplicatione. Alias duplicationes vide s. cap. iiij. q. j. Nam quæ aduersus personam procuratoris exceptiones ibi enumerauimus, earum plures hic duplicationum loco reperiri possunt. Tertia replicatio videtur: Nisi Papa contra absentem pronunciauerit. Sed reprobatur capit. j. in fin. de

causa possessionis. Hæc de sexta exceptione.

VII. Exceptio: Nisi de alia re iudicatum sit, quàm de qua iudex est datus. approbatur exemplo c. cum dilecta. xxij. §. dictum. de rescriptis. c. cum olim. xxxij. de officio delegati. Concordat M. I. C. lib. ij. c. xxix. except. xj. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi id de quo pronunciatum est, accessorium sit eius de quo iudex est datus. c. prudentiam. xxj. §. sexta, in fine. de officio delegati. Cuius exemplum habetur d. §. sexta. Aliam replicationem vide M. I. C. d. except. xj. repl. j.

VIII. Exceptio: nisi inter alios, quàm quibus iudex datus est, iudicatum sit. c. Petro. 40. de officio delegati. Huius replicatio est: Nisi alius iurisdictionem iudicis delegati impediat: in hunc enim æquè ac in eos quibus iudex datus est, iurisdictionem exercere potest. c. j. eod. tit.

IX. Exceptio: Nisi terminos ac fines suæ iurisdictionis iudex in ferenda sententia excesserit. d. c. prudentiam. xxj. in prin. vers. mandati siquidem. ij. q. vj. c. vlt. §. item cum certa l. v. C. quando prouocare non est necesse. Concordat M. I. C. d. c. xxix. except xiiij. Huius exceptionis species, seu exempla sunt duæ exceptiones proximè præcedentes. Planè eius replicatio est: Nisi sententia nihil iniquitatis habeat. cap. causam. xiiij. de re iudicata. Aliam replicationem vide d. except. xiiij. & s̃. d. duabus exceptionib. proximis.

X. Exceptio: Nisi sententia neque condemnationem neque absolutionem contineat. ij. q. vj. c. vlt. §. diffinitiua. l. iij. C. de sentent. & interlocut. Huius replicatio est: Nisi verbo æquipollenti iudex sit vsus. c. in iis quæ. xv. de verb. signif. l. lix. in prin. ff. de re iudicata.

XI. Exceptio: Nisi sententia contra leges vel canones sit lata. c. j. de re iudicata. c. aduersus. vij. §. quia verò nec sic. de immunitate ecclesiar. ij. q. vj. ca. vlt. §. item si sententia. Concordat M. I. C. d. c. xxix. except. xix. Huius exceptionis replicatio prima hæc est; Nisi contra ius litigatoris magis quàm contra expressas leges sententia lata sit, quasi in hoc casu lex locum non habeat. d. §. item si sententia. vers. si verò contra ius. c. cum inter. xiij. de re iudicata. l. xxvij. & l. xxxij. ff. eo. tit. Altera replicatio est: Nisi ex consuetudine contra ius commune scriptum sententia lata sit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̃. lib. prox. c. iij. de consuetudine, reg. iij. except. j. repl. j. Tertia replicatio est;

tio est: Nisi in causa clericorum ex iure pontificio contra ius ciuile sententia sit lata. c. quod clericis. ix. de foro competenti. Concordant ea quæ proposita sunt s. lib. prox. c. ij. except. xiij. in prin. Quarta replicatio est: Nisi Papa dispensatiuè contra ius pronunciauerit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur d. ca. ij. except. 10. Quibus concordat ca. in causis. 19. in fine de re iudicata. Postremò hoc loco notanda est diuisio iniustæ sententiæ trimembris, quæ habetur xj. quæst. iij. ca. episcopus. §. ad hoc respondendum.

XII. Exceptio: Nisi sententia nullo iure nitatur. d. q. iij. c. cui est. item De re iudicata c. inter cæteras. 9. Cuius exemplum habetur c. non potest. iij. & c. lator. vij. eod tit. l. vij. C. de sententiis & interlocut. Huius replicatio est: Nisi per triginta annos à morte iudicis numerandos, res ex iniusta sententia sit possessa. 16. q. iij. c. si sacerdotes.

XIII. Exceptio: Nisi causa sententiæ falsa sit, vel contrarium eius, quod sententia quasi factum pronunciatum est, possit probari. Hæc exceptio reprobatur xj. q. iij. non solùm. §. contingit. 35. q. 9. in prin. c. loci nostri. §. quia ergo. Concordat M. I. C. lib. ij. c. 29. except. 26. Contradicit tamen d. c. loci nostri. §. his ita respondetur. & d. q. 9. c. quod quis. c. veniam. c. sententiam. c. graue. ca. vlt. Exemplum horum proponitur d. q. 9. ca. penult. Planè admittitur exceptio proposita in matrimonio ex falsa causa dirempto, d. c. loci nostri. §. aliud est. De qua re vide plura j. lib. iiij. cap. de solutione matrimonij, causa 16. except. iij. Sed & admittitur exceptio proposita in aliisquibusdam casibus, quos vide j. except. xv. cum aliquot sequentibus.

XIIII. Exceptio: Nisi contra sententiam prius dictam iudicatum sit. ij. q. vj. ca. vlt. §. item si sententia. l. j. C. quando prouocare non est necesse. Huius replicatio prima est: Nisi antea dispensatiuè iudicatum sit. 35. q. 9. c. sententiam. Altera replicatio est: Nisi exceptio rei iudicatæ ante posteriorem sententiam non fuerit opposita. cap. inter monasterium. 20. & ibi glossa. de re iudicata.

XV. Exceptio: Nisi ex falsis instrumentis sit iudicatum. c cum venerabilis vj. §. licet autem. de exceptionib. ca. super eo. ij. de crimine falsi. Concordat M. I. C. d. c. 29. excep. 35.

XVI. Exceptio: Nisi ex falso testimonio testibus corruptus sit iudicatum. cap. sicut nobis. 9. de testibus. cap. cum

I. & A.xxij.de re iudicata. l.xxxiij.ff.eod.tit. Huius replicatio est: Nisi non probetur iudicem falsi testimonij fidem secutum in pronunciando. d. c. xxij. vers. vel licet de hoc constaret.item l.iij C.si ex falsis instrumentis.

XVII. Exceptio: Nisi regis metu vel potentioris iussu sententia lata sit.xj.q.iij.c.iniustum.

XVIII. Exceptio: Nisi sententia sub conditione lata, conditio defecerit.xxv.q.ix.c.apostolicæ.

XIX. Exceptio: Nisi iudex pecunia corruptus sententiam dixerit.extrauag.commu.j.§.iustitiam verò.de sentent. excom. ij.quæst. vj cap.vlt.§.venales.l.vij. C. quando prouocare non est necesse.

XX. Exceptio: Nisi non seruato iuris ordine sit iudicatum.ij.q.j.in princ.c.prohibentur. §.fin.q.vj.c.vlt.§.item sententia citra. xj.q iij.ca.episcopus. §.ad hoc respondend. vers. sed non ex ordine.c.seruetur.§.fin.c.eorum.l.iiij.C.de senten. & interlocut.Concordat M.I.C.lib.ij.c.xxix.excep.40.Exemplum huius exceptionis habetur c.exhibita. xix. de iudiciis. c.cum dilectis.xv.§.his igitur & aliis. vers. prætermisso iuris ordine. de purgat.canonica. Contradicit exceptioni propositæ xj.quæst. iij.c.non solùm. §.cum ergo. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi causa sit manifesta seu notoria d.c.prohibentur. §.fin. vers.hæc de illis intelligenda sunt. Concordant ea quæ habentur s. lib. prox. c. xiiij.in prin. Huius exemplum proponitur c. ad petitionem. xxij.de accusationibus.c.quoniam.x.de filiis presbyterorum. Notorium autem dicitur tribus modis, per sententiam, per confessionem, & per euidentiam rei. c. vlt.de cohabitat.clericor.& glossa in c.vlt.in verbo Notoria. de tempor. ordinat. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi iudici tantùm causa sit manifesta,non etiam aliis.ij.q.j.c.multi,cum c. sequente. Altera duplicatio est: Nisi causa aliis nota, iudici sit incognita. d. q. j c. Deus Tertia duplicatio est: Nisi reus factum neget. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur d. c. Deus. §. quando autem crimem. Plures huiusmodi duplicationes vide d. cap. xiiij. in princip. except. j. cum duab. sequentibus. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi iudex iuramentum præstiterit, quòd in omni causa ordinem iudiciarium sit obseruaturus. Sed reprobatur. c. ad nostram. xxj.de iureiurando. Tertia replicatio est: Nisi causa sit ecclesiastica

beneficia

beneficialis decimarum, matrimonialis, vſurarum & ſimilis: in huiuſmodi enim cauſis de ſimplici & plano abſque iudiciorum ſtrepitu procedendum. Clement. diſpendioſam. ij. de iudiciis. Quod ad matrimoniales cauſas attinet, concordat c.j.§. conſultationi veſtræ. vt lite non conteſtata. Quarta replicatio eſt: Niſi cauſa iudici ita commiſſa ſit, vt ſimpliciter & de plano, & ſine ſtrepitu ac figura iudicij procederet. Quę replicatio approbatur ſimul & declaratur Clement. vlt. de verb. ſignif. Quinta replicatio videtur: Niſi Papa iudicauerit. Sed reprobatur c. in cauſis. xix. de re iudicata. Sexta replicatio eſt: Niſi quis in hæreſim iam damnatam incidit: hic enim ipſo facto pro excommunicato habetur, etiam ſententia non interueniente. xxiiij. q. j. in princ. cum tribus capitulis ſequentibus. Hæc de viceſima exceptione.

XXI. Exceptio: Niſi cum iudex ad tempus datus eſſet, vel certo tempore litem dirimere iuſſus, poſt illud tempus pronunciauerit. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur per ea quæ habentur ſ. c. j. quæſt. iiij. reg. ij. item ſ. lib. prox. c. v. de iuriſdictione, reg. j. except. xij.

XXII. Exceptio: Niſi noctu ſit pronunciatum. c. conſuluit. xxiiij. §. ne verò de officio delegati.

XXIII. Exceptio: Niſi poſtquam iudex ſuperior cauſam ad ſe reuocaſſet, proceſſum ſit & iudicatū. c. vt noſtram. lvj. de appellationibus. Plura de hac exceptione vide d. c. v. de iuriſd. reg. j. except. xj.

XXIIII. Exceptio: Niſi poſt appellationem interpoſitam iudicatum ſit. Hæc exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur per ea quæ habentur ſ. c. prox. q. vij. reg. xiij.

XXV. Exceptio: Niſi poſtquam protectioni ſuperioris quis ſe ſubiecit, contra eum ſit iudicatum. c. ad audientiam. xxxiiij. de appellationibus.

XXVI. Exceptio: Niſi à ſententia dicta fuerit appellatum, eáq; ab appellationis iudice fuerit reſciſſa, vel reſcindi ſperetur. vj. q. iiij. c. ſi quis epiſcopus, in fine, cum c. ſequente. xxxv. q. ix. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi non iuſto tempore ſit appellatum. Quæ replicatio approbatur & declaratur per ea quę propoſita ſunt ſ. c. prox. quæſt. v. Concordat l. ij. in prin. C. de his qui propter metum iudicis. Huius replicationis duplicatio prima hæc videtur: Niſi interlocutoria, non definitiua ſententia ſit, à qua eſt appellatum. Sed reprobatur ij. quæſt. vj. c. biduum. §. quod au-

tem. l. j. §. quo in sententiis. ff. quanda appellandum. Altera duplicatio est: Nisi ad honnores vel munera nominatus appellauerit:hic enim quamuis post statutum tempus appellauerit, intra duos tamen menses admittitur. l. j. C. de tempor. & reparationib. Cui tamen contradicere videtur d. §. quod autem. vers. vt cum quis ad tutelam. Tertia duplicatio est: Nisi appellans nesciuit contra se iudicatum esse. d. c. biduum. §. si aduersus absentem. l. j. §. fin. ff. quando appellandum. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi procurator appellantis sciuerit, & præsens fuerit. d. c. biduum. §. quod autem absentem. & d. §. fin vers. quod autem dicitur. Quarta duplicatio est: Nisi iudicis copia non fuerit appellanti. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur d. c. biduum. §. dies autem. & d. l. j. §. dies autem, cum sequentibus. Plures huiusmodi duplicationes vide s. cap. prox. quæst. v. except. j. cum sequentib. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi alius, non is qui proposita exceptione vtitur, appellauerit. l. x. in prin. ff. de appellationibus. Cuius duplicatio est: Nisi alius in causa communi appellauerit: hæc enim appellatio etiam socio prodest. c. vna sententia. lxxij. de appellationibus. ij. q. vj. c. vlt. §. quandoq; vnam l. ij. C. si vnus ex pluribus appell. Plura de hac replicatione vide M. I. C. lib. ij. cap. xxix. except. xxviij. repl. iij. Tertia replicatio est: Nisi in alia causa vel ab alia sententia sit appellatum. Hæc replicatio approbatur simul & distinguitur exemplo Clement. vlt. de appellationibus. l. xvij. in prin. ff. eod. tit. Huius duplicatio est: Nisi ab interlocutoria non sit appellatum, à definitiua vero appellatum: hoc enim casu interlocutoria retractari potest, quamuis ab ea non fuerit appellatum. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur. c. vlt. de appellat in vj. Quarta replicatio est: Nisi appellans appellationem deseruerit, vel eam intra legitimũ tempus non fuerit prosecutus. c. personas. iiij. c. cum sit. v. in prin. c. peruenit. xiij. ver. vt intra conueniens tempus. c. consuluit. xiiij. §. si. de appellationibus. Pro declaratione huius replicationis sciẽdum, quod sit tempus legitimum prosequendæ appellationis. Illud autem definitur d. c. cum sit. v. in princ. vers. annus indulgetur, & c. Quod de anno & biennio dicitur, ei concordat Clement sicut. iij. eod. tit. item ij. q. vj. c. vlt, in prin. Concordat item M. I. C. d. except. 48. repl. v. Quòd vero d. c. v. in prin. vers. nisi fortè iudex à quo, permittitur arbitrio iudicis terminum

appel

appellationis prosequendæ constituere vel contrahere, ei concordat c.personas.iiij.versic.tu ei diem.ca.reprehensibilis.xxvj.§.si verò quisquam.c. ad apres.xxiij.c.oblatæ.lvij. §.licet igitur.& c. cum speciali.lxj.§.excessu quoque. versic. intra terminum.d.titu. de appellationibus. Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc videtur: Nisi appellatus nondum elapso biennio non petierit sententiam confirmari. ij.quæst.vj.c.vlt.in prin.versi.appellatore cessante, cum vnus mensis. Nouuell.50.§.quocirca.versi.volumus enim.Sed hæc voluntatis, non necessitatis esse videntur, vt apparet ex d.§. quocirca.vers.at verò si neuter.& d.versi.appellatore cessante.ibi: neutro concurrente. Ideóque duplicatio proposita reprobanda potius, quàm approbanda, ex iam dictis videtur. Altera duplicatio est: Nisi per impotentiam appellans appellationem intra statutum tempus fuerit prosecutus: hoc enim casu etiam aduersus biennij præscriptionẽ per in integrum restitutionem ei succurritur.ca. ex ratione.viij.de appellationibus. Similem duplicationem vide M.I.C. d.replic.v.dupl.j. Tertia duplicatio est: Nisi in consistoriũ Principis vel Papæ appellatio sit introducta, vel introduci speretur.c.ex insinuatione.50.d.tit.ij.quæst.vj.c. anteriorum.§.ad hoc sancimus.& cap.vlt.§.sed lis quæ speratur.l.v.§.si tamen. C.de tempor.& reparat.appell at.Nouel.xxiij.§.ad hęc sancimus. Quarta duplicatio est: Nisi consensu partium tempori prosequendę appellationis sit renunciatum.Clement.quamdiu.iiij.de appellat.& d.l.v.§.fin. Quinta duplicatio est: Nisi pendente appellatione in arbitros sit compromissum.d.Clement. quamdiu.iiij.versic.per compromissum.& Nouell.93. Sextæ duplicationis loco notandum, quòd non ipso temporis decursu confirmetur sententia, à qua est appellatum: sed iudicem de actis iudicare debere, & ita dictam sententiam vel absente appellatore aut confirmare aut infirmare.c. constitutus.xlv.de appellationibus. Concordat M.I.C.d. repli.v. dupl.vj. Septima duplicatio est: Nisi alius nomine absentis appellationem fuerit prosecutus. Approbatur M.I.C.de replic.v. dupl.10. Cuius triplicatio hæc est: Nisi causa principaliter per alium agi non potuit: tunc enim nec appellatio eius per alium potest exerceri.ij.quæst.vj.ca. si quando.l.j.§. sin autem non sit.& §.fin.ff.an per alium causæ appell. Octaua duplicatio est: Nisi pluribus simul condemnatis, vnus ex iis appellationem fuerit prosecutus: eius enim appellatio

cæteris

cæteris quoque prodest.ij.q.vj. ca.vlt.§.quandoque vnam.l. ij.C. si vnus ex pluribus. Nona duplicatio est: Nisi alia appellatio, non ea ex qua exceptio proposita obiicitur, fuerit deserta.c.directæ.xxxix. de appellationibus. Decima duplicatio est: Nisi procurator ad prosequendam appellationem datus, fines mandati excesserit: tunc enim etiam post annum appellans admittitur.c.significante.lxix.d.tit. Vndecima duplicatio uidetur: Nisi desertionis exceptione non opposita nihilhominus ambo vel alteruter postea fuerit appellationem prosecutus. Sed reprobatur Clement.si appellationem. vj.de appellat. Hæc de quarta replicatione eiúsque duplicat. sint dicta. Sed & plures huiusmodi duplicationes vide M.I. C.d.repl.v. Quinta propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi appellatio iudici, à quo appellatum est, porrecta, ab eo non sit lecta. Sed reprobatur c.appellatio.ix.de appellatio.in vj. Sexta replicatio est: Nisi appellans confecerit suum officium.c.j.§.quod si appellator.eod.titu. Officia autem appellantis, quibus non prætitis, proposita replicatio ei obstat, vide s̄.ca.prox.q.vj.& vij. Hæc de vicesima sexta exceptione eiúsque replicationibus sint dicta. Sed & plures huiusmodi replicationes vide s̄.c.prox.q.ij. Quæ enim ibi exceptiones aduersus appellationem enumeratæ sunt, hic replicationum loco repeti possunt. Sed & plures vide s̄.ca. proxi. quæst.vij. reg.xiij.item M I.C.d.except.xlviij.

XXVII. Exceptio: Nisi grauatus iter ad Papam arripuerit.c.vnico, de clericis peregrinantibus. Concordant ea quæ habentur s̄.except.vj.replic.j.dupli.vj.

XXVIII. Exceptio: Nisi grauatus ob vim sibi factam appellare non potuit. Hæc exceptio approbatur sub conditione c.vlt. de appellationib.l.ij. in fine.C. de his qui propter metum iudicis non appel.

XXIX. Exceptio: Nisi authoritas superioris contra sententiam imploretur.vj.q.iiij.c.vlt.c. quod bene.versic.nisi fortè vbi fuerit. Sed hæc imploratio videtur intelligenda de appellatione, vel de in integrum restitutione.

XXX. Exceptio: Nisi post sententiam latam noua instrumenta, in causa sint inuenta. Reprobatur hæc exceptio cap.inter monasterium. xx. versic. cum sub prætextu.& cap. suborta. xxj.§. fina.de re iudicata. Vide item M.I.C. libr.ij. cap.xx x.excep.liij.

XXXI. Exceptio: Nisi contra sententiam Papa rescripserit.

pferit. Hæc reprobatur c.ea quæst.iiij. de re iudicata. Concordat M.I.C.d.c.xxix.except.lv.

XXXII. Exceptio: Nisi condemnatus satisfacere sit paratus. Hæc exceptio reprobatur eap. cum aliquibus.vj.d. tit.&l.iiij.§.ait prætor.ff.eod.tit.

DE EXCEPTIONE REI IVDICATÆ, déque expensis litis & sportulis iudicum ac ministrorum.

Cap. XX.

HACTENVS exceptiones aduersus sententiam & rem iudicatam enumerauimus, quæ tum actioni iudicati, tum rei iudicatæ excepitoni possunt obiici: quarum tamen plures vide M.I.C.d.cap.xxix. Sequitur nunc de executione rei iudicatæ, necnon de expensis litis præstandis, & de sportulis iudicum ac ministrorum.

I. Regula: Res iudicata ad mandarum iudicis exequenda est.l.viij.C.de appellat. Cuius exceptio hæc videtur: Nisi sententia executori iniusta appareat. Quæ tamen reprobatur c.pastoralis.xxviij.§.quia verò.de officio delegati. Planè si sententia nulla dicatur, quæstio ad iudicem qui sententiam protulit, deferenda est.c.de cætero.v.de re iudicata.

II. Regula: Delegatus iudex vel ordinario exequendam sententiam suam mandare potest.d.§.quia verò.& d.c.de cętero. Vel ipse eam potest exequi.c. significasti.vij. de officio delegati. Concordat s̃.lib.proxi.c.v.de iurisdict. reg.j.excep. xxix.repl.j. Planè ordinario à lege executio mandatur, ca.si quis contra.iiij.§.fin.de foro competenti.

III. Regula: Ante sententiam executio non facienda. c.significante.lxix.de appellationib.l.l viij.ff. de re iudicata.l. j.C.de execut.rei iudicatæ.Huius regulæ exceptio prima est in excommunicato absoluendo, per ea quę proposita sunt s̃. lib.proxi.cap.viij.quæst.10.reg.vj.& c.xiij.q.iiij.reg.j.except. j. Altera exceptio est in spoliato seu deiecto de sua possessione: hic enim ante cognitionem est restituendus, per ea quæ habentur s̃.cap.ix.de exceptione spolij.

IIII. Regula: Post sententiam dictam, quæ in rem transiuit iudicatam, executio non est differenda.ij.q.j.cap.sicut. Dantur tamē condemnato quatuor menses ad soluendum. l.ij.C.

l.ij.C.de vsuris rei iudicatæ. Quod tempus à iudice arctari & prorogari causa cognita potest.c.quod ad consultationem xv.versi.sed nec executionem.de re iudicata.l.ij.ff.eod.titu. Plura de hac re vide M.I.C.lib.ij.cap.xxx.quæst.v.

V. Regula: Si quis executionem iniustam putauerit, precibus, non vi tentare debet, an ea possit differri, donec superior magistratus consulatur.ca.si quando.viij.& c.pastoralis. xxviij.§.quia verò sæpè, in fine.de officio delegati.

DE SVMPTIBVS ET EXPENsis litis præstandis.

VI. Regula: Sumptus seu expensas litis victus victori præstare tenetur.cap.vt debitus.lix.§.cum autem.versic.etsi minus de appellationibus.c.calumniam.iiij. de pœnis.Concordat M.I.C.lib.ij.ca.xxxj.de sumptib.litis,q.j. reg.j.in prin. Huius exceptio prima hæc est: Nisi sententia pro absente feratur.d.cap.iiij.versi.nisi sententia pro absente feratur. Altera exceptio videtur: Nisi sententia diffinitiua nondum fuerit dicta. Quæ tamen reprobatur c.finem.v.& ibi glo.de dolo & contumacia. Accedit Minsig.cen.j.obseruat. xxiij.Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C.d.reg.j.

VII. Regula: Si quis citatus in termino statuto non comparuerit: aduersario expensas præstare tenetur.cap.reprehensibilis.xxvj.§.si autem in fin.de appellatio.c.cum dilecti. vj.in fin.de dolo & contumacia. Concordant ea quæ habentur j.reg.xx.except.ij.item s.cap.vj.quæst iiij.reg.vj. & M.I. C.d.quæst.j.regu.ij. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex iusta vel rationabili causa abfuerit.c.quærelam.ij.de procuratoribus. Altera exceptio est: Nisi absens procuratorem apud acta habuerit. Cuius replicatio est: Nisi procurator non sit idoneus, vel non sufficiens. Quæ replicatio approbatur exemplo cap.constitutis.xij.d.titu. & cap.Nicolao. lxiiij de appellationibus. Huius replicationis species sunt exceptiones procuratoriæ, quas s. cap.iiij.quæst.j. enumerauimus. Plures propositæ regulæ exceptiones vide s.cap.vj. quæst.iiij.in fine.

VIII. Regula: Si reus exceptionem excommunicationis, quam in qualibet litis parte opponere potest, non ab initio, sed post multos labores & sumptus ab actore factos opposuerit: actori in expensas condemnatur.cap.exceptionem. xij.versi.qui si eam.de exceptionibus.

IX. Regula: Iniustè appellans sumptus aduersario in quadruplum restituere tenetur.ij.quæst.vj.cap.omnino.Plura de expensis litis præstandis vide M.I.C. libr.ij.cap.xxxj. de sumptibus.

DE SPORTVLIS IVDICVM.

X. Regula: Clerici iudicantes nihil pro suis sententiis accipere debent. cap. cum ab omni. 10. de vita & honestate clericor.

XI. Regula: Taxatio expensarum pro literis cancellariæ dandarum habetur extrauag. Ioan. XXII. vnica, de sentent. excom. Plura de sportulis iudicum & ministrorum vide M. I.C.d.cap.xxxj.de sportulis.

DE MISSIONE IN POSSESSIOnem bonorum rei seruandæ causa.

Executionis speciem habet missio in possessionem bonorum debitoris rei seruandæ causa. Ideòque de ea nonnulla hic subiiciemus.

XII. Regula: Si reus conuentus potestatem sui non faciat, nec defendatur: in bona eius fit missio, vel saltem in rem petitam.c.tuæ fraternitati.iij vt lite non contestata. Concordat s̄.cap.vj.quæst.iiij.reg.iiij. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi agatur de beneficio ecclesiastico.c.vnico, de eo qui mittitur in possessionem, in vj. Altera exceptio est: Nisi absens reuersus defensionem sui suscipere sit paratus. Quæ approbatur simul & distinguitur per ea quę traduntur j̄.reg. xix. Plures propositæ regulæ exceptiones vide s̄.ca.vj.q.iiij. in fine. & M.I.C.lib.ij.cap.xxxij.quæst.iij.

XIII. Regula: Ab eius loci magistratu, in quo bona sita sunt, missio fieri debet. cap.j.§. contrahentes. de foro competenti, in vj.

XIIII. Regula: Si in rem agatur, in solam rem petitam missio est facienda, non in vniuersa bona possessoris. c.quoniam.v.§.in aliis verò. vt lite non contestata.l.vij.§. item videamus.ff.quibus ex causis in possess.eatur.

XV. Regula: Si personali actione agatur, in bona mobilia: vel iis non sufficientibus, in immobilia pro modo debiti declarati actor est mittendus.d.cap. quoniam.v.§. si autem super.

XVI. Regula: Si clericus cõtumaciter absit, ex fructibus præben

præbendariis suis creditoribus satisfieri oportet. cap. peruenit. ij. de fideiussoribus.

XVII Regula: Antequam missio fiat, causa summatim examinanda. d. c. quoniam. v §. quod si super. versi. negocium summatim. l. ij. in fi. C. vbi in rem actio.

XVIII. Regula: Defructibus possessionis à misso non dissipandis, sed sequestrandis, cauetur cap. dilectus. ij. de sequestrat. possess.

XIX. Regula: Absens reuersus, si defensionem causæ suscipere est paratus, & cautionem Iudicio sisti præstet: rescissa missione possessionem recuperat. d. cap quoniam. v. §. in aliis verò. versic. qui si venerit. vt lite non contestata. cap. cum venissent. iij. de eo qui mittitur in possess. c. j. de dolo & contumacia. Concordat M. I. C. lib. ij. cap. xxxij. quæst. iij. except v. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non intra, sed post annum defensionem causæ suscipere sit paratus. d. vers. qui si venerit. ibi: quòd si cautionem offerre. Huius replicatio videtur: Nisi reuersus habeat indulgentiam Papæ, ne temporis cursus ei noceat. Sed reprobatur. c. dilecto. xxviij. de verb. significatione. Plures replicationes vide. ̅j. reg. prox. except. iij. & iiij. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi reuersus expensas litis aduersario non soluat. d. ver. qui si venerit. ibi: exhibita satisfactione congrua expensarum. c. cum venissent. iij. §. fin. de eo qui mittitur in possess c. ex literis. ij. §. fi. de dolo & contumacia. Concordant item ea quæ habentur ̅s. reg. vij. & M. I. C. d. except. v. repl. iij. Huius exceptionis replicatio est: Nisi reuersus ex iusta causa abfuerit. d. c. cum venissent. iij. §. nos igitur. vers. hoc etiam Tertiæ exceptionis loco notandum, quòd si delegatus Papæ aliquem in possessionem miserit delegato mortuo absens reuersus possessionem non nisi à Papa recuperet. c. pastoralis xj. §. præterea. vers. nec per alium. de officio ordinarij. Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. d. exceptione. v.

XX. Regula: Post annum à missione facta missus verus possessor constituitur, absenti proprietatis causa reseruata. d. vers. qui si venerit. & d. c. quoniam. v. §. quod si super. vers. omni allegatione absenti. vt lite non contestata. c. j. de eo qui mittitur in possessionem Huius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi actor missus non fuerit admissus, vel fuerit expulsus. Sed reprobatur c. contingit. viiij. de dolo & contumacia. Altera exceptio est: Nisi is qui missionem passus est, intra

intra annum cautionem Iudicio sisti præstiterit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. reg. proxima in prin. Huius replicatio est: Nisi voluntate, non re ipsa intra annum dictam cautionem præstiterit.d.cap.j.de eo qui mittitur. vers. licet voluntatem. Tertia exceptio est: Nisi per reum non steterit, quo minus intra annum dictam cautionem præstaret. cap.cum sicut.ij d.tit.c.pastoralis. xj. §. præterea.vers. verumtamen.de officio ordinatij.

XXI. Regula: Adfine missionis remedium est, sequestratio rei petitæ vel bonorũ debitoris.ca. ex literis.ij.de dolo & contumacia. Reprobatur tamen cap.j. de sequestrat.possess.

XXII. Regula: Est item missionis adfine remedium, causæ cognitio etiam absente aduersario.cap.vnico. §.fin.de eo qui mittitur in possess. in vj. De hoc remedio dictum s̄. cap.vj. quæst. iiij. reg. iij. Hæc de missione in possessionem bonorum rei seruandæ causa sint dicta. de qua vide plura M.I.C.libro ij.cap.xxxij.cum aliquot sequentib.

DE COMPROMISSIS.
Cap. XXI.

HActenus euentus & consequentia iudiciorum priuatorum descripsimus. Supersunt adfinia iudiciorum remedia, qualia sunt. Compromissum & transactiones, de quibus sequitur.

I. Regula: Compromissum regulariter præsumitur obligatorium, & actionem simul & exceptionem parere.de qua dicetur j̄.reg. proxim. Verùm plures regula proposita recipit exceptiones, quarum prima hæc est: Nisi quis nomine alieno sine speciali mandato compromiserit. Cuius tamen replicatio est. Nisi is cuius nomine compromissum est. arbitrium receperit.vel ratum habuerit.cap.per tuas. ix. §.super quo.de arbitris. Altera exceptio est: Nisi in seruum sit compromissum.iij.q.vij.c.infames. §.seruus. Plura de hac exceptione vide M. I. C.libro ij.cap. xxxviij. quæst. ij. except.vj. Tertia exceptio videtur: Nisi in libertinum sit compromissum. Sed reprobatur d.§. seruus.vers. libertinus potest.l.vij. in prin.ff.de recept. arb. Quarta exceptio est: Nisi in mulierem sit compromissum.l.vit. C.eod.tit. Cuius replicatio est: Nisi mulier de consuetudine habeat iurisdictionem.cap.dilecti filij. iiij. de arbitris. Quinta exceptio videtur: Nisi in

ignominiosum sit compromissum. Sed reprobatur d. c. infames.§.cognitores.& d.l. vij.in princ. Sexta exceptio : Nisi in iudicem ordinarium sit compromissum.d.c. infames, §. si quis verò iudex. l.ix. §.si quis iudex. ff. de recept. arbitris. Huius replicatio est: Nisi iudex ordinarius non sit competens reo.ij.q.vj.c.à iudicibus.§. ordinarij & arbitrarij.Septima exceptio videtur: Nisi in duos pluréſue numero pares sit compromissum.cap.j.de arbitris.vbi tamen magis consilium quàm lex dari videtur: cum ipsum compromissum ob parem numerum non vitietur. l.xvij.§.principaliter. ff. eod. tit.& glossa in dicto cap. j.in verbo Sanè. Octaua exceptio. Nisi ita sit compromissum, vt arbitri si dissenseriut, alium vel alios assumerent. cap.innotuit. xij. de arbitris.& d. l. xvij. §. si in duos. Contradicit tamen cap. cum à nobis. xiij. eod. tit. De qua contrarietate vide glossam in d. cap. cum à nobis, in verbo Mediatorum. Nona exceptio videtur: Nisi in causa patris in filium sit compromissum. Sed reprobatur ij.quæst. vij.cap.infames. §. filius etiam. l. vj. ff. de receptis arbitris. Decima exceptio est: Nisi de spiritualibus in laicum fuerit compromissum. cap. contingit. viij.de arbitris. Cuius replicatio est: Nisi authoritate iudicis in laicum sit compromissum.cap. per tuas.ix.§.fin.eod.tit. Vndecima exceptio: Nisi in causa restitutionis in integrum, vel matrimoniali, liberali aut criminali fuerit compromissum. cap. causa restitutionis.ix.de in integrum restit.l.xxxij.§.de liberali causa,ff.de receptis arbitris. Duodecima exceptio: Nisi ecclesiæ exempta in præiudicium exemptionis compromiserit.capitulo cum tempore. v. de arbitris. Decimatertia exceptio: Nisi pœna compromisso non sit adiecta. cap. per tuas. ix. §. si verò receptum. d. tit. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. quæst. ij. except. xxv. Decimaquarta exceptio : Nisi aliter compromittentium pendente compromisso decesserit.c.vltim.de arbitris.Plura de hac exceptione vide M.I.C.q.ij.except.xxxij.Hæc de exceptionibus aduersus compromissum:quarum tamen plures vide M.I.C.d.q.ij.

II. Regula : Si sententiæ arbitri non pareatur: actio ad pœnam persequendam competit, per ea quæ habentur M.I.C.lib.ij.cap.xl.quæst.j.causa vij. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi arbitri sententia sit iniqua. Quæ tamen reprobatur d. causa vij. except. ij. Admittitur verò exceptio proposita primùm quidem, si inimicitia vel pecunia

corruptus

corruptus arbiter iniquā sententiam dixerit.l.xxxij. §.cum quidam.ff.de recept.arbitris.Deinde admittitur,si illicitum aliquid faciendum sententia præceptum sit: puta filium exhæredari,vel vxorem abiurari.c.non sine.ij.c.peruenit.iij.de arbitris. cap. Quintauallis. xxiij.de iureiurando.Concordat M.I.C.d.causa vij. except.iij. Altera propositæ regulæ exceptio est:Nisi contra formam iuris vel compromissi sententia dicta sit.c.examinata.vij.de confirmatione. c. cū olim. vij.de arbitris.c.cum in veteri.lij.de electione.l.25.§. hæc autem.ff. de recept.arbitr. Tertia exceptio est: Nisi contra rem prius iudicatam arbiter sententiā dixerit.c.exposita.11.de arbitris. Quarta exceptio: Nisi diuersæ arbitrorum sint sententiæ.c. vlt.§.fi. de re iudicata.l.xxvij.§.si plures.ff.de recep.arbitris. Huius replicatio prima hæc est: Nisi maior pars arbitrorum consenserit: horum enim sententia valet. cap. j. in fine. de arbitris.cap.j.eod.tit.in vj.& d. §. si plures.vers. sed si maior. l. xvij. §. principaliter. vers. in impari. eod. tit. Concordant ea quæ habentur s.cap. xix.except.iiij. replic. j. Altera replicatio est:Nisi arbitri diuersis summis condemnauerint hoc enim casu, quamuis vtriusque sententiæ pares numero arbitri fuerint,tamen sententia minoris summæ valet; cum in eam omnes consensisse videantur. d. c.j.vers.licet cū vnus in quindecim.de arbitris,in vj.& d.§.si plures.ver.inde quæritur. Quinta exceptio: Nisi non omnibus præsentib.arbitri sententiam dixerint.cap.vno delegatorum.xlij.de officio delegati.l.xvij.§.fin.cum l.sequente.ff.de receptis arbitr.Cuius replicatio est:Nisi absentes adesse nolint.c. vt quæstionibus.ij.de arbitris,in vj.Plura de hac exceptione vide M. I.C. lib.ij.cap.xl.quæst.j.except.xiiij. Sexta exceptio est: Nisi de alia re, quàm de qua compromissum est, sententia sit lata. c.cum dilectus.vj.in fine. de arbitris. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. quæst. j. except. vj. Septima exceptio est: Nisi sententia id præceptum sit, quod est contra iuramentum eius, cui præceptum est. Quæ exceptio approbatur exemplo cap.veniens. xvj. de iureiurando. Octaua exceptio videtur: Nisi à sententia arbitri fuerit appellatum.Hęc exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s.cap.xviij.quæst.ij.except.j.Hæc de exceptionibus aduersus sententiam arbitri, & actionem quæ ex istiusmodi sententia instituitur. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C.d.cap.xl.quæst.ij.

p 2 III. Re-

III. Regula: Si quis nomine alieno compromiserit: siquidem dominus mandauit, aduersus ipsum dominum: sin minus, aduersus falsum procuratorem datur ex compromisso actio. cap. per tuas. ix. §. super quo. de arbitris. l. xxxij. §. penult. ff. eod. tit. Hæc de compromissis, de quibus tamen vide plura M. I. C. libro ij cap. xxxviij. cum duobus capp. sequentibus. Sequitur alterum iudiciorum adfine remedium, quod in transactione consistit.

DE TRANSACTIONIBVS.
Cap. XXII.

TRansactio non minorem authoritatem quàm res iudicata obtinet, omnémque disputationem causæ principalis tollit exceptionis oper. capit. j. de transactionibus. Concordat M. I. C. lib. ij. cap. xlj. quæst. ij. in princ. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi de beneficio ecclesiastico accepta pecunia sit transactum. cap. cum pridem. iiij. de pactis. Plura de hac exceptione vide j. libr. proxim. cap. xij. reg. xj. except. vj. replicat. ij. Altera exceptio est: Nisi de causa matrimoniali sit transactum. capit. vltim. vers. exceptis nimirum. de transactionibus. Tertia exceptio videtur: Nisi transigentem statim pœnituerit. Sed reprobatur cap. quod semel. xxj. de reg. iuris, in vj. l. xxxix. C. de transactionibus. Quarta exceptio est: Nisi aduersa quoque pars fidem transactioni non præstet. cap. frustra. lxxv. de regul. iuris, in vj. Plura de hac exceptione vide j. libr. v. cap. vij. reg. j. except. xiij. item M. I. C. d. quæst. ij. except. xv. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide d. quæstionē ij. Item plura de transactionibus vide M. I. C. d. c. xlj. cum cap. sequente. Hæc de adfinibus iudiciorum priuatorum remediis sint dicta.

LIBRI SECVNDI FINIS.

METHODI IVRIS PONTIFICII LIBER III.

DE RE ECCLESIASTICA.

DE ECCLESIIS IN GENERE.

CAP. I.



Actenus de Iudiciis tam priuatis quàm publicis, necnon de legibus ac magistratibus actum est. Nunc de re ecclesiastica & religionis: primùm quidem in genere, hinc in specie de personis, rebus, & actibus ecclesiasticis agetur. Generalis tractatus hæ sunt regulæ.

I. Regula, continens distinctionem significatorum vocabuli Ecclesiæ, habetur in glossa cap. vltim. in verbo Ecclesiam. ne prælati vices suas, &c.

II. Regula: Vna est ecclesia vniuersalis, extra quam non est salus. cap. j. §. vna verò de summa trinitate. j. quæst. j. cap. teneamus. xxiiij. quæst. j. cap loquitur. cap. quia ex sola. cap. quoniam. cap. pudenda. §. etenim. cap. schisma. item distinct. xciij. cap. qui cathedram.

III. Regula: De ecclesiis non diuidendis cauetur cap. auaritiæ. x. in fine. de præbendis. distinct. x. cap. j. § sanctus quidem. xvj. quæst. j. c. multis. q. vij. c. sicut. xxj. q. ij. cap. sicut. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi episcopus in diuisionem consenserit. d. cap. multis. vers. cum voluntate eius episcopi. & d. quæst. j. cap. decimas. §. fin. Altera exceptio est: Nisi Papa Ecclesiam diuiserit. d. §. fin. Huius exemplum habetur extrauag, commun. saluator. v. cum duabus sequentibus. de præbendis. Plura de regula proposita vide infrà cap. vij. reg. cxij.

III. Regula: De euentu diuisionis ecclesiarum cauetur extrauag. Ioann. xxij. j. de concessione præbendæ. extrauag. comm. vnica, de officio delegati. Alius effectus habetur extrauag. Ioann. xxij. ad Apostolatus. ij. de de concessione præbendæ.

DE VNIONE ECCLESIARVM.

V. Regula: Ecclesia quæ minus habet quàm decem mancipia, aliis ecclesiis cōiungenda.x q.iij.c.vnio.§.eadem scilicet. Hostilitatis quoque & paupertatis ratione fit vnio ecclesiarum.xvj.q.j.c.postquam.xxv.q.ij.c.vlt.§.hostilitatis quoq;.

VI. Regula: Prælatus inferior citra superioris consensum non potest suam ecclesiam vel sibi subiectam alteri vnire c. sicut.viiij.de excessibus prælator. xvj.q.j. c.plures.§.ius ergo Quod autem d.c.viij dicitur, vnire episcopatus ad summum pertinere Pontificem, ei concordat xvj. q.j c. decimas. §. fin. Exemplum vnionis habetur d.q.j.c.& temporis.

VII. Regula: Episcopus vnire potest ecclesiam alteri ecclesiæ, etiam non vocato rectore vel defensore. Clement. si vna.ij.de rebus ecclesiæ non alienandis. xvj.q.j.c.præcipimus.§.sicut. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi mensæ suæ vel capitulo ecclesiam vellet vnire.d. Clement.si vna. ij. vers. quod si episcopus. Altera exceptio est: Nisi plures baptismales ecclesias vna terminatione episcopus velit vnire.xvj.q.j.c.plures.

DE ECCLESIIS TRANSFERENDIS ac transmurandis.

VIII. Regula: De causa transmutationis triplici cauetur. De consecrat.distin.j.c.tribus.

IX. Regula: Quorum consilio & authoritate transmutatio facienda, cauetur xvj.q.vij.c si quis vult.

X. Regula: Ne in priuatum vel sæcularem vsum ecclesiæ conuertentur. cauetur d.q. vij.c.nemini, xix. q. iij.c. quæ semel.c.quoniam.

XI. Regula: De transferenda sede episcopali cauetur xxv.q.ij.c.vlt.

XII. Regula: Sæcularis ecclesia ad statum regularem potest commutari. c.ad audientiam. v.de ecclesiis ædificandis.

XIII. Regula: Ecclesiæ licet habere patrimonium, item actorem seu syndicum.cap.vnico, de syndico. xij q.j.c. exemplum.ca.expedit.c.habeat. Huius regulæ exeptio videbatur esse in prædiis seu rebus immobilibus. Sed reprobatur hæc exceptio d.q.j.c.futuram.c.videntes.

XIIII. Regula: De ecclesiis non violandis, & violatorum pœna, cauetur c.relatum.xxj.§.fin. de iure patronatus. xvij.q.iiij.c.ad episcopos.c.attendendum.c.si quis. Plura de

hac re vide ĵ.xxvij.

XV. Regula: De ecclesiis defendendis contra laicos cauetur distinct.96.cap.vlt.& distinct.97.in prin.§.sed sicut ex c.j.cum c.sequente.

XVI. Regula: Comparatio ecclesiastici & ciuilis status habetur dist.96.c.cum ad vtrum.c.quis dubitet.c.duo sunt.

XVII. Regula: Ecclesia cum suis personis, rebus & actibus laicorum dispositioni vel iudicio non subiicitur, per capitula iam proposita. Quibus accedit d.distin. 96. in prin. cum c.sequente.c.nos ad fidem, cum c.sequente.c.vbinam.c. denique.c. satis.c.in scripturis.c.si Imperator.c.nunquam.c. sicut.item distinct.97.in princ. Concordant item ea quæ habentur ĵ.c.vj.reg.xviij.&.c.xij.reg.v.

XVIII. Regula: Ecclesia perinde ac minor restitutionem in integrum petere potest. c.j.cum c.sequente. de in integr.restit.Clement.vnica.eod.tit. Huius exceptio prima videtur: Nisi aduersus aliam ecclesiam in integrum restitui petat. Sed reprobatur ca.auditis.iij.eod.tit. Altera exceptio. est: Nisi semel petita restitutio in integrum ei sit denegata. Quæ exceptio approbatur simul& distinguitur c.vlt.d.tit.

XIX. Regula: Ecclesiæ quadraginta annorum præscriptio obstat.c.de quarta. 4.ca. illud.8.& c.quia indicante.ix.de præscriptionib.c.si qui.ij.eo.tit.invj.xvj.q.iij.c.placuit. §.cæterùm aduersus.c.iubemus.§.de præscriptionibus.item q.4. cap.vlt. Nouell.110.& Nouell.131.§.item pro temporal. Item concordat M. I. C. lib.iij.c.vj.q.viij.reg.iiij.Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ecclesia vacauerit: hoc enim tempus, quo vacauerit, ex hac quadrageneraria præscriptione detrahitur. d.c.de quarta.iiij.& c.auditis. xv.eod. tit.de præscriptionib. Altera exceptio est: Nisi quadraginta annorum præscriptio sit interrupta. d.cap.auditis. xv. vers.si autem exceptionem.& c.illud.viij.§.fin.eod.tit. Tertia exceptio est: Nisi belli tempus intercesserit.ca.ex transmissa.x.d. tit. Quarta exceptio est: Nisi schisma intercesserit.cap.cum nobis xiiij.eod.tit.Quinta exceptio est: Nisi ecclesia contra ecclesiam præscribat: tunc enim triginta anni ad præscribendum sufficiunt xvj.q.iij.c.placuit.§. cæterùm.vers.in canonibus. Concordant ea quæ habentur. ĵ.cap. viiij.reg.ij. in prin.Contradicit.d.c.de quarta. iiij.c. ad aures. vj.de præscriptionibus Planè propositæ exceptionis replicatio est: Nisi monasterium contra ecclesiam præscribat; hoc enim casu requi-

requiruntur quadraginta anni.d.§.cæterùm. verſ. monaſterium aduerſus eccleſiam.xvj q.iiij.in prin.cum ſequentibus, vſque ad c. vlt. Sexta exceptio eſt: Niſi aduerſus Romanam eccleſiam præſcribatur: huic enim non niſi centum annorum præſcriptio nocet. ca.ad audientiam. xiij.ca.cum nobis. xiiij.& c.ſi diligenti.xvij.in fine.de præſcriptionibus.c.ſi qui. ij.verſ.niſi contra ipſam. eo.tit.in vj.c.cum dilecta.iiij.§ quia verò.verſ.vt cum aduerſus.de confirmatione vtili vel inutili. item xvj.q.iij.ca.vlt. Contradicit xvj.q.iiij.cà.volumus.verſ. etiam ſi quid Romanæ. Planè huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi bona hæreticorum ab illorum liberis Romana eccleſia vindicet: hoc enim caſu vindicanti quadraginta annorum præſcriptio nocet.d.cap.ſi qui.ij.§.ſi poſt mortem. de præſcript.in vj. Septima exceptio eſt: Niſi eccleſia conuerſa vindicetur: hanc enim conuertens epiſcopus triennio præſcribit. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur c.j.de præſcriptionibus. Hæc decimanona regula: de qua tamen vide plura j.c.ix.reg.ij & lib.v.c.vj.reg.xx.

XX. Regula: Eccleſia triginta annis præſcribit.c.ſanctorum.iij. de præſcriptionibus.

XXI. Regula: Eccleſiæ nomine ſine authoritate prælati non litigandum. c. cauſam. ix de iudicijs.

XXII. Regula: Ex contractu vel delicto clerici eccleſia non obligatur, nec ei præiudicatur. cap. j. de propoſito. c. quod quibuſdam.iiij.de fideiuſſorib.cap.delictum.76.de reg. iuris,in vj.xvj.quæſt.vj.c.ſi epiſcopum. c.ſi fortaſſis.c. epiſcopo.c.vlt.§.ſi ergo.Nouel.120.§. at ſi quis epiſcopus & Nouell. 123.§.ſi verò œconomi. Concordat item.j.lib.v.cap.viiij.reg. xx.except.j.Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi aliquid ex contractu vel delicto clerici ad eccleſiam peruenerit, vel in rem eius ſit verſum.d.c.j.verſ.cum non conſtet.& d.c.quod quibuſdam. iiij. verſ. niſi fortè in vtilitatem. item cap.j. de ſolutionibus.

XXIII. Regula: Nomine eccleſiæ prælatus conueniri poteſt.c.edoceri. 21.de reſcriptis.l.31.§. hoc nihilominus. C. de epiſcopis & clericis. Contradicit Nouel. 123. §. epiſcopus

XXIIII. Regula: De immunitate eccleſiæ cauetur ca. non minus.iiij.de immunitate eccleſiæ.c.j.& c.clericis.iij.eo. tit.in vj.c.quanquam.iiij.de cenſibus,in vj.Clement.vlt.eo.tit. xij.q.ij.c.eccleſiarum.xvj.q.vij.c.eccleſias,in fine.xxiij.q.viij. c.ſecundum. Concordant item ea quæ habentur M. I. C.lib. iij.c.

iij.c.vj.q.viij.reg.ij.in prin.Planè d.c.clericis.iij.mutatur Clement.vnica,eod.tit.de immunitate ecclesiar. Declaratur extrauag.comm.j.in prin.eod.tit. Sed & contradicit propositæ regulæ c.omnis.ij.de censibus.item xj.q.j.c.magnum.xxiij.q.viij c.tributum. Sed ex his notanda est prima propositæ regulæ exceptio hæc,quòd pro pace & quiete tributum ab ecclesia persoluatur. Cui concordat l. xj. C. de sacrosanctis ecclesiis. Altera exceptio est: Nisi ecclesiasticum sit munus, quod ecclesiæ iniungitur. c. j. vers. præter eclesiasticum. de censibus. Cuius replicatio est: Nisi espicopus nouum censum ecclesiæ imponat. c. scientes.iij.eod.tit.Tertia exceptio est:Nisi procuratio in visitationibus exigatur.c.cum venerabilis.xxj.eod.tit.Quarta exceptio est: Nisi ecclesia quid vltra mansum, domos & hortos iuxta eclesiam positos habeat: hoc enim quod amplius est,immune non videtur.c.j.in fine de censibus.xxiij.q.viij. cap. sancitum. Quinta exceptio est: Nisi necessitas vrgeat. c. peruenit. ij.&. c. non minus. iiij. §. quocirca.vers.nisi espicopus.de immunitate ecclesiar.Huius replicatio est:Nisi Papa non prius consulatur.c.aduersus.vij. in prin. vers. propter imprudentiam.eod.tit.extrauag.com. j.§ cæterum. eod.tit. Sexta exceptio videtur: Nisi ecclesia non dum sit consecrata.Sed reprobatur. c.ecclesiæ.ix.eo.tit. Septima exceptio videtur: Nisi munera patrimonalia exigantur ab ecclesia. xj. q. j. ca.si tributum. Contradicunt ea quæ posita sunt s̄.ead.reg.in prin. Octaua exceptio est: Nisi ecclesia non contenta decimis & primitijs, prædia, villas, castella & ciuitates possideat. xxiij. q.viij. c.si in mortem.§.sed notandum est. vers. porrò alij. Nona exceptio est in iis quæ ecclesia non ex oblationibus, vel imperiali beneficio. vel ex sepultura, sed ex donatione inter viuos, vel emptione possidet.d.q.viij.c.sancitum.§.hinc datur.Hęc ex vicesima quarta regula eiúsque exceptionibus sint dicta. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C.lib.iij.c.vj.quæst.viij.reg.ij.

XXV. Regula: Ecclesiæ res immunes sunt à lucratiuorum descriptione.xxiij. q. viij. c. in qualibet. §. sancimus.l. xviij. C. de sacrosanctis ecclesiis. De immunitate Ecclesiæ.

XXVI. Regula De securitate ijs qui ad ecclesias confugiunt, præstanda,& ne quis inde vi extrahatur,cauetur.c. inter alia.vj.de immunitate eccles. distinct.87.c. eos qui.xvij q.iiij.c.sicut, in fine.c.miror.c.reum.c. frater.cap. nullus.c.si quis contumax.c.si quis suadente. §. qui autem. c.diffiniuit.

cap.id.

constituimus.Coucordat item M.I.C. lib.iij.ca.vj.quæst.viij. reg vj. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi publicus latro vel nocturnus depopulator agrorum ad ecclesiam confugerit.d.c.inter alia.vj.vers.nisi publicus latro. Altera exceptio est nisi homicida voluntarius ad ecclesiam cōfugerit. c. j. de homicidio. Cuius. iuterpretationem vide apud Baptist. à Villalob.in Com.opin.litera C.nam.83.Accedit.Nouel.xvij. §.cęterum.Tertia exceptio est:Nisi seruus ad ecclesiam confugerit. Quæ exceptio approbatur sub conditione d. c. inter. alia.vj. vers. si verò seruus fuerit. & xvij.q.iiij.c.metuentes.c. vxor.c.Iudas.c.id constituimus.§.seruus autem.Concordant item ea quæ habētur M.I.C.d.reg.vj. except.j. Quarta exceptio est:Nisi quis sub spe immunitatis in loco ecclesiæ crimē cōmiserit.c.vlt.de immunitate ecclesię. Quinta exceptio est, Nisi fugiens ad ecclesiam ablata non restituat.xiiij.q.vj.c.j.§. illud verò.Sexta exceptio est:Nisi fugienti à persequente præstito iuramento cautum sit de morte,debilitate membrorum vel simili pœna nō infligenda.xvij.q.iij.c.id cōstituimus vers. nisi ad Euangelia.Plures exceptiones vide M.I.C.d.reg.vj.

XXVII. Regula: De pœna eorum qui ecclesiæ pacem turbant,cauetur xxiiij.q.j.c. qui contra.q.iij.ca.quisquis per. Concordat s.reg.xiiij.

XXVIII. Regula: De pœna eius qui in atrio ecclesiæ pugnam committit,vel homicidium facit,cauetur xvij.q.iiij. cap.si quis in atrio. Concordat M.I. C.lib.iij.c.vj.q.viij.reg.v.

XXIX. Regula:De priuilegiis ecclesiarum non negligendis in genere cauetur xxv.q.ij.c. priuilegia cap. quæcunque. Concordat M.I.C. d.q. viij.reg. j. Quæ autem sint priuilegia ecclesiarum, ex præcedentib. patet, Sed & plura istiusmodi priuilegia in sequentib.proponentur.Pœna eius qui ecclesiastica priuilegia violat,cauetur xij.quæst.ij.cap. qui & diuinis.

XXX. Regula: Ecclesiæ res alienas rapere vel inuadere non licet.xij.q.ij c.sicut. Hæc de ecclesia in genere sint dicta. De ædificandis & dedicandis ecclesiis dicetur j.ca.xv. Sed & de ecclesia vacante nonnulla restant dicenda: de qua sequitur cap.prox.

DE ECCLESIA VAcante. Cap. II.

PRima regula:Ecclesia vacare dicitur per prælati mortem, non solum naturalem, sed etiam ciuilem: vt puta per eius

eius captiuitatem.cap. si Episcopus.iij. de supplenda neglig. præl.in vj.

II. Regula: Ecclesia vacante, capitulo debetur ius prælati defuncti.cap.his quæ.xj.§.fin.cap. cum olim.xiiij.de maioritate & obedientia.cap.vnico,eod.tit.in vj.& d.cap.si episcopus.iij. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi specialiter à Papa quid capitulo sit interdictum.d.ca.vnico.versic.nisi ei fuerit à sede apostolica. Altera exceptio est in iure correctionis, excommunicationis & suspensionis,d.cap.xj.versic. excepto quod de correctione. Tertia exceptio est in iure conferendi præbendas,cap.illa.ij.ne ecclesia vacante aliquid innouetur.cap.vlt. de regularibus, in vj. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ad præsentationem patroni capitulum aliquem instituat.cap.j. de institutionibus,in vj. Altera replicatio est: Nisi collatio communiter ad episcopum & capitulum pertineat.cap.j. in prin.ne sede vacante,in vj. Quarta exceptio est: Nisi sede apostolica vacante,Cardinales aliquid circa canones immutare velint,vel quid simile, quod est meri imperij, vsurpare. Clement. ne Romani. ij.in prin.de electione.

III. Regula: De ecclesia vacante alicui committenda, donec alius eligatur, cauetur ca.nemo.xv.& cap.cum ex eo. xxxiiij.§.porrò septennio. de electione,in vj.

IIII. Regula: De œconomo ecclesiæ vacanti constituendo cauetur c.cum vos.iiij.de officio ordinarij.

V. Regula: Ecclesiæ cathedrali vacanti solus Papa administratorem deputare potest. Quæ regula approbatur simul & distinguitur cap.vlt.de supplend.neglig.prælat.in vj.cap.is cui.xlij.versi.cui soli hoc competit.de electione, in vj. Idem cauetur in adiutore adiungendo cap.vnico,de clerico ægrotante, in vj.

VI. Regula: De iure & officio eius cui ecclesia vacans est commissa, cauetur d.c.is.cui.xlij.

VII. Regula: Is cui ecclesiæ vacantis administratio cõmissa est,beneficia conferre non potest. Quæ regula approbatur simul& distinguitur d.cap.vlt.§.fin. Concordat ĩ.reg. ij.exceptio.iij.

VIII. Regula: Commissarius prolaturam retinere non debet: sed operam dare, vt intra annum aliquis eligatur: quod nisi fecerit, alius ei est substituendus. vij.quæstio.j. cap. constitutum.

IX. Regu

IX. Regula: De inuentario rerum ecclesiasticarum conscribendo cauetur xij.quæst.ij.cap.charitatem.

X. Regula: De bonis & fructibus ecclesiæ vacantis non occupandis, sed eligendo reseruandis, cauetur cap. generali.xiij.& cap.quia sæpe.xl. de electione, in vj Clement.statutum.vij.eod.titu.Clement.j.§. in quibus etiam.de supplenda neglig.prælator.cap vlt.de officio ordinarij,in vj. Propositæ regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi consuetudo sit,vt fructus primi vel secundi anni applicentur quibusdam personis. Sed hæc exceptio reprobatur certo modo extrauag. comm.vnica, ne sede vacante aliquid innouetur. extrauag. Ioan. x x ii.suscepti.ij. de electione.extrauag. com.exhibita.iiij.de priuilegiis.

X I. Regula: Ne ecclesia vacante aliquid innouetur, cauetur cap.j.& cap.vltimo ne sede vacante, &c.

X I I. Regula: sede Apostolica vacante, nihilominus ad eam venire debent, qui aliâs ad Pontificem venire sunt adstricti.Clement.ne Romani.ij.§.fin.de electione.

X I I I. Regula: Electis etiam alibi morantibus sede vacante,circa electionem suam nullum ex mora præiudicium generatur.extrauag.Ioan. x x i i. j.de electione. Hæc de sede vacante sint dicta.

DE ECCLESIIS ET MONAchis in genere. Cap. III.

HACTENVS de ecclesia tanquam de toto actum est: nunc de eius partibus agetur, hoc est, de personis, rebus & actibus ecclesiasticis. Personæ autem ecclesiasticæ censentur clerici & monachi, de quibus primùm in genere, postea in specie tractabitur.

I. DEFINITIO NOMINIS clerici ac monachi.

I. Etymologia clerici habetur distinct.xxj. cap.j.in prin. xij.quæst.j.cap. clericus.& cap. duo sunt versic. cleros enim. item De Præbendis & dignitatib. cap. cum secundum. xvj. versi.cum enim à cleros.

I I. Etymologia sacerdotis & antistitis habetur distinct. xxj.cap.j.§.antistes.

I I I. Etymologia monachi habetur xvj.quæst.j.cap.j.cap. si cu

ſi cupis, in princ.cap.placuit.§.fin.
II. DEFINITIO realis clerici habetur diſtinct.xxj. cap.j.§ generaliter.
III. GENVS clericorum & ſpecies cognata proponitur xij.quæſt.j.cap.duo ſunt.
IIII. DIFFERENTIA clericorum & monachorum habetur xvj.quæſt.j.cap. alia cauſa. cap. hinc eſt.§.item illud Hieronymi.
V. ORIGO clericorum exponitur diſtinct.xxj.in princ. cap.in nouo.
VI. SPECIES clericorum enumerantur diſtinct. xxj. cap.j.§.generaliter.diſtinct.l.xxij.cap.clericum,in fine.xj.q.j. cap.de perſona.§.fin.Nouell.cxxiij.§.præſbyteri.
VII. GRADVS clericorum exponuntur ca.ſtatuimus. xv.de maioritate & obedientia.
VIII. DIVISIO clericorum in canonicos & non canonicos habetur cap.cum tibi.xviij.de verbor.ſignific.
IX. OFFICIA clericorum per ſingulos gradus diſtinct. xxv.cap..cum cap.ſequente.

DE CLERICIS ET MONAchis ordinandis. Cap. IIII.

I. QVOD CLERICI ORDINANDI?

PRIMA regula: Epiſcopi iudicio ſecundum eccleſiæ facultates numerus clericorum ſtatuendus.ca.quoniam ix.in princ.de vita & honeſtate clericor.cap.j. & cap. authoritate.iiij.de inſtitutionibus.cap.j.§.ſanè, vt de ſtatu regularium,in vj. Concordat item M.I.C.lib.iij.cap.j.in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ob defectum facultatum ſinguli monachi in ſingulis prioratibus conſtituantur.cap. ex parte.iij. de capellis monachor. Altera exceptio eſt: Niſi facultates poſtea ſint auctæ: hoc enim caſu numerus quoque clericorum augendus.cap.cum M. ix. de conſtitutionibus. Huius replicatio eſt: Niſi literis apoſtolicis numerus moderari iuſſus ſit: hoc enim caſu etiã auctis poſtea facultatibus numerus augeri non debet.cap. vltim. de verborum ſignificatione.

II. Regula: Numerus à Papa conſtitutus obſeruandus, vltra quem clerici aliquem recipere cogendi non ſunt. Cuius regulæ exceptio eſt: Niſi clerici prius vltra numerum

ſtatutum

ſtatutum aliquem receperint: hoc enim caſu alium à Pontifice præſentatum recipere coguntur. cap. pro illorum. xxij. de præbendis.

III. Regula: Numerus clericorum augendus potius eſt quàm minuendus, ſi ſuppetant reditus.cap. ex parte.xij. de conſtitutionibus.

IIII. Regula: Præſtat paucos bonos, quàm multos malos ordinari.cap.tales.iiij.diſtinc.xxiij.c.cum ſit. xiiij.in fine. de ætate & qualitate perficiendorum. Plures huiuſmodi regulas vide M.I.C. d.cap.j.quæſt.j.

II. QVI ET QVALES ordinandi?

I. Regula: Tales ordinandi, qui dignè ſacramenta poſſint tractare.d.cap.tales.iiij.

II. Regula: Meritis, non gratia clerici ordinandi. viij. quæſt.j.cap.qui vos.ca.licet.

III. Regula: De officialibus ad clericatum non ordinãdis cauetur diſtin.51.cap.præterea.diſtinct.liij.c.j. Vide item M.I.C lib.iij.cap.j.quæſt.ij.reg.j.

IIII. Regula: De procuratoribus, actoribus & tutoribus non ordinandis cauetur diſtinct. liiij.cap. magnus. item cap.vnico, de obligatis ad ratiocina.
Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi rationes reddiderint, & reliqua ſoluerint.d.cap.magnus. verſi.ſi poſt depoſita vniuerſa. Altera exceptio eſt: Niſi conſentiant.ij quibus ſunt obligati.d.diſtinct.liiij. cap. admittuntur.§. & non tantùm de his.verſi. niſi fortè eorum.

V. Regula: De curialibus & cohortalibus non ordinandis cauetur diſtinct.xxxiiij.cap.præcipimus.verſi. vel curiæ. diſtinct.51.in prin.cum cap ſequente.cap. deſignata.cap.præterea.cap.vlt.verſi.qui curiæ.diſtinct.liij. in prin.cum cap.ſequente.l.iiij.C. de epiſcopis & clericis. Plura de hac regula vide M.C.d.quæſt.ij. reg.ij.

VI. Regula: De colonis originariis & adſcriptitiis non ordinandis cauetur.d.verſi.vel curiæ.& diſtinct.liiij.cap.quis aut.cap.generalis.cap. admittuntur.verſic. & non tantum.diſtinct.lv.cap.j.verſi.vel originariæ.l. xvj. & l.xxxiiij. in princ. C.de epiſcopis & clericis. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi in eo vico, cui eſt adſcriptus, clericus fiat.d. diſtinctio. liiij.cap.ſi ſeruus.§.fin.Nouell.cxxiij.§. adſcriptitios. Plures

propo

propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C.d. quæst.ij.reg.ij.

VII. Regula: De seruis non ordinandis cauetur d.cap. generalis.& d.cap.admittuntur.& d.distinct.liiij.in prin.cum cap.sequente.c.nulli.cap.de seruorum. cap.si quis obligatus. cap.de rebus,in fine.c. ex antiquis.cap. frequens.distinct.lv. cap.j.vers.vel seruilis.distin.51.c.vlt.versi.qui seruili. Concordat item cap.j.in fi.de filiis presbyterorum.cap.j.cum cap.sequente.& cap.consuluit.v. de seruis non ordinandis. xvj.q j. cap.qui verò.§.& neminem.Apostol.canon.lxxxj. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi dominus in ordinationem serui consenserit, vel sciens non contradixerit. cap.si seruus sciente,in prin. distin.liiij.d.canon.lxxxj. Concordat M.I.C.d.quæst.ij. regu.iiij. except.j. Altera exceptio est: Nisi dominus seruum intra annum non vindicauerit.d. cap.si seruus.versi.sed si ignorante.Nouell.cxxiij.§.si seruus. Tertia exceptio est: Nisi seruus à domino fuerit manumissus.d.distinct.liiij.cap.qui ex famulis,in prin. vsque ad §.qui autem.item cap.de seruorum. versic. nisi prius.item De seruis non ordinandis cap.j. versi.nisi ante clericatum.c.de seruorum.ij.versi.nisi prius.c.de famulis iij.versic.ita tamen vt. item De filiis præsbyterorum c.j. in fine. Huius exceptionis replicatio est: Nisi ius patronatus dominus in manumisso sibi reseruet.distinct. liiij.cap.quicunque. Quarta exceptio est: Nisi seruus monachus sit factus, non clericus.d. cap.si seruus sciente.versic. verùm etiam si legitimè. distinct.liiij. Nouell.v.§ hinc autem nobis. Contradicit d.distinct. liiij.c. generalis. Planè propositæ exceptionis replicatio hæc est; Nisi intra triennium, ex quo seruus monasteriũ est ingressus, dominus eum vindicauerit.d.versi.verùm etiamsi legitimo.xvij.q.ij.c.vlt.item d.§.hinc autẽ nobis. & Nouell.cxxiij. §.cæterùm si quis. Quinta exceptio videtur: Nisi seruus Iudæi Christianus ordinatus sit.dist.liiij. cap. generalis.§.fina. Sexta exceptio: Nisi ex matre libera natus sit, quãuis ex patre seruo.c.vlt. de seruis non ordinandis. Septima exceptio: Nisi seruus præsbyter aut diaconus sit factus. Quæ exceptio approbatur certo modo dist.liiij.c.de rebus.vers.cæterũ si.c. ex antiquis.vers.ita vt si quis.c.si seruus absente. Octaua exceptio: Nisi seruus subdiaconus sit factus.c.miramur. vij.de de seruis non ord. Nona exceptio: Nisi seruus episcopus sit factus.dist.liiij.§.si seruus sciente.vers.episcopalis enim. Plura de hac exceptione dicentur j.lib.v.in iure seruorum.

DE

REPLICATIO PRÆCEDENTIUM exceptionum generalis.

Hactenus propositæ regulæ de seruis nō ordinandis exceptiones enumerauinus: quarum replicatio generalis hæc videtur: Nisi ecclesiæ vel monasterii seruus sit ordinatus. Quæ tamen reprobatur distinct. liiij. c. admittuntur. §. de seruis cum sequentibus, vsque ad §. ecce quando.

VIII. Regula: De libertis non ordinandis cauetur distinctione. liiij. c. si quis obligatus c. quicunque. vers. qui verò retento. cap. vlt. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi patronus consenserit. d. c. si quis obligatus. in fine. Altera exceptio est: Nisi nullum obsequium in liberto patronus sibi retinuerit. d. c. quicunque, in prin.

REPLICATIO PRÆCEDENTIUM exceptionum generalis.

Planè exceptionum tam propositarum replicatio generalis hæc est: Nisi libertus ordinatus patrono horas canonicas psallere noluerit. c. nullus. iiij. de seruis non ordinandis.

IX. Regula: De peregrinis non ordinandis cauetur ca. vlt. de clericis peregrinis. cap. j. cap. eos qui. & cap. vlt. versic. sed nec absque de tempor. ordinat. in vj. distinct. 51. cap. vlt. versi. qui ignoti sunt. distinct. lxx. in princ. distin. lxxj. in prin. cum cap. sequente. c. de aliena. cap. si quis. cap. clericos. c. primatus. c. extraneo. cap. penult. & vlt. item distinct. lxxij. c. clericum. cap. vlt. item distinct. 98. cap. Afros. & cap. vlt. Concordat item l. xj. C. de episcopis & clericis. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi superioris sui consensu peregrinus sit ordinatus, vel ab eo literas dimissorias habeat. Quæ exceptio apparet ex his quæ iam proposita sunt. Declaratur definitione superioris c. cum nullus. iij de temp. ordinat. in. vj. de literis dimissoriis, quarum mentio facta est, vide j. cap. proxim. reg. 70. & 71. Altera exceptio est: Nisi prioratuum nō exemptorum priores, horúmve socij ab episcopo ordinentur. d. c. cum nullus iij. §. si. Tertia exceptio: Nisi peregrinus à suis clericus fuerit ordinatus. Quæ exceptio ipso quidē iure subsistit: verùm eius replicatio est: Nisi de ipsius ordinatione legitimè non constet. cap. j. cap. inter quatuor. ij. cap. tuæ fraternitatis. iij. de clericis peregrinis. distinct. xcviij. in prin. cum duobus cc. sequentibus Quarta exceptio est:

eſt: Niſi cum peregrino fuerit diſpenſatum. cap. vlt. in fine d.tit.de clericis peregrinis.diſtinct. lxxj. cap. fraternitatem. Quinta exceptio: Niſi Papa in eccleſia Romana peregrinos ordinauerit.j.quæſt.j.cap.per principalem.

REPLICATIO. PRÆCEDENTIVM exceptionum generalis.

Planè exceptionum iam enumeratarum replicatio generalis hæc videtur: Niſi certæ originis clerici ex pacto vel conſuetudine ordinentur: hoc enim pactum vel hæc conſuetudo videtur alios peregrinos in caſibus exceptis excludere. Verùm replicatio hæc reprobatur cap. ad decorem. v. de inſtitutionib. Hæc de nona regula.

X. Regula: De indoctis non ordinandis cauetur c. eam te.iiij. in princ. ca. cum ſit.xiiij. & c.vltim.de ætate & qualitate præficiendor.c.vlt. verſ. ſeu illiterato. de tempor. ordinat. in.vj.diſtinct.xxxiiij.c.præcipimus.verſ.aut ignorantem literas.diſtinct.xxxvj.cap.j.diſtinct.xlix.c.vlt.diſtinct.51.cap. vlt.verſ.qui inſcij. diſt.lv.c.j.verſ.vel illiteratus.& c.pœnitentes,in prin.Concordat item M.I.C.lib.iij. cap.j.q. ij. reg. vij.

XI. Regula: De imprudentibus non ordinandis cauetur diſtinct. xxxvj. in prin.

XII. Regula: De infamibus & reprehenſibilibus publicóve iudicio damnatis non ordinandis cauetur diſtinct. 51.cap.vlt.in prin.diſtinct.xlix.per totam diſtinct. lv.cap.j.diſtinct.lxxvij.cap ſi quis de.verſ.ſi nullo graui.j.q.j.c.eſtote.q. vij.c.ſi quis omnem, §. etſi informationem.& §. qui poſt baptiſmum. Apoſtol.canon.lx. Concordat item M. I. C. d. q. ij. reg.viij.Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi crimen fuerit occultum.c.ex tenore.iiij.de tempor.ordinat.Declaratur hæc exceptio definitione criminis occulti c. veſtra. vij.verſ. cæterùm aliud.de cohabitat. clericor. Huius exemplum habetur c.vlt.de furtis. Eius autem exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ablatum nondum reſtituerit, nec de crimine pœnitentiam egerit: hoc enim caſu propoſita exceptione non defenditur.d.c.vltim.verſ.poſt peractam pœnitentiam.Altera exceptio videtur:Niſi lapſus pœnitentiam egerit. Sed reprobatur diſtinct.50.in princ.cum ſequentib.de qua re vide j.reg.xv.item j.cap.prox.in fine.

XIII. Regula:De ebriis ſeu vinoſis non ordinandis cauetur diſtinct.xxxv.in prin.§.ſequitur.

XIIII. Regula: De homicidis,& iis qui mortis causam præbuerunt, non ordinandis cauetur ĵ.cap. prox.reg.lxxiiij.

X V. Regula: De pœnitentibus non ordinandis cauetur c.j.de bigamis non ordin.distin.xxxiij.ca.maritum. verf.nec eum qui publica.distin.xxxiiij.c.præcipimus.verf.vel pœnitentiæ.distinct. 50.c.ex pœnitentib. c. quicunque. c. si ille. c. non confidat.c.canones.c.in capite.§.fin.c. illud quoque. ca. placuit & distin. 51.c.vlt.in prin. verf.qui scelera. & distin. lv. c.j.verf.vel publica pœnit.c.nullus,in prin. c.pœnitẽtes.item distin. lxj. c. non negamus.verf. sed nec de pœnitentib. Declaratur regula proposita definitione pœnitentis d. cap. placuit. §. eum verò. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi necessitas aut vsus exegerit.d.c.placuit.verf.nisi tantùm si necessitas. Altera exceptio est: Nisi non publicam vel solennem, sed priuatam egerit pœnitentiam.d.distin.50. c.si verò.cap.si quis post.§. potest & aliter.item De tempore ordinat. c.vlt. Tertia exceptio est: Nisi post actam pœnitentiam sæcularis militiæ cingulum non acceperit. d. c. si quis post,in prin. Hæc de decimaquinta regula sint dicta: de qua tamen vide plura ĵ.capite proxim.in fine.

X VI. Regula: De Simoniacis non ordinandis cauetur j.q.j.c.quicunque.c.citò turpem. §. quia ergo.verf.secũdum Gregorium.c. eos qui verf. nam & vicesimus. q. vij.ca. conuenientibus. §. ex hac authoritate. verf. porrò. Simoniaci. item distinct.xxxiij.cap.maritum,in fine.

X VII. Regula: De apostatis non ordinandis cauetur distinct.50.cap.vltim.& cap.vltim de apostatis.

X VIII. Regula: De hæreticis non ordinandis cauetur distinct.51.cap.vlt. verf. qui in hæresim. Nouell.cxxiij.§.clericos.verf.& recta fide. Huius exceptio est: Nisi fuerint ad fidem catholicam reuersi. j.q.vij.c.si qui voluerint. item De rescriptis c.eam te.vij.§.fin. Sed hoc fit per dispensationem: alioquin exceptio proposita reprobatur j.q.j.cap.omnis.

X IX. Regula: De non baptizatis non ordinandis cauetur cap.j.& c.vlt.de præsbytero non baptizato.

X X. Regula: De rebaptizatis non ordinandis cauetur distin.50.c.confirmandum,in fine.item distinct.51.cap.vltim. in prin.verf. aut rebaptizati.item j. q. vij. c. qui in qualibet.

X XI. Regula: De baptizatis in hæresi non ordinandis cauetur j.q.j.c.ventum. §.sed nostræ. q. vij. cap.qui in qualibet. & distinct. 51. cap. vltim.in princ.verf. vel qui in hæresi.

Apostol.

Apoſtol.canon.lxvij. Huius exceptio eſt:Niſi non adulti,ſed infantes ab hæreticis ſint baptizati.j.quæſt.iiij.cap.placuit. cap.qui apud.cap.homini.§.fin.

XXII. Regula: De baptizatis in ægritudine non ordinandis cauetur diſtinct.lvij.in prin.cum cap.ſequente.

XXIII. Regula: De vxoratis, & iis qui continentiam vouere nolunt, non ordinandis cauetur diſtin. xxvij.in prin. cum c.ſequente.diſtin.xxviij.c.aſſumi,item De clericis coniugatis c.ſanè.ij.& c.cum decore.viij.item De tempor.ordinat.in vj. c.vlt. verſ.nec etiam coniugato. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi vxoratus vouens cōtinentiam religionem ingredi velit relicta coniuge.d.c.vlt.verſ.niſi volenti religionem.d.cap.aſſumi.verſ.niſi fuerit promiſſa conuerſo.item d.diſtin.xxviij.c.de his.§. fin. Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi vxor nō conſentiat,nec ipſa cōtinentiam voueat.diſtin.lxxvij.c.epiſcopus. verſ.ſanè ſi coniugati.item De conuerſione coniugator.c.cum ſis.iiij.c.coniugatus. v.c. vxoratus.viij. Cōcordant item ea quæ habentur j.lib. prox. cap. xviij. cauſa vj. except.ij. Planè propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt; Niſi carnalis copula nondum interuenerit:hoc enim caſu conſenſus coniugis non deſideratur.c.verū.ij.& cap.ex publico.vij.de conuerſione coniugat. Concordant ea quæ habētur d.except.ij.repl.j.Plures duplicationes vide d.except. ij.Sed & plura de exceptione propoſitam vide d. cauſa vj. Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt:Niſi tempore baptiſmi vxorē habeat diſtin. xxxiiij.c.laici Tertia exceptio eſt: Niſi ex cauſa neceſſitatis diſpenſetur. Quæ exceptio approbatur exemplo diſtinct. xxviij.de Syracuſanæ. Quarta exceptio eſt: Niſi vxor mortua ſit diſtinct. xxxj.cap.vltim.§.illud quoque Martini. Plures exceptiones vide j.cap.proxim.reg.lxj.

XXIIII. Regula: De bigamis, ſeu iis qui alteram duxerunt vxorem, non ordinandis cauetur c.j.cum c.ſequente de bigamis nō ordinandis.c.ſanè ij.in fine.de clericis coniugatis.c.vnico,de bigamis,in vj. diſtin. xxiij.c.his igitur.verſ. aut certè vnius.diſtin. xxvj. c.vlt.diſt.xxxj.c. vlt.§.illud quoque.diſtin.xxxij.c. nemo. c.ſeriatim.verſ.quia nec laicus.diſtin.xxxiij.in prin.cum c.ſequente.c.maritum.item diſtinct. xxxiiij.c. ſi quis de laicis, in prin. c. præcipimus.c.ſi laici.§. præmiſſis.& c.cognoſcamus. item diſtin.50. c. quicunq; pœnitens.diſtin.51.c. vlt.verſ.qui ſecūdas.& diſtinct.lv. c.j. verſ.

vel bigamus.cap.nullus.item distinct lxxvij.c.si quis de vers. si secundam.& distinct lxxxiiij.cap.quisquis. Apostol.canon. xvj Concordat item M.I.C.lib.iij.cap.j.quæst.ij.reg ix Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi posterius matrimonium copula carnali non fuerit consummatum.c. debitum. v. de bigamis non ordin. Altera exceptio videtur. Nisi vtraque vxor mortua sit. Sed reprobatur c.de bigamis. iij.d.tit. Tertia exceptio videtur:Nisi cum posteriore vxore matrimoniũ non subsistat.Sed reprobatur c.nuper. iiij d tit. Quarta exceptio est:Nisi nõ vxores,sed cõcubinas duas pluresue habuerit.c.quia circa.vj d.tit.Huius replicatio est:Nisi post vxorẽ vnam,concubinam vnam pluresue habuerit.dist. xxxiiij.cap.si quis de laicis. Huius duplicatio est: Nisi cum cõcubinario sit dispensatum.d.distin.xxxiiij.c. fraternitatis. Quinta exceptio videtur: Nisi ante baptismа vnam, & post baptisma alteram duxerit.distin.xxvj.c.j.item xxviij.q.iij.in prin.cum c.sequente.Apost.canon. xvj. Contradicit d. distin. xxvj.c.acutius.c.deinde.& c.vna tãtùm.item xxviij. q.j.c.j.q. iij.c.vlt. quibus exceptio proposita reprobatur. Sexta exceptio:Nisi Papa cũ bigamo dispẽsauerit. Sed reprobatur hæc exceptio c.super eo.ij. vers.quia in bigamis.de bigamis non ordinandis. Concordant ea quæ proposita sunt s.ead. reg.in prin. Planè admittitur dispensatio in minoribus ordinibus, distinct.xxxiiij.c.si subdiaconus.Septima exceptio : Nisi necessitas exigat.Quę exceptio approbatur certo modo d.cap. si subdiaconus, in fine cum cap.sequente. Hæc de vicesimaquarta regula.

XXV. Regula:De eo qui viduam,vel à marito repudiatam duxit,non ordinando cauetur distinct.xxxij.c.nemo,in fine.c.seriatim.vers. quia nec laicus.dist.xxxiiij.c.curandũ.c. præcipimus.vers.aut qui virginem.c.si quis viduam.item distin.50.c.si quis viduam.c.quicunque.vers.quicunque viduæ maritus. & distinct. 51.c.vlt. vers.qui viduam distinct .lv.cap. nullus.vers. nullus viduarũ.distin.lxxvij c.si quis de,in fine distin. lxxxiiij.c. quisquis.item De bigamis non ordinandis c.j.vers.vel repudiatarum. Apostol.canon.xvij.Nouel.cxxiij. §.clericos.vers. neque viduam. Declaratur regula proposita definitione viduæ distin.xxxiiij.c. vidua. c.sanè.ij.in fine. de clericis coniugatis. Planè propositæ regulæ exceptio prima est : Nisi alij desponsatam saltem, non copula carnali cognitam duxerit.d.distinct. xxxiiij.c.vlt.item xxvij. q.ij. c. quod

autem

autem. §. ecce impossibilitas. vers. item si sponsa.& cap. debitum. v. de bigamis non ordinandis. Altera exceptio videtur: Nisi ante baptisma viduam vxorem duxerit. Reprobatur hæc exceptio distinct.xxxiiij.cap.si quis viduam. Tertia exceptio est: Nisi in minorib. ordinibus vel necessitate vrgente ordinetur. Quæ exceptio approbatur certo modo d. distinct. xxxiiij. c. lector. Quarta exceptio videtur: Nisi vidua ducta mortua sit.Sed reprobatur c.de bigamis.iij.de bigamis non ordin. Quinta exceptio videtur: Nisi matrimonium cum vidua contractum ipso iure non subsistat. Sed reprobatur cap.vlt.d.tit.

XXVI. Regula: De eo qui adulteram vel meretricem vxorē duxit vel habet non ordinando cauetur distin.xxxiij. c.maritum. vers.vel meretricem. distinct. xxxiiij. c.si cuius c.si laici.c. si quis viduam & eiectam.cap.si quis de laicis. §. quod ergo.& distinct.51.cap.vlt.vers.aut corruptarum mariti xxx.quæst.v.c.qualis. Apostol.canon.xvij.

XXVII. Regula: De eo qui ancillam duxit non ordinando cauetur d.Apostol. canon.xvij.& d.cap.si quis viduam vers.aut ancillam.

XXVIII. Regula:De eo qui publicis spectaculis mancipatam duxit non ordinando cauetur d. c. si quis viduam. vers.vel aliquam de his.& d.c.xvij.

XXIX. Regula: De eo qui concubinam habet non ordinando cauetur distinct. xxxiij. in prin.cum c. sequente. c. maritum.vers. nec eum quidem.& c.vlt.item distinct.51.cap. vltim.vers.qui concubinas.Apostol. canon.xvj.

XXX. Regula: De eo qui duas sorores vel consobrinam duxit non ordinando cauetur Apostol. canon.xviij.

XXXI. Regula: De eo iis qui ex malis parentibus nati sunt. Hi ordinari possunt.distinct.lvj.c.vndecunque.c. nunquam.c.nasci.c.sponsus.c.satis.c.dominus. & c.Ismael. Contradicit dist.xcvj.c.si gens.& ca.Cenomanensem.§.quod autem. Soluitur hæc contrarietas d.cap.Cenomanensem.§.fin. cum cap.sequente.

XXXII. Regula: De illigitimè natis & filiis præsbyterorum non ordinandis cauetur cap.j.& cap. vltim. de filiis præsbyterorum.c.consuluit.v.de seruis non ordinand.distin. lvj.in prin. cum cap.sequente. Contradicit d. distinct. lvj. c. vndecunque.c.nunquam.c.nasci.c.dominus.c.vltim.Cui obiectioni respondetur à Gratiano d. §. quod autem. vers. sed

ſicut. Ex qua ſolutione colligitur prima propoſitæ regulæ exceptio hæc: Niſi ex illegitimo coitu nati ſint continentes & bonæ vitæ. Cui concordat diſtin.lvj.c.j.cum ſequente.cap. niſi aut.c.apoſtolica. Planè propoſita exceptio non admittitur ipſo iure, ſed per diſpenſationem, teſte Gratiano in d.c. apoſtolica, in fine, cum c.ſequente. Reprobata igitur priore exceptione, altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi cum illegitimè nato vel filio ſacerdotis ſit diſpenſatum. Quæ exceptio etiam approbatur ſimul & diſtinguitur cap. j. de filiis præſbyterorum, in vj. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi epiſcopus diſpenſauerit cum illegitimè nato ad ordines maiores. Quæ replicatio approbatur d.ca.j. Altera replicatio eſt: Niſi illegitimè natus per diſpenſationem in eccleſia paterna ſacerdotium impetrauerit.c.ad præſentiam.ij. c.cum decorem. xv.& c.ad abolendam.xvj. de filiis præſbyterorum. Tertia propoſitæ regulæ, quoad filios ſacerdotum, exceptio eſt: Niſi filij ſacerdotum legitimè ſint nati. d. diſt. lvj.c.Cenomanenſem.§.cum ergo.item ca.literas.xiiij.d.tit. de filiis præſbyterorum. c.cum olim. vj.de clericis coniugatis. Planè propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi filius ſacerdotis legitimus in eccleſia paterna ſit ordinatus.c.præſentium.iij.ca.conquerente.iiij. c. quoniam.x.c.ad extirpandas.xj.& c. Michael.xiſj. de filiis præſbyterorum. Huius replicationis duplicatio prima eſt: Niſi actor qui ſciēs patrem ordinari in eccleſia miniſtraſſe, eum ordinauerit. hic enim eum quē ſciens ordinauit, ex cauſa propoſita remouere non poteſt c.veniens.v.de filiis præſbyterorum. Altera duplicatio eſt: Niſi alius ante filium præſbyteri in loco patris eius miniſtrauerit.c.ex tranſmiſſa. vij. eod tit. Tertia duplicatio eſt: Niſi pater ſine titulo vel filij ſui nomine in eccleſia miniſtrauerit.c.conſtitutus.viij.d.tit. Quarta duplicatio eſt: Niſi diſpenſatum ſit cum ordinato.c.ex tua.ix.p.tit. Cuius duplicationis triplicatio eſt: Niſi ab alio quàm à Papa, vel ab eo cui Papa conceſſit, fuerit diſpenſatum.cap.dilectus.xvij.eod.tit. Quinta duplicatio eſt: Niſi non ſuccedat patri, ſed viuo patre ad aliud ſacerdotium in eadem eccleſia fuerit ordinatus. c.ad hæc.xij.d.tit. Hæc de tertia exceptione ſint dicta. Quarta propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi magna eccleſiæ vtilitas vel neceſſitas illegitimè natos ordinari deſideret. q. vij. c.tali coniugio. Hæc de triceſima ſecunda regula.

XXXIII. Regula: De furioſis non ordinandis cauetur diſtinct.

diſtinct.33.c.maritum.verſ.neque illum qui in furiam.d.cap. communiter.c.clerici.c .vſque adeò.item xv.q.j. c. vlt. §. his ita.verſ. non enim poteſt. Apoſtol.canon.lxxviij.

XXXIIII. Regula: De epilepticis non ordinandis cauetur d.c.communiter.

XXXV. Regula: De corpore vitiatis non ordinandis cauetur d.c.vſq; adeò,in fine.& d.c.maritum. verſ.nec illum. item diſtin.xxxiiij.c.præcipimus.ver.vel qualibet parte corporis.diſtin. xxxvj.c.j.diſtin. xlix.ca.hinc etiam.diſtin.51.cap. vlt.verſ.aut qui naturali.diſtinct.lv.in prin.cum ca.ſequente. cap.pœnitentes.verſ.aut aliquo.item c. expoſuiſti.vj.de corpore vitiatis. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt:Niſi caſu ſit vitiatus, non propria voluntate.d.cap.pœnitentes,in fine.& d.diſtin.lv.ca.qui partem.c.ſi quis à medicis.ca.eunuchus.c.ſi quis pro.ca.ſi quis in ca.lator.ca.præcepta.item De corpore vitiatis c.ex parte. iij Apoſtol.canon.xx.& lxvj.Huius exceptionis prima replicatio eſt: Niſi oculus caſu ſit amiſſus.d.ca.præcepta.§.fin.cum c.ſequente. Contradicit d. ca.lxxvj. Altera replicatio eſt: Niſi mutus, ſurdus vel cæcus ſit. Apoſt. canon. 77. Altera exceptio eſt: Niſi cum vitiato ſit diſpenſatum.c.j.c.cum de tua. ij.c.ſignificauit.iiij.de corpore vitiatis. Tertia exceptio eſt: Niſi valetudinis conſeruandæ cauſa ſe mutilauerit. cap.ex parte. v.eod. tit. Quarta exceptio eſt: Niſi vngula tantùm pollicis careat, nec ideo minus ad diuina officia peragenda ſit idoneus.c.vlt.eo.tit.

XXXVI. Regula: De iis qui ſeipſos abſciderunt non ordinandis cauetur per ea quæ propoſita ſunt ſ. reg. prox. except.j. Quibus concordat diſtinct.lj.c.vlt.verſ. qui ſemetipſum.& diſtin.lv.c.ſi quis abſciderit.& c. hi qui ſe. Apoſtol. canon.xxj.cum c.ſequente.

XXXVII. Regula: De minoribus ætate non ordinandis cauetur c.vel non.xiiij.de tempor.ordinar.c.j. & c.ad noſtram.viij.c.ſignificatum.xj.de regularibus.c.vlt.ver.infanti. de tempor.ordinat.in vj.item diſtin. lxxvij c.ſubdiaconus.& diſtin.xxviij.c.quid eſt.item j.q.j.cap.eſtote.verſ.niſi prouectiore ætate. Concordant item ea quæ habentur ſ.ca.prox. reg.lxi. except. v. Planè propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt:Niſi exceſſerit decimumquartum annum:tunc enim ordinari poteſt.d.c.ad noſtram.viij.& d.cap.ſignificatum. xj. Cuius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ad duram religionẽ ordinetur: hoc enim caſu requiritur, vt exceſſerit

decimum octauum annum.c.quia in insulis.vj.de regularib. xx.q.j.c.quia autem. Altera replicatio est: Nisi subdiaconus ordinetur: hic enim debet esse viginti annorum.distinct.77. c.subdiaconus. Sed hæc replicatio mutatur Clement. vlt. de ætate & qualitate præficiendor. Tertia replicatio est: Nisi decanus, diaconus aut similis, qui animarum curam habet, ordinandus, aut virgo consecranda sit: hoc enim casu requiretur ætas viginti quinque annorum.c.cum in cunctis. vij.§. inferiora.de electione. c.licet canon.xiiij.in princ.eod.tit.in vj.item distin.77.c.placuit.c.episcopus,in prin.distin.78.cap. nemo. xx.q.j. c.placuit. Nouell.123.§. præsbyterum. vers. sed neque diaconum. Planè mutatur replicatio proposita Clement. vlt. de ætate & qualitate præficiendorum. Quarta replicatio est: Nisi leuita sit ordinandus: nam & hic debet esse viginti quinque annorum.d.distin.77.c.in veteri. Quinta replicatio est: Nisi præsbyter sit ordinandus: hic enim debet esse triginta annorum.d.c.in veteri.vers.à trigesimo præsbyteri.& d.c.episcopus, in fine. item distin.78.in prin.cum cap. sequente,cap.nemo.præsbyter, in prin.Nouell.123.§.præsbyterum. Sed & hæc replicatio mutatur d.Clement.vlt.de ætate & qualitate præficiendor. Planè istius antiquæ replicationis duplicatio est: Nisi necessitas exegerit: hoc enim casu viginti quinque annorum præsbyteri possunt ordinari.d.ca. præsbyter.§.hoc regulare.cum c.sequente. Sexta replicatio est: Nisi lector sit ordinandus: hic enim debet esse octodecim annorum.d.c.nemo.& d.§.præsbyterum. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione eiúsq; replicationibus sin[t] dicta. Altera exceptio est: Nisi minor ætate à parentibu[s] fuerit oblatus. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur j.cap. prox.reg. 69. except.v.repl.ij. Tertia excep[tio] videtur: Nisi minor ætate religionem ingrediatur. c.vlt[i]. vers.nisi fortè religionem intraret.de tempor. ordinat. i[n] vj. Sed de hac re vide glossam in d. verbo Intraret. Quarta [e]xceptio est: Nisi minor maior factus, ordinationem r[at]am habuerit.c.significatum. xj.§.si autem à parentibus.v[er]s.seu post decimum quartum annum.& cap.cum virum.xi[.] de regularibus. Concordant ea quæ habentur j.cap.prox.[r]eg. 69. except.v.replic.j.Hæc de tricesima septima regula.

XXXVIII. Regula: De militantibus non or[d]inandis cauetur distin.50.cap.si quis post.distinct.51.in prin. vers.aut post baptisma militantes. cap. j. vers. aliquando [e]x militia.

c.si quis

c.si quis post.& c.vlt.vers.qui sæculari militiæ.item xix.q.iij. c.monasteriis.§.miles.

XXXIX. Regula: De iis.qui in foro certarunt non ordinandis cauetur d. distin. 51. in prin.vers. aut in foro decertantes.& d.c.j.in princ.

XL. Regula: De eo qui in scena lusit non ordinando cauetur distin.xxxiij.c.maritum.vers.aut in scena lusisse.

XLI. Regula: De vsurariis non ordinandis cauetur d.c. maritum. vers. neque illos qui vsuras. Sed plura de hac regula vide ĩ.c.prox.reg.xxxj.

XLII. Regula: De excommunicatis & suspensis non ordinandis cauetur c.postulastis.vij.in prin.& cap. vlt.vers.si tamen scienter.de clerico excom.& c.cum bonæ.viij.de ætate & qualitate præficiendor. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi excommunicatus fuerit absolutus.cap.proposuit.viij.de clerico excom.

XLIII. Regula: De eo qui minores ordines per interstitia temporum nō impleuit,ad maiores non ordinando,& ne posteriores ante priores ordinentur, cauetur distinct.74. cap.episcoporum.distinct.75.cap.vlt.in fine.item distinct.77. cap.subdiaconus. distinct.78.c. quid est.xvj.q.j.c.monachos. item De institutionibus ca. in ecclesia.ij. Declaratur regula proposita definitione ordinum & interstitiorum distinct.77 cap.in singulis.ca.quicunque.cap.monachus.Concordant ea quæ habentur ĩ.c.x.q.j.reg.xxvj. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi prior ad altiorem gradum ordinari nolit.d.c.episcoporum.ver.nisi fortè superbia elatus.& d.distin. 74.c.vlt.Altera exceptio est: Nisi prior sit simplicior, quàm vt superiorem gradum tueri possit.d.cap.episcoporum. vers. sanè si officium. Tertia exceptio est: Nisi dispensatio fiat. Quæ exceptio approbatur exemplo c. vnico, de clerico per saltum promoto.item distin.52.in prin.cum c.sequente.Plura de regula proposita vide d.reg.xxvj.

XLIIII. Regula: De eo qui antea furtiuè ordinatus est non ordinando,nisi fuerit cum eo dispensatum,cauetur ca.j. cum duob.sequentib.de eo qui ordĩnem furtiuè suscepit.

XLV. Regula: De monachis ad clericatum ordinandis. cauetur Clement.j.§. ad ampliationem. de statu monachor. xvj.q.j.c. si monachus.c.quos.Concordant ea quæ habentur ĩ.q. vj.reg. vij. Huius regulæ exceptio est: Nisi monachus desertor sit monasterij.d quæst. j.cap. legi. Hactenus qui &

quales ordinandi sunt, expositum est. Sed & plures huiusmodi regulas vide j. cap. vij.q. quibus conferendæ præbendæ. De inuitis etiam non ordinandis dicetur paulo inferius quæst.vj. reg.v. Sequuntur reliqui ordinationis loci.

III. A QVIBVS ORDINANDI?

I. Regula. Si is cui ius ordinandi non cōpetit, clericos ordinauit. ordinatio nō valet. j.q.vij.c.per illicitā.c.conuenientibus.§.item Tharasius patriarcha. itē ix.q.j.c. per illicitam.

II. Regula episcopo, non alij ius ordinandi clericos competit. distinct.lxvij.in prin.cum c.sequente.& c.vlt.ita distinct. 92.c.non liceat, in princ.item Apostol.canon.ij. Huius regulę exceptio prima est: Nisi episcopus alteri ius suum cesserit.c.quia diuersitatem.v.vers. nisi forte aliqui. & c. constitutus.xj.vers.& tu interim frater. de concessione præbendæ. c. cum venissent. vj. de institutionibus. Altera exceptio est: Nisi de consuetudine aliter obseruetur.c.cum ecclesia.31.de electionib. Contradicere videtur cap.ex frequentibus.iij. de institutionib. Plures propositæ regulæ exceptiones vide j. inter exceptiones generales.

III. Regula: De eo cui episcopus ordinandi ius concessit, cauetur d.cap. v.& d.cap.xj.de concessione præbendæ. item d.cap.vj.

IIII. Regula: Capitulo sede vacante ordinandi ius non competit.c.illa.ij.ne sede vacante.& c. vlt. de regularibus, in vj. Huius exceptio est: Nisi capitulo cum prælato ius ordinandi competierit.d.c.vlt.vers. aliâs poterit, si eorum.

V. Regula, De decessore. Huic non competit ius ordinandi sibi successorem. distinct.lj.c.vlt. vers. qui à decessoribus in sacerdotium eliguntur. Huius exceptio est: Nisi in hoc Papa dispensauerit. Quæ exceptio approbatur exemplo vij.quæst.j.c.petiisti. Plura de regula proposita vide j. cap.x. quæst.j.reg.iiij.

VI. Regula: Abbati in suo monasterio eiúsque capellis ius ordinandi clericos competit.nō episcopo.xvj.q.ij.in prin. cum c.sequente. Contradicit d.q.ij.c.penult. & vlt. Cui obiectioni Gratianus respondet d.c. vlt. §. ecce vrbanus. De qua solutione vide j.ca.viiij. reg.j.except.ij.planè abbas præsbyter & benedictus conferre potest ordinem clericalem.c.cum contingat. xj. de ætate & qualitate præficiendor. distinct. lxviij.in prin.cum c. sequente. Limitatur tamen. c. abbates. iij.§.fin.de priuilegiis, in vj.

VII. Regula: De coepiscopo cauetur d.distinctio.lxix. cap.j.§.fina.

VIII. Regula: De clero & populo ciuitatis cauetur dist. 51..cap.vlt.versi.sed nec ille.

IX. Regula: Græci à Latinis, qui in ritibus differunt, non sunt ordinandi,& contrà.cap.cum secundum.ix.de tempor.ordinat.cap.cum olim.vj.§.fin.versi.nisi pro eo quod inter.de clericis coniugatis. Cuius regulæ exceptio est: Nisi episcopus.cui ordinandus est subiectus,consentiat.ca. quod translationem.xj.de tempor.ordinat.

X. Regula: Laici ius ordinandi clericos non habent.cap. præterea.iiij.& ca.quod autem.v.§. de cætero.de iure patro. Concordant ea quæ habentur j.cap.vij.reg.xvij.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM REGULARUM GENERALIBUS.

Ex iis quæ hactenus proposita sunt, patet, quibus ordinandi clericos ius competat. Quorum tamen nonnullæ exceptiones generales restant nunc ordine subiiciendæ.

I. Exceptio: Nisi episcopus, cui ius ordinandi competit, episcopatum resignauit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur cap.j.de ordinatis ab episcopo, qui renunciauit.

II. Exceptio: Nisi is cui ius ordinandi competit, fuerit excommunicatus.ix. quæst.j.in prin.cum cap. sequente.cap. excommunicati. Huius replicatio prima est: Nisi excommunicatus antea fuerit catholicus. d.q. prima. cap.per illicitam.§. sed excommunicati, cum cap. sequente, vsque ad §.sed & illud.& cap.ordinationes.§.qui verò. Huius replicationis duplicatio est: Nisi ordinandus sciat catholicum excommunicatum esse.d.cap.ordinationes, in prin. Altera replicatio est: Nisi cum ordinatis propter eorum ignorantiam dispensetur.cap.cum clericis.ij. de ordinatis ab episcopo qui renunciauit.

III. Exceptio: Nisi is cui ordinandi ius competit,fuerit Simoniacus.j.quæst.j.cap. qui perfectionem.ca.per Esaiam. §.constat ergo.cap.statuimus vt.§.sicut ergo.versic.sed sicut. & versi.habent ergo.c.statuimus.versic. Simoniaci Simoniacè.cap.si qui.versi.qui verò scienter.cap.de cætero. item De Simonia ca.per tuas.xxxv. Concordant item ea quæ habentur s.lib.j.c.xvj.quæst.j.causa ij.& quæst.iij.reg.j. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ordinatus

igno

ignorauit ordinantem Simoniacum esse. d.c. per tuas. xxxv. & d.vers. habent ergo. & d.c. statuimus. versi. Simoniacos autem non Simoniace. item d.cap. si quid, in princ. item. j.q.vj. in prin. Altera replicatio est: Nisi quis inuitus à Simoniaco sit ordinatus. d. versic. habent ergo ibi: nec attractionis violentia. item prima quæstio. j. cap. ergo Simoniacos, in fine, cum cap. sequente.

IIII. Exceptio: Nisi is cui ius ordinandi competit, fuerit hæreticus. j. quæst. j. ca. ventum. quæst. vij. cap. conuenientibus. §. item Tharasius patriarcha, cum sequentibus. & ix. quæst. j. c. vlt. Apostol. canon. lxvij. §. fi. Huius exceptionis replicatio est: Nisi quis inuitus ab hæretico sit ordinatus. j.q. j. cap. constat.

V. Exceptio: Nisi is cui ius ordinandi competit, antea ordinauerit indignum vel alienum. c. cum in cunctis. vij. §. fi. de electione. c. super col. ij. de bigamis non ordinand. c. cum singula. xxxij. §. qui verò contra. de præbendis, in vj. cap. eos qui. ij de tempor. ordinat. in vj. Concordant item ea quæ habentur j. quæst. vlt. reg. v.

VI. Exceptio: Nisi is cui ius ordinandi competit, alterius ciuitatis clericum ordinare velit. ix. quæstio. ij. in princ, cum cap. sequente. cap. nullus primas. cap. nullum. cap. episcopum. cap. non inuitati. Apostol. canon. xxxiiij. Concordant ea quæ habentur s. quæst. prox. regu. ix. in princ. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi episcopus loci consenserit. Quæ replicatio constat ex iam propositis. Concordat cap. quod translationem. xj. de tempor. ordinat. Altera replicatio est: Nisi episcopus loci ordinationem ab alio factam ratam habuerit. ix. q. ij. cap. vlt. Tertia replicatio est: Nisi episcopus loci in ordinandis clericis sit negligens: tunc enim superiori eius ordinare licet. ix. quæst. iij. cap. cum simus. Quarta replicatio est: Nisi ecclesia vacante visitator ordinare præsumat. distinctio. xxiiij. cap. præsbyteri. Quinta replicatio est: Nisi Papa alterius ciuitatis clericum ordinauerit. ix. quæst. iij. cap. nunc verò. & cap. vlt. in princ. Hactenus à quibus clerici ordinandi sint, expositum est.

IIII. VBI CLERICI VEL monachi ordinandi?

Vbi iudicauerit episcopus; ordinare poterit. xvj. quæst. j. cap. si quis monachus. cap. si quos. & distinct. lxxv. c. quando.

V. QVAN

V. QVANDO ORDINANDI.

I. Regula: Certis diebus & horis ordinatio facienda, distinct.lxxv. cap.ordinationes & cap.quod à patribus. Concordant ea quæ habentur j.quæst.vlt.reg.v.

II. Regula: Die dominicæ resurrectionis ordinatio celebranda.d.distinct.lxv.cap.quod die.

III. Regula: Alij dies ordinandorum clericorum præscribuntur distinct.lxv.cap.vlt. Declaratur regula proposita distinct.lxxvj. cap huius obseruant.§. primum. verò Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi minores ordines conferantur:hi enim aliis diebus festis conferri possunt.c.j.vers. & minores ordines.& c.de eo autem iij.de temp. ordin.item distin.lxxv.cap.quando. Altera exceptio est: Nisi Romanus Pontifex ordinauerit.d.cap.j.versi. subdiaconos. & d.cap.iij. versic.præterquam Romano. Tertia exceptio videtur: Nisi aliud consuetudine sit receptum. Sed reprobatur cap. sanè super.ij.eod.tit.

IIII. Regula: De die Sabbato Pentecostes cauetur d. cap.j.in fine.

V. Regula: Duo sacri ordines non possunt conferri eidem vno die vel duobus continuato ieiunio. cap. literas.xiij. & cap.dilectus.xv.de tempor.ordinat.

VI. Regula: Intra sex menses ordinatio facienda,per ea quæ habentur j.c.vij.post reg.xxvj.except.j.

VII. Regula: Ieiunantes ordinare & ordinari debent. distinct.lxvij.cap.j.versi.& ieiunantes.

VII. ANTECEDENTIA ordinationem.

I. Regula: Vt ordinandus prius vires suas metiatur, cauetur j.quæst.j.cap.non est.§.fin.

II. Regula: De conuocando capitulo & consilio prius habendo cauetur distin.xxiiij. c. episcopus.j.q.j.c. estote.xij. quæst.ij.cap.alienationes.versi.necnon & ordinationes.item De his quæ fiunt à prælatis c.nouit.iiij. ca.quando.v.& c.pastoralis.ix.item De præbendis in vj.c.cum in ecclesiis.33.

III. Regula: De examinandis prius ordinandis cauetur distin.xxiiij.ca.vlt. Concordant ea quæ habentur j.c.vij.reg. 90. Quemadmodum & quo tempore examen faciendum, definitur d.distinct.xxiiij.cap.quando.

IIII. Regula: Ne ad intercessionem vel preces alicuius ordinatio

ordinatio fiat, cauetur per ea quæ propoſita ſunt lib.j.cap. xxvj.quæſt.j.cauſa ix.

V. Regula: De conſenſu ordinandi requirendo cauetur diſtinct.lxxiiij.in princ.cum cap.ſequente.ca.geſta cap. quorundam.cap.vbi iſta.c.honoratus.item cap.j.de regularibus. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi inuitus ordinatus intra annum non prouocauerit.cap.ſi quis.ij. in fin.d.tit. de regularib. Altera exceptio eſt: Niſi vidua ſponte velum conuerſionis ſibi impoſuerit, & inter velatas oblationem Deo obtulerit.cap.viduæ.iiij.d.tit. Tertia exceptio eſt: Niſi quis vltra annum habitum monachalem portauerit. cap. ex parte.xxij.d.tit. Planè ſi quis ad ſacros ordines promoueri nolit, aliis rationibus coercetur, de quibus dicetur j. quæſt. vltim. reg. iij. Sed & plura de regula propoſita vide j. cap. proxim.reg.xxxiij.

V I. Regula, De conſenſu parentum ordinandi. Hic non requiritur.xix. quæſt.iij.cap. vlt.in fine. & xx.q.j.c.puellæ.§. cum ergo.verſi.ſed puella.q.ij.c.j.§.parentibus.& cap.puella. verſi.ſi verò. Nouell.xlij.§. hoc etiam cognitum. & Nouell. cxxiij.§.interdicimus. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi filius filiáue ſit impubes. d. §. parentibus. verſic. vſque ad quartum decimum.& d. cap. puella.item d.quæſt.ij.in princ. cum cap.ſequente.cap.ſtatuimus.§.hac autoritate.& cap.vlt. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi parentes in ordinationem impuberis filij non conſentientes, intra annum ab ea non prouocauerint.d.c.puella.verſ.at ſi annum & diem diſſimulando.& d.§.hac authoritate. verſi. niſi tonſuram vel religioſam veſtem.item cap.ſi quis.ij.de regularibus.

VII. Regula: De conſenſu abbatis monacho ad clericatũ ordinando cauetur diſt.lvi:j.in prin. cum duob.cc. ſequentibus.xvj.q.j.cap.monachi.c.cum pro.c.monachi.item xviij.q. ij.cap. quam ſit.§.pariter autem. cap.ad aures.v. de tempor. ordinat. item De electione in vj. cap. ſi religioſus. xxvij. & & Clement.vlt.eod.tit.

VIII. Regula: Ordinatus à Papa ſine licentia eius ad ſuperiores ordines non promouetur.ca. cum in diſtribuendis. xij.de tempor.ordinat.

I X. Regula: Ne ſine præſentatione patroni ordinatio fiat, cauetur cap.illud prętereundum.viij.§.fin.& cap.ſuggeſtum. xx.de iure patronatus.xvj. quæſt.vij.cap.decernimus. Plura de hac regula vide j.cap.xiiij.quæſt.iij.reg.j.

X. Regula:

X. Regula: Monachi non ordinandi, nisi per tempus aliquod in monasterio fuerint conuersati & probati. c. ad apostolicam. xvj. §. fina. de regularibus. xvij. quæst. ij. cap. vlt. xix. quæst. iij. cap. Monasteriis. Nouell. v. §. hinc autem. versi. sancimus. & Nouell. cxxiij. §. cæterùm si quis. Sanè tempus probationis quantum esse debeat, incertum est: quia eius variæ extant definitiones. Nam d. cap. xvj. & cap. non solum. ij. de regularibus. in vj. annus definitur. Biennium verò d. cap. monasteriis. Triennium denique d. cap. vltim. & d. Nouell. v. & cxxiij. Ideóque in hac varietate videtur, tempus probationis arbitrarium esse. Cui accedit glossa in d. cap. xvj. in verbo Anni. Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi quis sciens ante tempus statutum professus sit: ideóque beneficio pro se introducto renunciauerit. d. c. xvj. Huius exceptionis replicatio prima est in ordine prædicatorum & minorũ: in his enim professio intra annum sponte facta non valet. ca. non solùm. ij. de regularib. in vj. Altera replicatio est in aliis mendicantium ordinibus, cap. constitutionem. iij. d. tit. Hæc de antecedentibus ordinationem. Plura de his vide M. I. C. lib. iij. cap. j. quæst. iij.

VII. MODVS ET ADIVNCTA ordinationis.

I. Regula: Nemo absolutè sine titulo ordinandus. distin. lxx. in prin. cum cap. sequente. cap. sanctorum. Plura de hac re. vide j. quæst. proxi. reg. ix.

II. Regula: De testimonio in ordinatione adhibendo cauetur xx. quæst. ij. cap. vlt.

III. Regula: De decretis conciliorum ordinando inculcandis cauetur distin. xxxviij. c. placuit. Pro declaratione huius c. vide Alexand. de Imola in l. si quis. vj. de pactis. & §. igitur ordinandus. in Auth. quomodo oportet episc.

IIII. Regula: De libello officiali ordinato dando cauetur distinct. xxxviij. cap. quando.

V. Regula: De cautione ab officiali ordinando exigenda cauetur dist. xxiij. c. quanquam. Forma huius cautionis proponitur c. ne Dei ecclesiam. xliij. de Simonia. Hæc cautio per iusiurandum non præstatur. c. nullus. v. de iureiurando. xxij. q. ij. c. vlt. Nec in scriptis huiusmodi cautio præstanda, c. legebatur. iij. de maioritate & obediẽtia. Effectus huius cautionis definitur c. cum clerici. xix. de verb. signific.

VIII.

VIII. EVENTVS ET CONSEquentia ordinationis.

I. Regula: De pœna eius qui accepta pecunia ordinare non vult, cauetur j.quæst.j.c nullus episcopus.§.qui autem.

II. Regula: De pœna episcopi præsentatum malitiosè non admittentis cauetur cap. pastoralis. xxix.§. fina.de iure patronatus.

III. Regula: De pœna eius qui ordinari non vult cauetur distinct. lxxiiij.cap. si qui. cap. placuit. Contradicit cap. gesta.d.distin.lxxiiij. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi simplex indignum se existimauerit superiori ordine. d.distin. lxxiiij. cap.episcoporum.§. sanè si officium. Altera exceptio est: Nisi dolo episcopi ad alium gradum promoueatur. d. distinct. 79. cap. quorundam. & cap.honoratus.

IIII. Regula:De pœna episcopi inuitum ordinantis cauetur d.cap.honoratus.in fine.& d.distin.74.cap.j.

V. Regula: non legitimè & non suo tempore ordinati deponuntur vel suspenduntur, & ordinatores ius ordinandi admittunt.c.sanè super.ij.in fine.c.cum quidam.viij.c.literas xiij.in fine.c.vel.non.xiiij.c.dilectus. xv.c. consultationi.xvj. de tempor. ordinat.Item ordinandi potestate priuatur episcopus,qui pœnitentem sciens ordinauit, distinct.l.c.ex pœnitentibus. §. si autem sciens. Idem cauetur de eo qui viduam aut repudiatã vxorem habentem ordinauit, d.§.si autem sciens vers.simili sententiæ. Idem in genere cauerur de omni qui indignũ ordinauerit, j.q.j.c. si qui espicopi. Concordant ea quæ habentur s.quæst.iij. except. v.item. j. cap. x.q. ij. reg. j. except. ix. sed & annua suspensio indicitur ei cui illegitimè ordinauit, distinct. lv. c.nullus.§.& ideo

VI. Regula: Qui indignum ordinauit, reus est scandali quod per ordinatum oritur.j.q.j. c.hi quoscunque.

VII. Regula: De non reiteranda ordinatione cauetur De consecrat. distinct. iiij. c. non licet. Apostol. canon. 67. Huius regulæ exceptio est: Nisi prior ordinatio fuerit illegitima. j.q. vij.c.per illicitam. ix. q. j.c. per illicitã. & d.c.67.

VIII. Regula:Monachus in clericum ordinatus à priore proposito non recedet.xvj.q.j.c.de monachis.

IX. Regula: Ordinato titulus & præbenda debet assignari:& interim donec assignetur, ab ordinatore est alendus.c.

nō liceat.ij.c.episcopus.iiij.c.relatum.ix. c.de monachis.xij. c.cum secundum.xvj.c.dilectus.xix.& cap.dilectus.xxvij.de præbendis.c.cum super. viij. de concessione præbendæ. Clement.j de iure patronatus.xvj.q.j.c.si monachus. c.apostolicis. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est:Nisi ordinatus de sua vel de paterna hæreditate subsidium vitæ habeat. d. c. episcopus.iiij.in fine.Altera exceptio est: Nisi ordinato præbenda fuerit assignata. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit:verùm eius replicatio est: Nisi præbenda assignata fuerit euicta. cap. inter cætera. xvij.de præbendis. Tertia exceptio videtur: Nisi contra Lateranense concilium fuerit ordinatus. Sed reprobatur cap. cum super. viij. vers.nec ipsi canonici.de concessione præbendæ.

X. Regula: Ordinatio per quæ probanda sit definitur cap.j. cum duobus sequentibus. de clericis peregrinis. Hæc de clericis & monachis ordinandis sint dicta.

DE OFFICIIS CLERICOrum, quibus non præstitis clericatus amittitur.

Cap. V.

PRima regula:De officiis diuinis implendis cauetur Nouell. cxxiij. §.sancimus autem. Euentus, si ab iis fuerit cessatum proponitur c. si canonici. ij. & c. quamuis. viij. de officio ordinarij, in vj.distinct. xcj. cap. vltim. Plura de hac re vide ĵ.lib.proxim.cap.ij.

II. Regula: De docendo & instituendo populo cauetur distinct.xxxviij.c.j.in princ.vers. qui docendi officium.c.j.in fine.item distinct.xxiij.c.his igitur.§. fin.xvj.q.j.c.alia causa. distinct. xciij. cap.ille procul. Plura de regula proposita vide ĵ.regulis proximis.

III. Regula: Gratiam docendi clericus habere debet. distinct.xliij.in prin.§.debet.

IIII. Regula:Discretus in docendo esse debet,ne aut tacenda proferat,aut dicenda taceat.dist.xliij.c.j.c.in mādatis. c.scimus.c.Ephesiis.& c.vlt.item distin.xliij.c.j. §.non ergo.

V. Regula: Eloquentiam in docendo dissimulabit, non fugiet.distinct.xxxviij.c.penult.

VI. Regula: De peccatis populi redarguendis cauetur xxiij.q.iiij.c.ipsa pietas.§.molestus est, vsque ad fin. c.quid

faciet.c.si is qui.q.v.c.non putes.c.nō est.c.qui vitiis.xxiiij.q.iij.c.tā sacerdotes.Plura de regula proposita vide j.lib.prox.

VII. Regula: Modus redarguendi peccata præscribitur cap.si sacerdos.ij.de officio ordinarij. Vide item j.cap.viij.quæst.viij.reg.lvij.cum sequentibus.

VIII. Regula: Clericus de subditorum suorum vita rationem reddere tenetur, nisi culpa vacet, suúmque fecerit officium.distinct.xlvij.c.penult.& vlt.Apostol.canon.xxxviij.

IX. Regula: De vigiliis & cantando in templo cauetur distin.xxiij.c.his igitur.§.fin.dist.xcj.c.j.præsbyter.c.clericus victum,in fine.cap.vlt.& distinct.xcij.c.vlt.xij.q.j.c.quia tua.§.de eorum quoque. vers.& canendis psalmis. Qui canere debent,definitur distinct.xcij.c.non liceat. Diacones canere non debent.distinct.xcij.cap.in sanctum.

X. Regula: Modus canendi præscribitur distinct.xcij.in prin.cum cap.sequente.

XI. Regula: De precibus & sacris libris legendis ac discendis cauetur distinct.xxxviij.c.j.§.sacerdotes.Concordat M.I.C.lib.iij.cap.ij.reg.ij. Vide item de hac re j.libro iiij.cap.j.quæst.iij.reg.v.cum sequentibus.

XII. Regula: Scientiam debent habere clerici. d.c.j.in prin.& d.distin.xxxviij.c.si in laicis.c.si iuxta.c.qui ea.item distinct.xxxvij.c.ideo.§.vt itaque.

XIII. Regula: Quarum rerum scientiam clerici habere debeant,definitur distinct.xxxviij.cap.quæ ipsis.

XIIII. Regula: De canonibus ac regulis à cleris discendis ac obseruandis cauetur d.distin.xxxviij.c.nulli.item c.recolentes.iij.de statu monachorum.& De consecrat.distinct.v.cap.in omnib.in prin.

XV. Regula:De sacra scriptura rectè intelligenda cauetur distinct.xxxvij.cap.vino.xxiiij.q.j.cap.non afferamus.q.iij.cap.quid autem.

XVI. Regula: De regula exponenda cauetur Clement.j.§.regula.de statu monachorum.

XVII. Regula:De scientia grammaticæ cauetur distin.xxxvij.cap.sedulò.c.indignum.cap.locutio.

XVIII. Regula: De poetis non legendis cauetur dist.xxxvij.cap.sacerdotes.cap.ideo,in prin.

XIX. Regula: De dialectica & cęteris sæcularibus literis à clerico non legendis neque discendis cauetur distinct.xxxvij.in prin.cum c.sequente.c.nónne.c.vino.cap.omnem,cap.

c.legimus. Contradicit d.c.legimus. §.sed contra,cum c. sequẽte.vbi Gratianus huic obiectioni respõdet distinguẽdo.

XX. Regula: De iurisprudentia & medicina seu physica à clericis & monachis non discenda cauetur cap.non magnopere.iij.c. super specula. x. ne clerici vel monachi sæcularibus negociis se immisceant.c. vt periculosa.ij. §.fin.eod. tit.in vj. Huius regulæ exceptio est: Nisi sint clerici parochiales ecclesias habentes. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur cap.j.in prin.d.tit.in vj.

XXI. Regula: Vt nihil præter Deum curent clerici & monachi,cauetur xij.q.j.cap.cui portio.cap.duo sunt.

XXII. Regula: De quotidianis operibus monachorum disseritur De consecrat. distinct. v. cap. nunquam. Nouell. cxxxiij.§.illud quoque.

XXIII. Regula: Ne officia vel negocia sæcularia tractent,vel negocientur,cauetur c.clerici.xv.in prin.& c.vlt.de vita & honestate cleric.Clement.j.eod.tit.c.secundum.vj. in prin.ne clerici vel monachi sæcularibus.Apostol. canon. vj. & lxxx.dist.xxiij.c.his igitur.vers.& sæcularia. dist. lxxxviij. c. consequens.c. episcopus.c.negociatorem.c.fornicari.cap. perlatum.c.eiiciens.item distin.xcj.c.penult.§.fin. xj.q.j.c.te quidem.xiiij.q.iiij.c.canonum.c.si quis oblitus.xvj. q.j.c. de præsentiũ.c.sunt nõnulli vers.neq; enim beatus.c.monachi à monasterio.q.vij.c.& hoc.xxj.q.iij.c.mollitiis.c.hi qui. Concordant item ea quæ habentur s̃.lib.prox. c.iij. quæst.ij.reg. j.item M.I.C.lib.iij.cap.ij.reg.xj. Declaratur regula proposita exemplis cap. j. ne clerici vel monachi sæcularib. negoc. Plura exempla vide in regulis sequentib. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est:Nisi clericus sit coniugatus, qui beneficium ecclesiasticum non habet.c.Ioãnes. vij. vers. quia cum eum. de clericis coniugatis. Altera exceptio est: Nisi negocia sint ecclesiastica vel ecclesiasticarũ personarũ. xj.q.j.c.clericum.§.illud autem quod.xij.q.j. c. expedit. dist. lxxxviij. c.j. Concordant item ea quæ habentur s̃. lib. prox. cap.iij.q.ij. reg.j.except.ij. Tertia exceptio est: Nisi iustum sit negocium sæculare quod tractat. Quæ exceptio videtur approbari cap.j. §.nec tamen iustum. ne clerici vel monachi sæcularib.Quarta exceptio est:Nisi miserabiliũ personarum negocia tractet.dist.lxxxviij.c.j.Cõcordant ea quę habentur s̃.d.reg.j. except.iiij. Quinta exceptio est: Nisi pro pecunia mutuo data speciẽ receperit.xiiij.q.iiij.cap. si quis clericus.

XXIIII. Regula: Ne aliena negocia procurent, aut officiales principum sint, cauetur c.sacerdotibus.ij.c.sed nec iiij.c.clericis.v.§. fin.ne clerici vel monachi sæcularibus. distinct.lxxxvj.c.vlt.distin.lxxxviij.c.inutile.xxj. q.iij.in princ. cum c.sequente.c. credo.cap. mollitiis. Huius regulæ exceptiones vide s̃.reg.prox.

XXV. Regula: Ne tabellionatus officium exerceant, cauetur cap.sicut viij.ne clerici vel monachi,&c.

XXVI. Regula: Ne alienas possessiones conducant, cauetur distin.86.c.vlt.distin.88.c.j.xxj.q.iij.c.j.c placuit.& cap. secundum.vj. in fine. ne clerici vel monachi sæcularibus. Nouel.cxxiij.§.sed neque. Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi clericus ecclesiæ suæ possessiones cōducat. d. c. vlt.vers. aut cui ipsius ciuitatis.item distin.88.c.j. vers.aut si fortè episcopus.& d.Nouell.cxxiij.vers.sed & ipsis. Plura de regula proposita vide M.I.C.lib.iij.cap.ij.reg xiiij.

XXVII. Regula: Religiosus executor in alicuius testamento datus non potest hoc officium sine superioris licentia suscipere.c.vlt.in prin.de testamentis,in vj.Clement.j. vers.quod vtique non possunt.eod.tit.

XXVIII. Regula: Ne pro aliis intercedant, cauetur c.j.quod quibusdam.iiij.de fideiussorib. xiiij. q. v. denique. vers.ideóque in causis. Apostol. canon. xix. Huius exceptio est: Nisi monachi pro abbate suo intercesserint. cap. ex rescripto.ix.de iureiurando.

XXIX. Regula: Ne quid pro patrocinio accipiant, cauetur xv.q.ij.in prin.cum.c.sequente.

XXX. Regula: Ne turpibus lucris inhient, cauetur dist. 88.c.consequens. dist. xxiij.c.his igitur.vers.neque turpium.

XXXI. Regula: Ne vsuras exerceant, cauetur d.cap.his igitur.vers.vsuris nequaquam.item c.clerici.ij.de vita & honestate clericor.distinct. xlvj. c. seditionarios. vers.sicut nec vsurarios.c.non licet.& c. vlt.item distinct.xlvij.in prin. cum duob.cc.sequentib.cap.de Petro.c.si quis.item xiiij.q.iiij.c.si quis clericus,in fine.& c.nullus. Apostol.canon,xliij.

XXXII. Regula: Ne sint cupidi, auari vel ambitiosi, cauetur distin.xlvij.in prin.& c.virum.cap.bonorum.c.sicut. item distinct.xxiij.cap. his igitur. vers. amorem pecuniæ. & vers.neque vllius iactantiæ.

XXXIII. Regula: Ecclesiastica officia nec ambiant, nec oblata respuant, cauetur xvj.q.j.c.vos autem.

XXXIIII.

XXXIIII. Regula: Ne simul ecclesiastica & monasterij negocia tractent, cauetur d.q.j.c.nemo.c.legi.§.fin. cum c.sequente.c.præsbyteros.

XXXV. Regula: Ne vnus plura ecclesiastica beneficia habeat, cauetur j.cap.vij.reg.viij.

XXXVI. Regula: Ministerium euangelizandi & baptizandi renuere non debet.viij.q.j.c.olim.

XXXVII. Regula: Officium clerici circa rem domesticam & liberos describitur distin.xlvij.c.sicut.§.necesse est, cum sequentibus, vsque ad cap. quod ad nos. Planè à cura rei familiaris liber esse iubetur distinct.88.c.episcopus.Nouell.123.§.sed neque.vers.aut curatorem familiæ.

XXXVIII. Regula: Liberos suos in sæcularibus literis instituere non debent.distinct.37.cap legant.

XXXIX. Regula: De nouitiis seu minoribus à maioribus erudiendis cauetur distinct.xxviij. cap. de his quos, in prin.xij.q.j.c.j.c.necessaria.item Clement.j.§.nouitiis etiam & §.ad ampliationem.vers.rursus. de statu monachor. Concordat item M.I.C.d.cap.ij.reg.vj.

XL. Regula: De obedientia & reuerentia superiori ab inferiore præstanda cauetur distinct.xxiij.c.his igitur. vers. senioribus quoq; distin.xliij.in prin.c.à subdiacono.c. nulla. c.quisquis.c.nō oportet.xvj.q.j.c.placet.§.hoc idem. xviij.q. ij.c.abbates.§.monachi.De consecrat.distin.v.c.in omnibus. §.fin. Concordat item s. cap. prox. q. vij.reg.v.Pœna inobedientiæ statuitur c. grauem.xv.de excess.prælator.c. si quis ij.& cap.illud dominus. v.de maioritate & obed.Apostol.canon.xxx.liiij.& lv.Concordant ea quæ habentur j.cap.prox. reg. x. except. ix. Propositæ regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi clericus per Papam sit ordinatus. Sed reprobatur c.per tuas.vij. de maioritate & obed.c. vlt. de confirmatione vtili vel inutili. Altera exceptio videtur: Nisi superior sit accusatus. Sed reprobatur viij.q.iiij.in prin.c.cū sequente.xxij. q.iij.c.vnico. Tertia exceptio est: Nisi superior illicitū quid vel indebitum iusserit.xj.q. iij. c. si quis episcopus, cum sequentibus, vsque ad c.ita corporis.cap. qui resistit.c.si is qui præest.item De excess.prælator.c.sanè. v. & cap.cum ad vij. Huius replicatio est: Nisi non malum præcipiatur, sed bonum intermittendum.d.q.iij.c.quid ergo. §.sciendū tamen. Quarta exceptio videtur: Nisi non amore iustitiæ, sed ex alia causa quid sit præceptum. Hæc reprobatur xj. q.iij. cap.

pauper, in fine.c.seruetur. Declaratur exceptio proposita d. q.iij.c.episcopus.§.ad hoc respondendum.vers.ex animo.

XLI. Regula: Ne à correctione sui prælati ad laicos confugiant, cauetur xxj.q.v.in prin.cum sequentibus.& xj.q. iij.c.si quis præsbyter.

XLII. Regula: Clerici & monachi sine consilio prælatorum nihil agere debent. xvj.q.j.ca.ecclesia. De consecrat. distinct.v.cap.in omnibus vers.& nihil sine. Declaratur hæc regula d.quæst.j.c.hinc est. §.item illud. vers. & ad rusticum. Huius regulæ exceptio est: Nisi diuina gratia intus commoniti ad docendum prorumpant. d. quæst.j. cap. placet. §. ostendit ergo.

XLIII. Regula: Monachi de clericis iudicare non debent.xvj.q.j.c.si clericatus.§.non est.

XLIIII. Regula: Clericos decet hospitalitas. distinct. 40.in prin.distin.42.in prin.dist.85.in prin.cum c.sequente.

XLV. Regula: in hospitalitate exercenda delectus personarum non est habendus.distin.42.c.quiescamus.

XLVI. Regula: Hospitalitas aliorum ab iis non despicienda.distin.42.c.si quis despicit.

XLVII. Regula: De conuiuiis exercendis, & primùm de loco conuiuiorum. In locis Deo dicatis conuiuia non celebranda.dist.42.c.non oportet.c.nulli.c.penult.& vlt.

XLVIII. Regula: De tempore conuiuiorum cauetur distin.44.cap.vlt.§.j.

XLIX. Regula: De benedictione & gratiarum actione in conuiuiis cauetur d.§.j.vers.nec oportet. item d. distinct. 44.c.quando.

L. Regula: De modo & adiunctis conuiuiorum cauetur d.distin.44.c.conuiuia. c.quando.c.nullius. c.penult. Vt modus in conuiuando seruetur, cauetur d. distin.44.cap.multis. Vt à publicis conuiuiis abstineant, cauetur distin.23.cap.his igitur in prin.

LI. Regula: Ne ex symbolis vel confertis conuiuia celebrentur, cauetur dist.44.c.non oportet.c.vlt.in prin.

LII. Regula: Ne conuiuæ partes tollant de mensa, cauetur distin.42.c.non oportet.

LIII. Regula: Ne inter pocula cantent, cauetur 22.q.j.c. clericum, in fine.distin.44.c.nullus.vers.aut cantare.

LIIII. Regula: Vt omnibus prodesse, nulli nocere velint, cauetur 14.q.5.c.deniq;, in fine.& c.vlt.in prin.de postulando.

LV.

L V. Regula: Intercedere pro reis vel damnatis possunt, non autem temerario ausu eos debent defendere.14.q.6.c.j. vers. sed non inhumanum est. &c.hi qui.17.q.4.c.reum. 23.q. 5.c.reos, in prin.l.6.C.de episcopali audientia.

Circa fœminas offi cia clerico rum & mo nachorũ.

L VI. Regula: Continentes & casti esse iubentur cap. vt clericorum.13.de vita & honestate clericor. distin.31.c.episcopos.distin.32.c.erubescent.distin.23.c.his igitur.distinct.43.in prin.distinct.81.c.proposuisti.distinct.84.c.cum in præterito. c.cum de quorundam.

L VII. Regula: Ne cum mulieribus confabulentur, vel conuersentur, cauetur cap.si quisquam. ij. de cohabitat. clericor.distinct.81.cap.si quisquam.& distinct.23.cap.his igitur. vers. viduarum.

L VIII. Regula: Ne fœminas osculentur, cauetur de consecrat.distinct.4.c.monachi.

L IX. Regula: Ne secum habeant mulieres, cauetur. distin.81.c.oportet.c.sed si fortè, in fine.ca.volumus. ca.cum omnib.c.archidiaconum.c.quidam.c.fœminas.c.ad reatum. distin.82.ca.plurimos. ca.quia aliquanti. item De cohabitat. clericor.c.j.in prin.& de conuers.coniugator.c.vxoratus.8.§. fin. distin.32.c.hospitiolum. Concordat item M. I. C. lib.iij.c. ij. reg. vij. in prin. Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi matrem, filiam, vel sororem suam clericus secum habeat, aut aliam, quæ omnem suspicionem effugiat.c.à nobis. 9.de cohabitat.clericor.distin.32.ca.interdixit. distin.81.cap. volumus.c.cum omnibus. c.fœminas. Concordat M. I .C. d. reg.vij.except.j.Contradicit quoad sororem d. distin.81.cap. legitur. Planè propositæ exceptionis replicatio est: Nisi istiusmodi mulieres de incontinentia sint suspectæ. cap. j.de cohabit. cleric. Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. d.reg.vij.item j.in regulis sequentibus.

L X. Regula: Ne concubinas alant, cauetur c. clericos. iij.c.sicut.4.c.si autem.vj.de cohabitat. clericor.distin. 28.ca. decernimus.distin.32.c.nullus, cum c.sequente, in prin.vsque ad §.præcipientes.distin.33.in prin.§.sed quæritur.distin.81.c. si qui sunt. cap. eos etiam. Declaratur regula proposita definitione concubinæ distinct.34.c.omnibus.§.concubina autem. Pœna autem concubinatus etiam in liberos extenditur 15.q.8.cap.cum multæ.

L XI. Regula: Ne vxores ducant, cauetur distinct. 28. c.decernimus. c.de his.§.cauendum. c.præsbyterum.cap.vlt.

dist. xxxj.c.vlt. §.quod autem.§.similiter.dist.32.c. de illo.c. subdiaconibus.dist.xxxiij.in prin.dist.81.ca.si quis amodo,c. si quis sacerdotum.c.eos etiam.item xxvj.q.ij.c.j.§.his itaq;. vers.copula nanque.c.j.& cap. cum decorem. viij.de clericis coniugatis. Concordant item ea quæ habentur j. lib. prox. c. xiij. except.xxx.& M. I. C. lib.iij.c.ij.reg.viij. Planè huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi infra subdiaconatum clericus sit constitutus: huic enim vxorem habere permittitur,priuatur tamen beneficio. d.c.j.& c.quod à te. iij. de clericis coniugatis.& c.clericus.vj.de vita & honestate clericor. distin.xxxij.c.placuit.c.lectores. item xv.q.iij.c.sanè. §. cum autem. vers. legibus enim. Apostol. canon. xxv. Concordat item j.libro prox.d.except. xxx.repl.vij.item M. I. C. d.reg. viij. except. ij. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alterius sectæ vxores ducant.d distin.xxxij.c.quoniam. Altera replicatio est: Nisi secundam vxorem duxerit. Approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap.prox.reg.xxiiij.& M. I. C. d.except.ij.repl.j.Tertia replicatio est: Nisi viduam vxorem duxerit,non virginem. Approbatur per ea quæ proposita sunt s.ca.prox. reg.xxv. & M. I. C. d. except.ij.repl.ij. Plures huiusmodi replicationes vide d. except.2. Altera exceptio est: Nisi is qui vxorem duxerat, pœnitentia ductus eam dimiserit.c.sanè.iiij.de clericis coniugatis.Tertia exceptio est: Nisi cum minores religioni à parentibus oblati essent, maiores octodecim annorum facti nuptias contrahere velint.dist.xxviij.c.de his. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d.reg. viij.item j.lib.prox. d. except. 30.Vide item de proposita regula j. c.xj.de diaconis, reg.14.

LXII. Regula: Ne in sacris ordinibus constituti cum vxoribus suis coeant. Hæc regula approbatur simul & distinguitur per ea quę habentur j.lib.prox.c.xvj.reg.v.excep. iiij.Quibus concordat distinct.xxxj.c.j.§.eos autem.& §.fin. cum sequentibus. vbi ratio propositæ regulæ adfertur à Gratiano vers.causa huius. Concordat item d.distin. xxxj.c. temerè,cum c.sequente.c.eos.c.si laicus.item distin.xxxij.c. j.c.multorum.distin.81.c.ministri. Concordat item s.reg.lvj. Contradicit Apostol.canon. episcopus.v.vbi cauetur, ne sub prætextu religionis vxorem abiiciant. Respondetur huic obiectioni distin.xxxj.c.quicunque.§.potest & aliter.c.quoniam. §.fin. De qua re vide item j. lib. prox. cap. xvj. reg.v. except. iiij. Propositæ regulæ exceptionem vide j.lib.prox. d.except.

d.except.iiij.repl.j.

LXIII. Regula: Ne clericus solus ad fœminæ tabernaculum accedat, nec cum sola fœmina confabuletur, nec per alios fœminæ aliquid secretò mandet, cauetur distinct. 81.clericus, cum c.sequente.c.cum omnibus.& c.clerici.

LXIIII. Regula: Ne cum mulieribus lauacra habeant communia, cauetur distin.81.c.non oportet.

LXV. Regula: Ne monialium monasteria ingrediantur, cauetur c. monasteria. viij. de vita & honestate clericor. xviij.q.ij.c.diffinimus.c.in nullo.Nouel.123.§.nō ingredietur.

LXVI. Regula: Nec commatrem sibi facere, neque ad fœminas accedere monacho licet.xviij.q.ij.c peruenit.

LXVII. Regula: Ne ab ecclesia sua recedant, sed ibi resideāt, cauetur c.quia nonnulli.iij.§.cum igitur.c.relatum. iiij.c.conquerente.vj.vers.vel quod eidē ecclesiæ. c.ex parte. viij.c.qualiter.ix.c.inter quatuor x.ca.ex tuæ. xj.in prin.& c. vlt.de clericis non residentibus. c.extirpand e.xxx.§.qui verò. de præbendis. cap.quanto. vij. de officio ordinarij.c.licet canon.xiiij.§.is etiam.de electione, in vj. Clement. j.§. quia verò.vers.prælatis eorum.& §.cæterùm, in fine.de statu monachorum.vij.q.j.c.si qui verò.c.si quis in clero item D: statu regulariū, in vj.c.vnico, in prin.xvj.q j.ca.quidā.c.si cupis, in prin.c.iuxta.xviij.q.ij.c.abbates.§.monachi.xx.q.iiij.c.vlt. vers.item clericis. Concordant denique ea quæ habentur j. reg.prox.item M.I.C. lib.iij.c.ij.reg. xvj.Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi rationabilis causa subsit. d.§.cæterùm, in fine.& c.relatum.iiij.vers.vel pro aliis honestis.& c.inter quatuor.x.in fine.vers.dummodo nō sint iusto. de clericis non residentibus. c.licet canon.xiiij. §.fin.de electione, in vj. Quæ autem sit rationabilis causa ad non residendum, patet ex sequentibus exceptionibus, tanquam propositæ exceptionis speciebus. Altera exceptio est: Nisi studiorum causa absit.d.§.cæterum.vers.nisi ex studiorum causa.& d.c.relatum.iiij.vers.vel studio literarum. Concordant ea quæ habentur j.c.vij.reg.lxxix.except.j.Huius exceptionis replicatio prima est, quo ad quotidianas: has enim studiorum causa absens non percipit.c.licet.xxxij.de præbendis. Altera replicatio est: Nisi studiorum causa absit eo loco, vbi nullum est studiorum exercitium. ca.tuæ fraternitatis. xij. de clericis non residentibus. Tertia replicatio est: Nisi sine licentia sui prælati & consilio maioris partis con-

uentus studiorum causa absit.cap.vt periculosa. ij. ne clerici vel monachi sæcularib. in vj. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi pro seruitiis ecclesiæ suæ absit.c.ex parte.xiij.de clericis non residentibus. Quarta exceptio est: Nisi in seruitio vel comitatu sui prelati absit.c.de cætero.vij.& c.ad audientiam. xv. eod.tit. Quinta exceptio est: Nisi in familia Papæ absens sit.c.cum dilectus. iiij.eo.tit.Sexta exceptio: Nisi cum licentia sui prælati absit. c.relatum.iiij.ver.nisi forte de licentia.d.tit. Huius replicatio est: Nisi defectus sit clericorum.c.cum ad hoc.xvj.de clericis non residentibus.Septima exceptio videtur: Nisi beneficium sit modicæ æstimationis.Sed reprobatur c. conquerente. vj. eod. tit. Octaua exceptio: Nisi in digniori ecclesia resideat, qui ab accessoria abest. cap. extirpandæ.30. §. qui verò. de præbendis.distinct.lxx.c.vlt. §. si quæ tamen.Nona exceptio est: Nisi in ecclesiam extra monasterium constitutam eat. Nouell.133.§. deinde etsi. Decima exceptio est: Nisi beneficium resignauerit. Cuius replicatio est: Nisi sine superioris licentia id resignauerit.ca.admonet.iiij.de renuntiat. Plures huiusmodi exceptiones vide j.cap.vij.reg.79. item cap.viij. quæst.viij.reg.48.except.j. cum sequentibus.

LXVIII. Regula: Ne ex vna ecclesia in aliã transeant, cauetur.c.j.de clericis non residentibus.c.Ioannes.v.cap.non est.vij.de regularibus.distin.lxx.c.vlt.§.& in qua.i.q.j. cap. filium.vij.q.j.c.placuit.c.si qui verò,c.si quis præsbyter. c. propter.c.si quis de ordine.xviiij.q.ij.c.j.xx.q.iiij.c.monachum, in prin. extrauag. com. j. de regularib. Apostol. canon. xiiij. Concordant item ea quæ habentur s.reg.prox.& M.I.C.lib. iij.cap.ij.reg.xvij.Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi licentia sui prælati ab vna ecclesia ad aliam transierit, vel decreto publicè interposito.d.c.monachũ. vers.nisi abbatis sui.c.quæsitum.v.§.fin.vij.q.j.c. episcopus de loco.Altera exceptio est: Nisi ad duriorem ordinem transierit.c.sanè.x. & c.licet.xviij.de regularibus.c.ex parte. x.de tempor. ordinat.xx.q.iiij.c.j. Tertia exceptio est: Nisi clericus monasterium ingrediatur.29.q.j.c.j.c.ij.c.duæ sunt. Huius replicatio est: Nisi canonicus sit regularis: huic enim non permittitur ad aliud monasterium transire.xix.q.iij.c.j.c.mandamus. Ratio huius redditur xx.q.iiij.in fine.Quarta exceptio videtur, Nisi consuetudo loci permittat ab vna ecclesia ad aliam transire.Sed reprobatur.c.cũ venerabilis.vij.de cõsuetudine.

Quinta

Quinta exceptio est: Nisi tempore probationis nondum finito, nec professione facta, ad aliam ecclesiam transierit. ca. postulasti. xxj. de regularib.

REPLICATIO PRÆCEDENTIVM exceptionum generalis.

Hactenus propositæ regulæ exceptiones enumerauimus, quarum tamen replicatio generalis hæc est: Nisi seruus manumissus sit hoc modo, vt ecclesiæ certæ seruiat. hic enim ad aliam ecclesiam transire non potest. cap. eo libentius. vj. de seruis non ordinandis. Plura de regula proposita vide j. cap. vij. rēg. viij. except. ij.

L X I X. Regula: Ne ad sæcularem vitam redeant, cauetur cap. j. & cap. ruæ fraternitatis. iij. de apostatis. vij. quæst. j. cap. si qui vero. xvij. q. j. cap. Ananias. xx. q. j. c. puellæ. q. iij. c. j. cap. procliuus. ca. eos qui. xxvij. q. j. c. si custos. c. si homo. cap. omnes. versi. quæ. verò. Cōcordat item M. I. C. lib. iij. c. ij. reg. xviij. Planè propositæ regulæ exceptio prima videtur: Nisi licentia sui prælati ad sæcularem vitam redierit. Sed reprobatur xvij. q. iij. ca. vnico. Altera exceptio est: Nisi professio nondum fuerit facta. ca. postulasti. xxj. de regularibus. xvij. q. j. c. vlt. in fi. q. ij. c. j. cap. nec nouimus. in fine. Huius replicatio prima hæc est: Nisi habitum religionis susceperit. cap. super eo. ix. c. ex parte. xxij. de regularibus. c. constitutionem. iij. §. sed expressè. versi. tacitè verò. eo. tit. in vj. Huius duplicatio prima est: Nisi nouitiorum, non professorum habitum susceperit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur c. consulti. xx. & c. statuimus. xxiij. §. fin. de regularibus. Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi euidenter appareat, eum vitæ genus commutare voluisse. d. cap. xx. Altera triplicatio est: Nisi per annum habitum nouitiorum gestauerit. Clement. eos qui. ij. eod. titu. & d. cap. ex parte. xxij. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi intra triduum habitum rursus deposuerit. cap. ad nostram. viij. versic. aut si post. de regularibus. cap. constitutionem. iij. §. fin. eod. titu. in vj. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi mulier non professa velum conuersionis spontè sibi imposuerit. cap. vidua. iiij. de regularibus. Tertia replicatio est: Nisi euidenter appareat, non professum vitæ genus commutare voluisse. cap. consulti. xx. & cap. statuimus. xxiij. d. titu. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio

est:

est Nisi inuitus sit professus. cap.j. de his quæ vi metúsve causa.xx.quæst.j.cap.puellæ. cap.sicut.quæst.iij. in prin.cum cap.sequente.cap.præsens. Huius replicatio prima hæc est: Nisi postmodum ratum habuerit, quod ab initiò se inuito gestum est.d.c.j.§.fin.xx.q.j.cap.illud. Quarta exceptio videtur:Nisi blanditiis prælatorum allectus sit ad professionem. Sed reprobatur xvj.q vij.c.vlt.xx.q.iij.c.vlt. Quinta exceptio est: Nisi minor annis professus sit.cap.ad nostram.viij.de regularibus.c.j.in prin.c.non solùm.ij.versi.maior tamen quatuordecim.eod.tit.in vj.xx q.j.cap.j. Huius replicatio prima est:Nisi adultus factus professionem ratam habuerit.d.c.j. in vj.& d.q.j.c.j.c.illud autem.Concordant ea quæ habentur s̃.c.prox.q.ij.reg.xxxvj.except.iiij. Altera replicatio est:Nisi consensu parentum minor sit oblatus.d.c.j.in fine, cum cap. sequente.& d.q.j.c.monachum.cap. quicunque.c.quem progenitores.c.infans.§.ex his authoritatibus.item De regularibus c.significatum.xj.§.si autē à parentib. & c. cum virum. xij.Contradicit c.cum simus.xiiij.eod.tit.& glos.in d.c.xij.in verbo, Quidquid horum.Hæc de quinta exceptione:de qua tamen vide plura s̃.cap.prox.quæst.ij.reg.xxxvj. Sexta exceptio est: Nisi furiosus professus sit. Hæc exceptio approbatur sub conditione c.sicut tenor.xv.de regularibus. Septima exceptio: Nisi ante tempus probationis finitum professus sit. Quæ exceptio approbatur simul ex distinguitur per ea quæ habentur s̃.c.proxi.q.vj.reg.viij. Octaua exceptio videtur: Nisi consecratio nondum fuerit facta. Sed reprobatur xx.q.j.c.puellæ.versi.etiamsi nondum. Nona exceptio videtur:Nisi post professionem non susceperit habitum religionis. Sed reprobatur c.porrectum. xiij. de regularibus.c.constitutionem.iij.versi.sed expressè.eod.tit.in vj.Decima exceptio videtur: Nisi professus nunquā in claustro, sed in sæculo permanserit,& bonis suis vsus sit. Reprobatur ca.sicut nobis.xvij.de regularibus.c.ex parte.ix.de conuersione coniugator.Hæc de sexagesimanona regula eiúsque exceptionibus sint dicta:de qua vide item M.I.C.lib.iij.cap.ij.reg.xviij. Sanè de fugitiuis & apostatis requirendis ac puniendis cauetur cap.vlt.de regularibus.

LXX. Regula: vt peregrinantes literas habeant commendaticias ac testimoniales, cauetur c.fraternitatis.v. de clericis non residentibus.c.j.de clericis peregrinis.extrauag. cum.ad nostram.ij.de regularib. item De consecrat.distinct.

v.cap.

v.cap.non oportet.item distinct.lxxj cap.extraneo.ca.hortamur.& cap.vlti.item.xxiij.quæst. viij. cap. si quis episcopus. Apostol.canon.xxxij.& l.xxij.§.fin.C.de episcopis & clericis. Concordant item ea quæ habentur.§.cap.proxi.quæst.ij.reg. ix.except.iij repl.j.Forma harum literarum præscribitur distinct.lxxiij.in prin. Exemplum habetur d.distinct.lxxiij.ca. j & cap.vltim.Huius regulæ exceptio est:Nisi peregrinantes spiritu diuino agitentur.xix.quæst.ij.cap.duæ sunt.

LXXI. Regula, vt iam dictæ literæ rogentur, & non nisi à rogato dentur, cauetur distinctio.lxxij.in princ.cum cap.sequente.

LXXII. Regula: A sede apostolica vocatus domum non reuertatur sine literis apostolicis. viij.quæst.v.in princ. cum cap.sequente.

LXXIII. Regula, Vt à causis sanguinis abstineant, cauetur cap.clericis.v. in prin.cap.sententiam.ix. ne clericis vel monachi sæcularibus.xxiij.quæst.viij.ca. sæpe principes. cap.his à quibus. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi à sæculari magistratu iureiurando indulgẽtia reo promittatur.d.cap. sæpe principes.versi.ibi consentiant fieri regibus.Altera exceptio est:Nisi clericus iurisdictionem temporalem habens,causas sanguinis delegauerit. ca.vlt.ne clerici vel monachi sæcularibus,in vj.

LXXIIII. Regula: Clericus qui homicidium commisit,vel causam mortis præstitit,deponitur. c.de cætero.xj.de homicidio.distinct.50.c.miror.c.clericum.c. si quis viduam. versi.similter. Apostol.canon.lxiiij.Exemplum eius qui causam mortis præbuit,habetur ca.ex literis.x.de excessib.prælatorum. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi casu, non occidendi animo factum sit homicidium. cap. lator. ix.cap.dilectus.xiij.cap. ex literis.xiiij.cap.ex literis.xv.cap. significasti.xvj.cap.Ioan.xxiij..& ca.vlt.de homicidio, distin. 50.cap.clerico.cap.hi qui.item xv.q.j.cap.nec is qui.Concordant item ea quæ habentur s̄.lib.j. cap.v. de homicidio,q.j. except.generali j. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi culpa casum præcessit,seu non adhibuit diligentiam quam debuit.cap. præsbyterum.vij. & cap.continebatur.viij.de homicidio.Altera replicatio est:Nisi dans operam rei illicitæ casu homicidium fecerit. Quæ replicatio approbatur secundum quosdam d.c.continebatur. viij item c.tua nos.xix.in princ.cap.sicut.eod.tit. Tertia replicatio est: Nisi

Nisi ira percitus casu homicidium fecerit. distinct. 50. ca. studeat. Quarta replicatio videtur: Nisi homicida veniam delicti petierit. Sed reprobatur c. exhibita. xxij. de homicidio. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi sui defendendi causa homicidium fecerit. Sed reprobatur c. interfecisti. ij. §. fina. & cap. significasti. xviij. §. fin. eod. tit. item distinct. 50. ca. de his clericis. Admittitur tamen, si mortem aliter effugere non potuit, Clement. vnica, in fine. de homicidio. Tertia exceptio est: Nisi obsidionis vel captiuitatis necessitate coactus homicidium fecerit. distinct. 50. cap. de eo. §. quod verò, cum cap. sequente. & cap. quia te. Quarta exceptio videtur: Nisi pro salute communi, vel aduersus hostes fidei pugnans homicidium fecerit. Sed reprobatur sub conditione cap. penult. de homicidio. Quinta exceptio est: Nisi per furorem homicidium fecerit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur xv. q. j. cap. vltim. Clement. vnica, de homicidio. Sexta exceptio est: Nisi ciuiliter saltem conquerens de crimine causam mortis præbuit. cap. postulasti. xxj. de homicidio. cap. prælatis. ij. eo. titu. in vj. Septima exceptio: Nisi indicia tantùm criminis professus causam mortis præbuit. cap. tua nos. xix. §. ad vltimum. de homicidio. Octaua exceptio est: Nisi conceptus, nondum autem viuificatus fœtus interierit. c. sicut. xx. in fin. eod. tit. Nona exceptio: Nisi non per se, sed per alium occidit. reprobatur cap. Henricus. ij. de clericis pugnantibus. Decima exceptio est: Nisi tantùm in turba defendendi causa fuit, in qua aliquis est occisus. cap. præsentium. iij. & c. vlt. de clerico percussore. Vndecima exceptio videtur: Nisi non appareat, cuius ictu perierit. Sed reprobatur ca. significasti. xviij. §. quod si discerni. de homicidio. Duodecima exceptio videtur: Nisi cum non læthaliter aliquem vulnerasset, is postea ab alio fuerit occisus. Sed reprobatur d. c. xviij. Decimatertia exceptio videtur: Nisi cum tantùm verberari mandasset, hoc adiecto ne occidatur: mandatarius fines mandati egressus occiderit. Sed reprobatur cap. vlt. eo. tit. in vj. Decimaquarta exceptio est: Nisi infans homicidium fecerit. Clement. vnica, eod. tit. Decimaquinta exceptio est: Nisi dormiens aliquem occiderit. d. Clement. vnica.

LXXV. Regula: Ne militent, vel alios ad militandum incitent, bellicáve negocia administrent, aut in duello pugnent, cauetur cap. j. de clericis pugnantibus. ca. quod in dubiis,

biis.v. de pœnis.xxiij.quæst. viij. in princ. cum sequentibus, vsque ad cap.clerici qui.item d.quæst.viij.cap.reprehensibile.cap.si in mortem.cap.quo ausu.cap.si quis episcopus.§.reprehenduntur,cum cap.sequente,vsque ad §.licet ergo Apostol.canon. 82. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi sui defendendi causa bellum gerat. Sed reprobatur d.q.viij. in prin.in fi.& cap.non pila.versi.aliter nec debeo. Altera exceptio est:Nisi pro suo grege bellum gerat.d.q.viij.cap.scire vos.Tertia exceptio est:Nisi ratione feudorum,quæ ab Imperatore detinet,ad bellum vocetur. Quæ exceptio videtur approbari d.q.viij.ca.si in mortem.§.ecce quod. Quarta exceptio est: Nisi alios ad defensionem oppressorum & infidelibus resistendum hortentur: hoc enim facere possunt.d. q.viij.c.igitur cum sæpe.c.omni timore.c.hortatu.cap. præterea.c.vt pridem.c.suppliciter. & ca.si vobis.§.licet ergo.

LXXVI. Regula: Ne arma sumant, néve armati incedant,cauetur xxiij.quæst.viij.c.clerici.c.quicunque exitem. De vita & honestate clericor.ca.clerici.ij.& Clement.j.§.aduersus verò.versi.vel arma portantes.eod.tit.item Clement. j.§.quia verò,in fine. de statu monach.

LXXVII. Regula: Ne sint seditiosi, cauetur distinct. xxiij.c.his igitur.versi.dolos.& distin.xlvj.c.seditionarios.

LXXVIII. Regula: ne sint cupidi vindictæ,cauetur d. c.seditionarios.versi.vel iniuriarum suarum vltor.

LXXIX. Regula: Ne discordent,néve sint contentiosi, cauetur distinc.90.cap.oblationes.cap.neque ad Cain.c.alienus.cap.si quis.cap.diffidentes.

LXXX. Regula: Ne sint inuidi, cauetur d.c.his igitur. versi.odium.& distinct.xlvj.c.clericus inuidens.

LXXXI. Regula: Ne sint maledici vel calumniantes,cauetur d. versic.odium. & d.distinct. xlvj. cap. clericus. cap.accusatores.

LXXXII. Regula: Ne adulationibus & proditionibus vacent, cauetur distinctio.xlvj.cap. clericus qui. & cap. sunt nonnulli.

LXXXIII. Regula: Ne iurent,cauetur ij.quæst.v.c.j. cap.nos sanctorum.c. nos sacramentum. & cap. si quis. item xxij.q.v.c.pen.& vlt.item De iureiurando.c.nullus.v.itē De iuramēto calumniæ c.j.& l.xxv.§.quod si lis.vers.quia ecclesiast.C.de episcopis & cleric. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est:Nisi pro recta fide iurent.d.c. nos sacramentum. & d.ij.

& d.ij.quæst.v.cap.j.versi.nisi pro recta fide. Altera exceptio est: Nisi agatur de fama clerici d. quæst.v.c. si quis præsbyter.§.verùm, cum cap. sequente. cap habet.c.Mennam.cap. quanto. & c.mandastis. Tertia exceptio est: Nisi ex causa necessaria iurandum sit, puta pro testimonio.cap. etsi Christus. xxvj. de iureiurando. De qua re vide plura s̃.lib.prox. cap.xvj.in princ.

LXXXIIII. Regula: Ne scurrilibus & turpibus verbis vtantur, cauetur dist.xlvj.c.clericum.

LXXXV. Regula: Ne ioculatores sint, vel goliardi aut bufones, cauetur cap.vnico, de vita & honestate clericor in vj.

LXXXVI. Regula: Ne ludãt, néve spectaculis intersint, cauetur distinct. xxiij.cap. his igitur in princip.dist. xxxv. c. j. distinct. xliiij. cap.nullus præsbyterorum, in fine item.cap. cum decorem. xij.c.clerici xv. §. mimis.& §.ad aleas.de vita & honestate clericor. item De consecra. distinct. v. c. non oportet. Apostol.canon.xxxxj. cum sequente. Concordat item M. I. C. lib.iij. cap. ij. reg. xiij.

LXXXVII. Regula: Ne venationes exerceant, cauetur.c.j.&.c.vltim.de clerico venatore. Clement. j.§.porrò. & §.si quis autem. vers.si qui verò.de statu monachor.distinct. xxxiiij.c. episcopum.c. omnibus. distinct. 86.c, qui venatoribus, cum sequentibus.vsque ad c.non satis est.

LXXXVIII. Regula: Ne comam nutriant, neque barbam, cauetur c.si quis. iiij. c. clericus.v.c.clericis.vij.& c. clerici. xv. §. comam. de vita & honestate clericor. distinct. xxiij.c.prohibete.c.clerici.c.si quis.ex c. penul.Ratio rasuræ redditur xij.q.j.c.duo sunt.§.hi namque sunt.vers.& hoc designat. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi clericus sit coniugatus, non beneficiatus.c.Ioannes.vij. de clericis coniugatis. Altera exceptio est: Nisi mulier sit religiosa.distinct. xxx.c. quæcunque.

LXXXIX. Regula: De habitu, vestitu & ornatu clericorum cauetur d. cap. clerici. xv. de vita & honestate clericor. cap.cum ad.vj.in princ. de statu monachor. Clement. j.eod.tit. Clement. quoniam. ij. de vita & honesta te clericor. distinct.xxiij.cap.clerici.cap.sanctimonialis. distinct.xxxxj. in prin.& c. parsimoniam. item c.vlt. in prin.xxj.q. iiij.cap.j. cum sequentib. vsque ad q.v. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi in minori ætate clericus sit constitutus.c.vlt.de clericis

ricis coniugatis. Ad regulam quoque propositam pertinet, quòd compagis & mappulis vti non possint sine permissu Papæ.distinct.xciij.c.peruenit cum cap sequente.

XC. Regula: De varietate vestitus clericorum.Eius ratio redditur distin.xl.in prin vers. vnde in veteri. Huius exceptio est: Nisi conuersis sit prædicandum hoc enim casu eundem habitum gestare debent omnes, quamuis diuersi ordinis.cap.Deus xj.de vita & honestate clericor.

XCI. Regula: De distinguendo habitu nouitiorum & professorũ cauetur c.statuimus. xxiij. §.fin de regularibus.

XCII. Regula: De incessu clericorum cauetur d stinct. xlj.c.parsimoniam.vers.& incessus.item c. vlt. distinct. xxiij. cap.his igitur.vers. non vagi oculis.

XCIII. Regula: De alimentis,cibo & potu clericorum cauetur distinct. xlj. in princ. vers. & quod tam de vestibus. item cap.j.ead.distinct.Apostol.canon.lxij.

XCIIII. Regula:Non cibus,sed appetitus est in culpa. d.distinct.xlj.c.delitiæ.c.quod dicit.

XCV. Regula:Vt diuitibus obseruantia cibi remittatur cauetur distinct.xlj.cap.non cogantur.

XCVI. Regula: De esu carnium monachis interdicto cauetur c.cum ad vj.§.in refectorio.de statu monachor.Clement.j.§.fin.eo.tit. De consecrat.dist.v.c.carnem. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ob ægritudinem.d.c. carnem. vers.seruato tamen moderamine. & d.c.cum ad vj. §. porrò debiles.Altera exceptio videtur: Nisi in solennitatibus.Sed reprobatur d. c. cum ad vj.§. nec in quibusdam. Tertia exceptio videtur: Nisi extra refectorium carnibus vescantur. Sed reprobatur d.§.nec inquibusdam. vers.sed nec extra refectorium. Quarta exceptio est: Nisi ex speciali abbatis indulgentia. d.§. nec in quibusdam. vers. quanquam ex indulgentia.

XCVII. Regula: De crapulis & ebrietatibus vitandis cauetur c.à crapula.xiiij.de vita & honestate cleric.distinct. xxiij.c.his igitur,in prin.vers.priuata. & distin.xxxv. in prin. §. sequitur.c.j.c.venter. c. vinolentum. c.luxuriam. c.sexto. c.vlt.& distinct.xliiij.in prin.cum. cap. sequente. cap. nullus. cap.vlt.§.si ergo. De consecrat. distinct.v.c.nullus præsbyterorum.Apostol.canon.xlj.cum sequente.

XCVIII. Regula: Ne tabernas ingrediantur, cauetur dist. lxiiij. c. non oportet.c.clerici.item De vita & honestate

clericor.cap.clerici.xv.§.& tabernas.Apostol.canon.liij.

XCIX. Regula: Ne tabernam aut ergasterium habeant, cauetur distinct.xliiij.cap.nulli.

C. Regula: De alimentis adquirendis cauetur distin. xcj. in prin.c.præsbyter.vers.deinde peractis.c.clericus.c.penult.

CI. Regula: Vt priuatum seu proprium nihil habeant, sed omnia illis sint communia, cauetur De regularibus.cap. Ioannes.v. vers. nec eorũ aliquem. item De statu monachorum c.monachi. ij.in prin. vers. nec peculium. & §. qui verò. item c.super.iiij.c.cum ad.vj.§.j.item Clemẽt.j.§.fin.eod. tit. Idem cauetur non de monachis solùm, sed & de clericis, xij. q.j.in prin.c.dilectissimis.c.clericus.c.duo sunt. §.ratio verò. c.quia tua.c.scimus.c. nolo. c. non dicatis.c.habebat, in fine. c.illi autem.§. de rebus. item distinct. xxxij. c.præter.§.præcipientes. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est, quòd habens propria clericus quidem non erit, clericatus tamen illi non tollatur. d. §. de rebus. vers. si habuerint, non clerici erunt, non tamen, & c.item d.q. j.c.certè ergo. Altera exceptio est: Nisi clericus vxorem & liberos habeat: ad horum enim vsum licet illi habere propria. d.quæst.j. cap. præcipimus. §. cum ergo. Cui contradicit glossa in vers. sed notandum. Tertia exceptio est: Nisi clericus suis contentus à sumptibus ecclesiæ abstineat. d. q. j.c.illi autẽ. Accedit glossa d.q.j.in prin. Quarta exceptio videtur: Nisi cũ monacho de habenda proprietate fuerit dispensatum. Sed reprobatur ca. cum ad vj.§.fin.de statu monachor. Quintæ exceptionis loco notandum, quamuis nihil proprium habere debeant, tamen res ecclesiæ ab iis possideri & administrari posse. xij.q. j.cap.expedit.cap.nulli.§.si ergo res cum cap.sequente.

CII. Regula: De lectis monachorum cauetur Clement. j.in prin.vers. & lectisternij. de statu monachorum.

CIII. Regula: De habitatione clericorum & monachorum. Vt nõ separatim, sed in communi loco habitent, comedant & dormiant, cauetur xij. q.j.c.j.c.dilectissimis.c. necessaria.c.quia tua, in prin.xvj.q.j.c.si clericatus.§.fin. xx.q.iiij. c.monachum.§.seruãdum quoque.item distin. xxxij.c.præter hoc.§.præcipientes. De consecrat.distin. v.c.in omnibus, item De vita & honestate clericor.cap. quoniam.ix.in princ. vers.in vna domo. Huius regulę duę exceptiones proponuntur d.§.seruandum.vers.nisi fortè probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem. Plura de regula

proposita

proposita eiúsque exceptionibus vide M.I.C.II.iij.c.ij.reg.v.

CIIII. Regula: Ne singuli monachi per parochias vel prioratus ponantur, cauetur c.monachi. ij. in prin. vers. nec singuli. & c.quod Dei.v.§.fin.de statu monachor. c.ex parte. iij. & cap.vlt.de capellis monachorum. Clement.j.§. ad hæc de statu monachorum.

CV. Regula: De silentio monachorũ cauetur c.cum ad vj. §.in oratorio. de statu monachor. Clement.j.§.fin.eod.tit.

CVI. Regula: De confessione & communicatione monachorum cauetur Clement.j.§.sanè.d.tit.

CVII. Regula: Matrimonium ne contemnant, cauetur j.lib. prox. cap.ij.quæst.iiij. reg.iiij. Nuptialibus tamen conuiuiis interesse prohibentur distinct.xxxiiij. ca. præsbyteri.

CVIII. Regula: Ne ad curias principum eant. cauetur Clement.j.§.quia verò. de statu monachorum.

CIX. Regula: Ne in foro vel nundinis versentur, cauetur distinct.xcj.c.penult.§.qui verò.

CX. Regula: Ne clerici conditionem suam abnegent, vel se monachos fingant, cauetur cap. vt clerici. iij. de regularibus. Apostol. canon. lxj.

CXI. Regula: Ne glorientur in malitia sua, cauetur cap. quàm sit.ix.de excess.prælator.

CXII. Regula: Vt ea quæ illis supersunt, dent pauperibus, cauetur xij.q.j.c.quia tua.§.fin.

CXIII. Regula: Vt bonis moribus viuãt, cor, linguam & oculos ab omnibus illicitis conseruent, ac corpus Deo seruent, cauetur. d.c. quia tua. §. de eorum.vers.& sub ecclesiastica.distinct.xxiij.c.his igitur.vers.non vagi oculis

CXIIII. Regula: Vt singulis diebus mane prima hora ad lectionem veniant, cauetur De consecrat. distinct. v.cap. in omnibus.vers. & singulis diebus.

CXV. Regula: Vt in mensa similiter lectionem audiant, cauetur d.cap.in omnibus.§.fin.

CXVI. Regula: Pro gradu sui officij quenque meliorem esse oportet.viij.quæst.j.cap.qualis enim.

CXVII. Regula: Ne monachi ea quæ clericorum sunt, vsurpẽt, cauetur Clement.j.in prin.& §.nec etiam in casibus. de priuilegiis. Huius regulæ exceptio est: Nisi ad quosdam actus sint specialiter priuilegiati. d. Clement. j.in prin vers. vel per priuilegia sedis apostolicæ. & d. Clement. j. §. fin.

CXVIII. Regula: Ne monachi in clericorũ infamiam,

damnum vel præiudicium quidquam agant, cauetur d. Clement. i. §. quibus, cum sequentibus, vsque ad §. fin.

CXIX. Regula: De ratione sui officij reddenda cauetur distinct. xxxviij. c. quando. §. cum verò. Hæc de officiis clericorum & monachorum. Sed & plura huiusmodi officia vide s. cap. prox. quæst. ij. Cum enim in eum casum clericus peruenerit, quo ab initio ordinari non potuit clericatũ amittit. Quanquam hoc non est perpetuò verum, vt ostendit Gratianus xv. q. j. cap. vltim. §. his ita respondetur.

DE EXCEPTIONE PRÆCEDENTIUM REGULARUM GENERALI.

Quamuis autem clericus & monachus contra officia hactenus enumerata agens sit deponendus, vt ex præmissis patet: tamẽ eius exceptio hæc est: Nisi pœnitentiã egerit. Quæ tamen exceptio videtur reprobanda per ea quæ traduntur distin. 50. in prin cum sequentibus, vsque ad c. clericum qui. item c. de his. c. peruenit. c. accedens. c. quicunque. c. qui sub. c. fidelior. §. fin. Concordant item ea quæ proposita sunt s. c. prox. q. ij. reg. xv. Sed hisce non obstantibus, exceptio proposita approbatur d. distinct. 50. cap. si post. §. econtrà. cum sequentibus, vsque ad c. sacerdos quidem. §. quomodo igitur. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi ficta fuerit pænitentia magis spe honoris ecclesiastici consequendi, quàm odio criminis commissi. d. distinct. 50. c. sacerdos. §. quomodo igitur, cum sequẽtibus, vsque ad c. absit. item d. distinct. 50. c. domino, cum c. sequente. & c. præsbyteros. §. sed illud. Altera replicatio est. Nisi crimina, de quibus pœnitentia acta est, fuerint manifesta. d. c. præsbyteros §. fin. & d. distin. 50. c. de his verò. Tertia replicatio est: Nisi pœnitens in hæresim lapsus fuerit. d. distinct. 50. c. de eo autem. Quarta replicatio est: Nisi homicidium fecerit pœnitens. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quę proposita sunt s. reg. lxxiiij. Quinta replicatio est. Nisi pœnitens ad altiorem gradum ascendere velit. d. distinct. 50. c. si duo. §. præmissis. cap. hi qui altario. Contradicit tamen d. c. hi qui. §. sed exemplo cum sequentibus, vsque ad c. ex pœnitentib. Sexta replicatio videtur: Nisi iteratò deliquerit pœnitens. d. c. hi qui. §. quod si iteratò. Sed contrà reprobatur d. §. sed exemplo. Hæc de exceptione pœnitentiæ generali. Nunc de priuilegiis clericorum dicendum.

DE PRIVILEGIIS ET REbus clericorum ac monachorum.

Cap. VI.

PRIMA regula: Sacerdotes sunt sal terræ distin. xciij. cap. sacerdotes.

II. Regula: De immunitate clericorum & monachorum cauetur cap. quanquam. iiij. de censibus, in vj. Clement. vlt. de censibus. xvj. q. j. cap. iuxta sanctionem. xxiij. q. viij. cap. in qualibet, in prin. & §. vniuersos. l. j. C. de episcopis & clericis. Concordat item s. lib. eod. c. j. reg. xxiiij. & M. I. C. libro iij. c. iij. reg. j. in prin. Huius regulæ exceptio est: Nisi munera sint patrimonialia. xj. q. j. c. si quæ causæ. §. fin. Sed de hac exceptione aliisque pluribus vide d. reg xxiiij. & M. I. C. d. reg. j.

III. Regula: Ne clericis vis vel iniuria per laicos inferatur, cauetur xvj. q. vij. cap. contra, in prin. cap. laici. cap. inuentum. xvij. q. iiij. cap. si quis suadente. §. qui autem. l. x. C. de episcopis & clericis.

IIII. Regula: De pœna & absolutione eius qui clericum percussit, cauetur d. c. si quis suadente, in princ. de quo cum aliis pluribus concordantibus vide s. lib. j. cap. viij. quæst. v. causa vj. item cap. xiij. quæst. iij. reg. j. except. vij.

V. Regula: Clerici de bonis suis testari, eáue alienare non prohibentur. c. j. de testamentis. xij. q. v. in prin. cum c. sequente. c. fixum. Apost. canon. xxxix. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi tẽpore clericatus vel episcopatus sui adquisierit. d. c. fixum. vers. postquam autem. & d. q. v. c. j. in prin. & d. xij. q. iij. in prin. cum c. sequente. item c. j. c. vt vnusquisq;. iij. & c. vlt. de peculio clericorum. c. j. in fine. & c. cum in vij. de testamentis. Concordant item ea quæ habentur j. capite viij. quæst. x. reg. xvij. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ad sustentandam vitam rebus in clericatu quæsitis vtatur. d. c. vlt. vers. sustentandæ vitæ causa. de peculio clericor. Altera replicatio videtur: Nisi mobilia sint, quæ in clericatu adquisiuit. Sed reprobatur c. relatum. xij. in prin. de testamentis. Tertia replicatio est: Nisi pauperibus largiatur. d. cap. relatum. xij. §. licet autem. & c. ad hæc. viij. eod. ut. Quarta replicatio est: Nisi religiosis locis de bonis in clericatu adquisitis reliquerit. d. §. licet autem. vers. & religiosis. Quinta replicatio est: Nisi iis qui in viuentis mi-

nisterio fuerint, aliquid ex bonis in clericatu adquisitis reliquerit.d.§.licet autem.vers.& illis qui viuenti. Sexta replicatio est: Nisi canonicam portionem ecclesiæ, à qua ei debetur, vel alteri ecclesiæ relinquat.xij.q.iij.c.vlt. Septima replicatio est: Nisi non occasione clericatus, sed ipsius personæ intuitu illi relictum vel adquisitum sit.ca.quia nos.ix.c.relatum.xij.c.cæterum.c.requisisti.xv.§.si verò.de testamentis.c.j.de succes.ab intestato.xij.q.iij.c.j.§.si autem ipsis.c.quicunque.q.v.c.fixum.vers.hæreditaria successione. Sanè quando præsumendum sit occasione clericatus, quando intuitu personæ adquisitum esse, ex persoua relinquentis definitur d.c.requisisti.xv. Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi ex rebus ecclesiæ adquisierit: tunc enim, quamuis proprio nomine adquisierit, tamen alienare nō potest.d.c.fixum.vers.de facultatibus ecclesiæ.xij.q.iiij.in prin. cum c.sequente, vsq; ad §.si quis verò.& c.vlt.item c.præsbyter.ij. & c.inquirendum.iiij. de peculio clericor. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi pro redemptione animæ episcopo sit relictum vel donatum.xij.q.iij.c.Pontifices. Octaua replicatio est: Nisi clerico relictū sit, vt alij restituat. d.c.Pontifices.§.fin. Nona replicatio est: Nisi episcopo & ecclesiæ coniunctim vel disiunctim sit relictum: hoc enim pro parte dimidia episcopo pleno iure adquiritur, vt id, cui voluerit, alienare possit.c.requisisti.xv.§.quod si relinquatur, cū sequentib. de testamentis. Huius duplicatio prima hæc est: Nisi episcopo & ecclesiæ non cathedrali relictū sit.d.§.quod si relinquatur. vers.secus autē est. Altera duplicatio est: Nisi pro redemptione animæ episcopo & ecclesiæ sit relictum. xij.q.iij.c.Pontifices. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, eiúsq; replicationibus sint dicta: de qua re vide item M. I. C. lib.iij.c.iiij.de priuilegiis episcoporum, reg.xiij. Altera exceptio est: Nisi monachus sit: hic enim de rebus suis testari, eásve alienare prohibetur.c.quia ingredientibus.ij.de testamētis.xviij.q.ij.c.abbates.§.monachi. ver.aut peculiare xix.q.iij.c.quia ingredientibus.c.perlatum. Item concordat. M.I.C.lib.iij.c.iij.reg.v.in prin.Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi monachus liberos legitimos habeat. c. cum simus.xiiij.in fine de regularibus.xix.q.iij.c.penult.Nouell.v.§.decernimus. vers. si verò filios. Altera replicatio est: Nisi heremita sit monachus.xix.q.iij.ca.perlatum.§.econtrà. Tertia replicatio est: Nisi monachus episcopus sit factus.

Quæ

Quę replicatio approbatur ſimul & diſtinguitur xviij.q.j.c.j. Quarta replicatio eſt: Niſi monachus ad ſæcularem vitam redierit.xvij.quæſt.iiij.cap.hanc ergo.§.ſed notandum, cum ſequentibus. Contradicunt ea quæ habentur M. I. C. lib.iij. cap.iij.reg. vj. Plures propoſitæ exceptionis replicationes vide M. I. C. d.cap.iij.reg.v.

V I. Regula: Clerico defunᶑo regulariter eccleſia ſuccedit.xij.q.v.c.ſicubi,cum c.ſequente.ca.j.verſ.ſi autem ante.& c.vlt.§.fin.de ſucceſſionib.ab inteſtato.Concordat item M. I. C.lib.iij.c.iiij.de priuilegiis epiſcoporum,reg.xiiij.Huius regulæ exceptio prima hæc eſt:Niſi clericus facto teſtamento deceſſerit, ſeu res ſuas alij reliquerit.d.c.j.verſ.donare eis liceat.& xij.q.j.c.epiſcopi.c.ſint manifeſtæ.Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi tempore clericatus bona adquiſierit: de his enim teſtari, eáve aliis relinquere prohibetur, per ea quæ propoſita ſunt ſ.reg.prox.except.j.vbi etiam huius replicationis duplicationes videre licet. Altera replicatio eſt:Niſi defunctus hæreticos inſtituerit hęredes.c.ſi quis epiſcopus.v.& c.in eos.vj.de hæreticis. Tertia replicatio eſt: Niſi de rebus eccleſiæ teſtatus fuerit clericus.xij.q.j. c. epiſcopi.verſ. quidquid verò.q.v.c.obitum.c.fixum. verſ. quaſcunque res. Huius duplicato eſt : Niſi tantum de proprijs rebus eccleſiæ relinquat, quantum ex eius bonis aliis leget. d.q.v.cap.ſi epiſcopus:Quarta replicatio eſt: Niſi monachus teſtatus ſit. Quæ replicatio approbatur ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ.reg.prox.excep.ij.Hæc de prima exceptione.Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt:Niſi defunctus cognatos reliquerit:hi enim eccleſiæ in ſucceſſione pręferuntur.xij.q.v.c.vlt.ver.& ſine cognatione. xvij.q.iiij.c.vlt. Tertia exceptio eſt: Niſi defunctus à prælato iliectus fuerit, vt clericus vel monachus fieret.xvj.q.vij.c.penult.in fine. Quis clerico ſuccedat.

V I I. Regula: Collegio, non ſingulis hæreditas defuncti clerici adquiritur. cap. relatum. xij. §.nomine autem.de teſtamentis.

V I I I. Regula: Si defunctus in diuerſis eccleſiis beneficia poſſedit: bona eius in iſtas eccleſias proportione ſunt diſtribuenda.d.c.relatum.xij.§.fin.

I X. Regula:Quibus deferatur ſucceſſio ſerui clerici facti ac defuncti, definitur ca.ſancto. ij.de ſucceſſio.ab inteſtato.

X. Regula,De foro clericorum ac monachorum competenti. Apud eccleſiaſticum, non ciuilem iudicem conue-

niendi. c. ij. de foro competenti. c.sæculares.ij.eod.tit.in.vj. c.at si clerici.iiij.de iudiciis.xj.q.j.c.j c.nullus iudicũ.c.clericũ c.continua.c.nullus clericus.c.si quis clericus.c.placuit.c. Christianis.c.Syluester.c relatum.ca.experientiæ.vers.in his verò.c.si quisquam.vers.si quis autem.c.clericum. ca. si quæ causæ.§.cum ergo .de persona.c.peruenit.c fratris.c.sacerdotibus.ca.inolita.c.placuit cap.de diuersis.ca.si quis cum,in prin.c.si clericus.c.clericum,in prin.& §.ex his omnibus.xij. q.j.c.futuram.§.idem verò præsidens Nouell.83.§.vbi autem dirimere.Nouell.133.§.si quis cõtra.Concordat item M.I.C. lib.iij.c.iij.reg.vij.& reg.x. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi clericus sit coniugatus. Sed reprobatur c.vnico,de clericis coniugat.in vj. Altera exceptio est: Nisi mutato habitu, tonsura & aliis, se pro laico gerat, aut vxorem ducat.d.c.vnico.vers.in cæteris autem,vel nisi. ca.ex parte.ix.de clericis coniugatis.item c.ex parte.xxvij.de priuilegiis. ca.si iudex.xij.§.fin. de sentent.excom. in vj. Tertia exceptio est: Nisi ecclesiasticus iudex causam dirimere vel nolit, vel non possit.xj.q.j.c.si quis cum vers.si autem noluerit.c.clericum.§.ex his omnib.ver.nisi fortè ciuilem causam. Nouell.83.§.vbi autem dirimere. Nouell.123.§.certè si quis. Contradicit c.qualiter.xvij.de iudiciis. Quarta exceptio videtur: Nisi criminalis,non ciuilis, actio aduersus clericum instituatur. Sed reprobatur c.at si clerici.iiij.& c.clerici.viij. de iudiciis.item xj.q.j.c.sicut enim.§.ex his omnibus.vers.in criminali verò.Contradicit M. I. C.d.reg.x.except.ij.Quinta exceptio est: Nisi ciuilis actio, non criminalis aduersus clericum intendatur. d.§.ex his omnibus. item d. q. j. c. statuimus.§.quia ergo. Contradicit d c.statuimus. §.fin cum c.sequente.& d.q.j.c.nullus.c.aliud.§.fin. Sexta exceptio est:Nisi clericus depositus sit & excommunicatus. c.cum non. x. de iudiciis.Concordant ea quæ habentur.j. except.ix. Septima exceptio est: Nisi clericus fori præscriptioni renunciauerit. l.xxxix.C.de episcopis & clericis.mutatur ac reprobatur exceptio proposita c.si diligenti.xij.& c.significasti.xviij.de foro competenti Octaua exceptio videtur: Nisi de hoc ipso dubitetur, an sit clericus. Sed reprobatur ca.si.iudex. xij.de sentent.excom.in vj. Nona exceptio est: Nisi clericus sit incorrigibilis,& episcopo suo inobediens.xj.q.j.c.statuimus.c. si quis sacerdotum.c.petimus.c.illud est. Concordat item s. excep.vj.itẽ s.c.prox.reg.40.Decima exceptio est: Nisi prælatus

latus clerici consentiat.xj.q.j.c.sicut enim.§.ex his omnibus. verſ.nisi fortè cum consensu.Vndecima exceptio est:Nisi de prædiis agatur.xj.q.j ca.si quæ causæ. § his ita respondetur. Duodecima exceptio videtur: Nisi debitum sit liquidum. Sed reprobatur cap. sæculares. ij. de foro competenti, in vj. Hæc de decima regula.

XI. Regula: Apud suum prælatum clerici conueniendi. ca.j.de foro competenti. Concordant ea quæ proposita sunt s̃. reg.prox.in prin. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi clericus alij seruiat: hoc enim casu videtur apud eum, cui seruit, conueniendus. Sed reprobatur c.cum contingat. xiij.d.tit. Altera exceptio est: Nisi alio loco deliquerit: hoc enim casu ab episcopo loci, vbi deliquit, sententia ferenda.cap.postulasti.xiiij.eod.tit.

XII. Regula: Episcopus non solus, sed cum senioribus vel synodo de causa clerici iudicare debet, per ea quæ proposita sunt s̃.lib.j.c.xij.de executione,q.j.except.ij.

XIII. Regula: A quot episcopis præsbyteri vel diaconi iudicandi sint, definitur xv.quæst.vij.cap.si quis tumidus.ca. fœlix.cap.si autem.

XIIII. Regula: Ne extra prouinciam suam in ius vocentur, cauetur iij.q.vj.ca.vltra.c.peregrina.c.non liceat.cap. neminem.ca.si quis clericus.q.ix.c.nec extra. v.q.iiij.c.duodecim.§.saluo.Concordãt item ea quæ habentur s̃.lib.prox. cap.ij.q.ij.except.xij. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ad Papam fuerit appellatum, vel à Papa iudices dati. d.cap. vltra verſ.nisi tantùm ad apostolicam.d.cap.peregrina. verſ. salua in omnibus.d.c.non liceat.verſ.sine præiudicio tamen. & §. reuerentia. Altera exceptio est: Nisi prælatus accusetur.d.c.neminẽ, in fine.verſ. nisi prælatus sit.vbi tamen non nulli legunt: Nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum Plura de regula proposita vide M.I.C. lib.iij.cap.iij.reg.viij. Vbi clerici in ius vocandi sint.

XV. Regula: Clericus qui non est soluendo, præstando iuramentum de soluendo, si poterit, absoluendus est. cap. Odoardus.iij. de solutionibus.

XVI. Regula: Clerici laici sunt digniores. vj.q.j.c. beatus. verſ.& cunctos subditos.

XVII. Regula: Laici clericis obedire debent, non imperare.c. ecclesia.x.in prin.de constitutionibus.c.vlt.in prin. de rebus ecclesiæ alienandis.

XVIII. Regula: Clerici à laicis non sunt diiudicandi.

distinct. xxviij.cap.vlt.xj. q. j.c.sacerdotibus.Concordant ea quæ habentur s̄.reg.x..in prin.& cap.j.reg.xvij.

XIX. Regula: Laici clericorum doctrinam & exempla sequi debent. de consecrat. distin. iij. cap.ne quis. vers.sed exemplum

XX. Regula: Clerici legibus ciuilibus pro se, non contra se vtuntur per ea quæ proposita sunt s̄.lib.j. c.ij.except. xiij.

XXI. Regula: clerici laicis fidelitatem iurare non tenentur.c.nimis.xxx.de iureiurando.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM REGULARUM GENERALIBUS.

Hactenus priuilegia clericorum & monachorum enumerauimus, quorum tamen plura vide M.I.C.lib.iij.c.iij. Sed & huc pertinent ea quæ habentur de præbendis iis deceruendis de qua re dicetur j̄.c.prox. Planè istarum regularum aliquot supersunt exceptiones generales siue communes, quarum prima hæc est: Nisi clericus relicto habitu & tonsura clericali se pro laico gesserit: hoc enim casu priuilegia clericatus amittit. per ea quæ proposita sunt s̄. reg. x. except.ij. & lib.j.cap.viij.quæst.v.causa vj.except.viiij. Altera exceptio est: Nisi clericus sit bigamus.c.vnico, de bigamis.in 6. Tertia exceptio est: Nisi clericus sit ioculator. cap.vnico.in fine.de vita & honestate clericor.in vj. Quarta exceptio est nisi clericus circa diuina officia negligens sit vel non resideat. xvj. quæst.j.cap.generaliter.l. xl. §. eos tamen. C. de episcopis & clericis. Hæc de exceptionibus generalibus. Sed & plures colligi possunt ex iis quæ s̄.cap.prox.sunt proposita. Si enim ea quæ sunt sui officij.clericus non præstiterit, clericatum amittit. vt s̄. cap.prox. est ostensum. ideóque priuilegio clericali frui non debet. Sed & quæ exceptiones aduersus ordinationem clericorum possunt opponi, quas s̄. c. iiij. enumerauimus: eæ aduersus regulas priuilegiorum etiam non ineptè opponuntur.

DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS Cap. VII.

A Priuilegiis clericorum non sunt separanda ea quæ de præbendis & dignitatibus ecclesiasticis traduntur: nam & hæc perinde ac priuilegia sunt præmia clericatus. Ideoque de iis

de iis nunc nobis tractandum est. Et primum quidem de prębendis acquirendis: hinc de his amittendis ac auferendis: postremò de iis augendis, non minuendis, non diuidendis neque permutandis, &c.

I. DE ADQVIRENDIS PRÆbendis & dignitatibus.

I. Regula, De causis acquirendarum prębendarum. Causæ adquirendarum præbendarum sunt hæ: Collatio, prouisio, præsentatio, institutio, electio, & rescriptum seu mandatum Papæ. Quæ causæ constant ex cap. cum in illis. xvj. §. illis verò. & §. cum autem. de præbendis, in vj. His causis videtur accedere temporis præscriptio. Sed hæc reprobatur cap. j. de regulis iuris, in vj. Concordant ea quæ habentur j. cap. ix. reg. ij. except. j. Videtur item causis suprà enumeratis accedere successio ex testamento & ab intestato. Sed & hæc causa reprobatur viij. quæst. j. cap. apostolica. Concordant ea quæ habentur j. cap. 10. quæst. ij. reg. iiij.

II. Regula: Prædictis causis accedit ordinatio clerici: nam ordinato clerico de beneficio est prouidendum. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. cap. iiij. quæst. viij. reg. ix. Sed & approbatur cap. accepimus. xiij. de ætate & qualitate perficiendor. cap. proposuit. vj. de filiis præsbyterorum. j. quæst. ij. cap. sacerdos. §. clerici quoque. cap. clerici omnes. xij. quæst. cap. quia tua. §. de eorum quoque. Sanè si quis causam propositam ad institutionem referat, vt sit eadem causa institutio & ordinatio, non refragor. Quanquam glossa in rubr. de institutionibus, in vj. & in cap. j. de reg. iuris, in vj. institutionis varias congerit significationes.

DE COLLATIONE PRÆBENDARVM.

CAVSÆ EX QVIBVS PRÆbendæ conferendæ.

III. Regula: Si quis ad sacros ordines promotus vel ordinatus sit, præbendam illi conferendam s. reg. prox. dictum est. Alia causa est: Si Papa mandauerit vel rescripserit de præbenda alicui conferenda. Quæ causa cùm ipso iure subsistat, plures recipit exceptiones, quarum aliquot ordine subiiciemus. Harum prima est: Nisi impetrans nomen suæ

dignita

dignitatis in præcibus suppresserit. cap. ad aures. viij. de rescriptis. Altera exceptio est: Nisi antea pro alio per rescriptum Papa intercesserit. cap. mandatum. xxxviij. & cap. abbatem. xl. eod. tit. Huius replicatio est: Nisi antea executorias literas monitoriarum prædecessoris sui Papa dederit. c. literis. xxxix. eod tit. Plures propositæ exceptionis replicationes vide j. reg. lx. except. j. cum sequentibus. Tertia exceptio est: Nisi is qui non est legitimæ ætatis, rescriptum impetrauerit. c. si eo tẽpore. ix. de re scriptis, in vj. Quarta exceptio videtur: Nisi in literis Papæ nulla sit mentio laicorum, quorum beneficio præbendæ cõferuntur. Sed reprobatur c. dilectus. xxxiiij. de præbendis. Quinta exceptio videtur: Nisi Papa ante coronationem suam rescripserit. Sed reprobatur extrauag. com. vlt. de senten. excom. Sexta exceptio est: Nisi is qui beneficium habet, literas de alio beneficio sibi conferendo impetrauerit. c. ad aures. viij. cap. cum adeò. xvij. c. postulasti. xxvij. c. si proponẽte. xlij. de rescrip. c. cum teneamur. vj. de præbendis. Concordat item j. reg. viij. Huius exceptionis replicatio prima hęc est: Nisi impetrãs ignorauerit aliud beneficium antea sibi fuisse collatum. c. gratia. vij. de rescriptis, in vj. Altera replicatio est: Nisi motu proprio, non rogatus Papa alicui rescriptum dederit. cap. si Romanus. iiij. de præbendis. c. si motu. xxiij. eo. tit. in vj. Tertia replicatio videtur: Nisi prius beneficium sit modicum. Sed reprobatur d. c. xxiij. versi. quantumcunque modicum. & c. si proponẽte. xlij. versi. licet minus competens, de rescriptis. Quarta replicatio videtur: Nisi priori beneficio renunciauerit. Sed reprobatur cap. ad audientiam. xxxj. eodem titu. Quinta replicatio est: Nisi in literis apostolicis de hoc ipso, quòd aliud habeat beneficium, mentio sit facta. c. cum teneamur. vj. versic. nisi fortè in literis. de præbendis. Sexta replicatio est: Nisi præbendam habens, dignitatem ex rescripto Papæ spectet: hoc enim casu dignitatem postea vacãtem cõsequitur, licet præbendam habeat annexam. Clement. si iuxta. vj de præbendis. Plures huiusmodi replicationes vide j. reg. viij. Sed & plures exceptiones vide j. reg. lviij. item s. lib. j. cap. iiij reg. j.

QVIBVS CONFERENDÆ PRÆBENDÆ.

IIII. Regula: Indignis præbendæ non conferendæ. cap. graue nimis. xxix. de præbendis. cap. inter dilectos. xj. de excessib. prælator.

V. Regula: Laicis præbendæ non conseruandæ. cap. quamuis. xvij. de decimis. Concordant ea quæ habentur j. cap.xij.reg.iiij.

VI. Regula: Clericis sæcularibus præbendæ monasteriorum non conferendæ. cap. vlt.§. præcipimus quoque. de statu monachor.c. inter quatuor.v. de religiosis.c. possessiones.10.in fine.de rebus ecclesiæ alienandis.

VII. Regula: Pueris non conferendæ præbendæ.cap.super.xxxv.de prębendis.Plura de regula proposita vide s̄.cap. iiij.quæst.ij.reg.xxxvj.

VIII. Regula: Beneficiatis seu iis qui beneficium habent,aliud beneficium non conferendum.d.cap.xxxv versic. & beneficiati.ca.quia nonnulli.iij.de clericis non residentib. c.quia in tantum.v.c.ad hæc.xiij.c. cum non. xv.c. cum iamdudum xviij.& c.de multa.xxviij.de præbend.c.j.versf.neque duas.de excessibus prælator.c.cum singula. xxxij. in prin.de præbend.in vj.distin.lxx.c.vlt.§.omnino.xviij.q.iij.c.vnico.§. sed & hoc.vxj.q.vij.c.per laicos §.fi.xxj.q.j.c.j.c.clericum.ca. vnum.item De religiosis domibus c.vlt.§.fi.Cōcordant item ea quæ proposita sunt s̄.reg.iij.except.4.in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi Papa dispensauerit. cap.de multa.xxviij.§.fi.de præbendis.c. ordinarij.iij.§.cæterùm.de officio ordinarij,in vj.Exemplum huiusmodi dispensationis habetur xxj.q.j.c.relatio.& c.vlt. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi intra certum tempus à iudice statuēdum dispensatio non fuerit ostensa.d. ca. ordinarij.iij.extrauag.com.vt quos.ij.§.vt eo.tit. Altera replicatio est: Nisi dispensatio fuerit generalis, vel de alio defectu:hæc enim non extenditur ad pluralitatem beneficiorum. ca.j.§.fin. de filiis præsbyterorum, in vj. Tertia replicatio est: Nisi super alio defectu dispensatione impetrata,hoc dissimulatio super pluralitate beneficiorum dispensationem impetrauerit.c.vlt.d. tit. Quarta replicatio est: Nisi impetrās beneficium aliquod subticuit in impetrando.cap.non potest.xxj.in prin. de præbendis,in vj. Quinta replicatio est: Nisi dispensatione facta super duobus beneficiis,tertium postea etiam receperit.d.c. non potest. xxj.§. illud autem. Sexta replicatio est: Nisi ita facta sit dispensatio, Non obstante quòd aliud beneficium obtineat, ei de aliquo beneficio prouideatur.d.c.non potest. xxj.§.cum verò. Septima replicatio est:Nisi generali dispensatione facta aut beneficiato conferatur, is cui confertur,

plura

plura quàm vnum beneficium habeat.cap.is cui.xix.de præbendis,in vj.ca.dudum.liiij.§.suppressit etiam.de electione. Octaua replicatio est: Nisi beneficio quod habet, cura immineat animarum.d.ca.is cui.xix.versi. dum tamen illi cura. Clement.j.in prin.de præbendis. Declaratur hæc replicatio d.c.dudũ.§.lite verò.versi.sed cum. Nona replicatio est: Nisi generali dispensatione facta, vt ei qui alia beneficia habet, conferatur: ei qui plura quàm duo beneficia habet, vel qui duo beneficia curata habet, conferatur.d.c.is cui.xix. versi.si verò concessum fuerit. Decima replicatio est: Nisi ita facta sit dispensatio, Vsq; ad beneplacitum dispẽsantis: hoc enim casu mortuo dispensante, expirat dispẽsatio. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c.si gratiosè.v.de rescriptis, in vj. Hæc est de exceptione dispensationis. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi alterum beneficium impetrans prius dimittat.d.c.is cui.xix.versi. nisi primo ille.de præbendis,in vj. Concordant ea quæ habentur j. reg.lxxv.in princ. Huius replicatio prima est: Nisi in collatione posterioris beneficij non sit facta mentio prioris.c. vlt. de officio legati, in vj. Huius duplicatio est: Nisi alius quàm legatus Pontificis conferens beneficium, prioris non fecerit mentionẽ. Clement.vlti.de officio iudicis ordinarij. Altera replicatio est: Nisi prius beneficium sine licentia superioris dimiserit.xxj. q.ij.c.j.ca.si quis iam.§.aliud est. Concordant ea quæ habentur §.cap.v.reg.lxviij. Tertia replicatio est: Nisi prior ecclesia quam dimittit, ministris sit destituta.d. q.ij.cap. placuit. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi vnam ecclesiam habeat intitulatam, alteram commendatam.xxj.q.j.c.clericum.§. sed contra, cum cap.sequente.c. vlt.in fine. Quarta exceptio est: Nisi personatus cum cura, vel præbenda, cui annexa est parochialis ecclesia, eidem conferatur.ca.super eo.vj. & ca.cum singula. xxxij.in prin.versi. nisi fortè vnus.de præbendis, in vj. Quinta exceptio videtur: Nisi vnam ecclesiam per alium administret. Sed reprobatur d.cap.cum singula.xxxij.in prin.versi.etiamsi eadem cura. item Clement.vnica.§. fin.versi.etiamsi cum ipsa. de supplenda neglig.prælator. Sexta exceptio videtur: Nisi prioratus vel aliæ dignitates, quæ pertinent ad collationem regularium prælatorum, plures vni conferantur. Sed reprobatur.§. fin. Septima exceptio videtur: Nisi plura non curata beneficia eidem conferantur. Sed reprobatur d.§.fin.versi.

licet

licet etiam eisdem prioratibus. Octaua exceptio videtur: Nisi consuetudo loci extet in contrarium. Sed reprobatur cap.j.de consuetud.in vj. Nona exceptio est: Nisi extra ciuitatem in villis plures ecclesias obtineat.xxj.quæst.j.cap.j.§.fin. Decima exceptio est: Nisi ecclesia quæ proprios sacerdotes alere non potest, alicui beneficium aliud habenti conferatur.cap.eam te decet.iiij.§.fin.de ætate & qualitate præficiendor.distinct.lxx.cap.vlt.§.si quæ. Concordat item s̄.ca.j.reg.v. Hæc de octaua regula eiúsque exceptionibus sint dicta. Plures exceptiones vide s̄.reg.iij.except.vj.

IX. Regula: Duobus vna præbenda non conferenda. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponentur j̄.reg.cxij.

X. Regula: Absenti quoque per alium potest præbenda conferri.cap.accedens.xxiiij.de præbendis.

XI. Regula: Ignobilibus præbendæ conferri possunt, consuetudine non obstante.c.venerabilis.xxxvij.d.tit.

A quibus & cui præbendę cōferantur.

XII. Regula: Ne quis sibi ipsi conferat præbendam, cauetur cap.vlt.de institutionibus.cap.ad aures.iij.de excessib. prælatorum. Concordant ea quæ habentur j̄.cap.xiiij.quæst.iij.reg.v.

XIII. Regula: Diuitibus, qui per se sustentari possunt, præbendæ non conferendę.j.q.ij.c.clericos.c.pastor.c.si quis propter.c.viduas.xvj.q.j.c.vlt.§.clericos. Huius regulæ exceptio est: Nisi omnia quæ habent, in commune conferant. d.c.pastor.§.verùm his.& d.quæst.ij.cap.sacerdos.

XIIII. Regula: Etiam in sacris non constituto præbendæ sunt conferendæ. cap.vlt. de institutionibus, in vj.c.si pro clericis.viij.de præbendis, in vj.

XV. Regula: Hæreticis vel eorum fautoribus, receptatorib.& credentibus præbendæ conferendæ non sunt.c.quicunque.ij.§.hæretici, de hæreticis, in vj.

XVI. Regula: Liberis quoque hæreticorum vsque ad secundam generationem præbendæ non conferendę.d.§.hęretici.versi.ipsorúmque filij.c.statutum.xv. eod.tit.& ca.vnicum.§.contra natos de schismaticis, in vj.

XVII. Regula: Si duo sunt expectantes, vtri conferendum, proponetur j̄.reg.lxj. cum sequentibus. Hactenus quibus præbendæ conferendæ sint, est ostensum: cuius tamen plures regulas vide supra cap.iiij. quæst.ij. & infra reg.lxix. cum sequentibus.

A QVI

A QVIBVS CONFERENDÆ PRÆbendæ, seu quibus conferendi ius competat?

XVII. Regula: Laicis ius conferendi non competit cap. cum & plantare. iij. in prin. de priuilegiis. cap. in Lateranensi. xxxj. in prin. de præbendis cap. relatum xxj. in princ. de iure patronatus. xvj. quæst. vij. cap. si quis deinceps. cap. quoniam. cap. si quis episcopus cap. sanè cap. si quis clericus. ca. constitutiones. cap. per laicos. cap. si plures. §. vt ergo. cap. laici. cap. inuentum. cap. decimas. Concordant item ea quæ habentur s̃. cap. proxi. quæst. iij reg. 10. item j̃ cap. 10. quæst. ij reg. v. & cap. xij. reg. vj. Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi consensu episcopi accesserit. Quæ exceptio ex iam propositis constat. Concordat d. cap. inuentum. §. fin.

XVIII. Regula: Solus episcopus, non alius conferendi præbendas ius habet. xvj. q. vij. cap. nullus omnino. cap. sicut. Huius exceptiones vide j̃ post reg. xxvj.

XIX. Regula: Capitulo sede vacante ius conferendi non competit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̃. cap. ij. except. iij.

XX. Regula: Si sede vacante capitulo mandatum sit de præbenda alicui conferenda, episcopus postea electus exequi mandatum tenetur. c. eam te. vij. de rescriptis.

XXI. Regula: Beneficia vacantia in curia alius quàm Papa conferre non potest. c. licet. ij. de præbendis, in vj. extrauag. com. j. etsi. iij. ad Romani. xiiij. eo. tit. Declaratur regula proposita definitione vacantium in curia c. præsenti. 34. de præbendis, in vj. item extrauag. comm. ex debito. iiij. de electione. & extrauag. com. ad regimem. xiij. de præbendis. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi duobus de beneficio in curia litigantibus, vno decedente. alter causam persequatur: vel vterque decesserit. vnus in curia, alter extra curiã. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur Clement. j. vt lite pedente nihil innouetur. Alera exceptio est: Nisi alij specialis & expressa conferendi potestas à Papa sit attributa. c. licet. ij. §. fin. vers. nisi ei sit super. de præbendis, in. vj. Tertia exceptio est: Nisi intra mensem à die vacationis Papa non contulerit. c. statutũ. iij. eo. tit. Quarta exceptio est: Nisi mortuo Papa vacare in curia cœperint, ipsa sede apostolica vacante. c. si apostolica. 35. d. tit. Quinta exceptio est: Nisi Papa, antequam contulerit, mortuus sit. d. c. 35. vers. idem volumus. Sexta exceptio est: Nisi pensiones annuæ vacare in curia cœperint.

cœperint.extrauag.communicat.ex debito.iiij. §. pensiones insuper. de electione.

XXII. Regula: Legatus Papæ confert beneficium vacans, licet illud spectet ad præsentationem alicuius clerici.c. dilectus.vj.de officio legati.ca.cũ dilectus.xxviij.de iure patronatus.Huius exceptio prima est:Nisi legatus nõ sit cardinalis:tunc enim sine speciali mandato non confert.c.j.de officio legati,in vj. Altera exceptio est: Nisi legati officiũ fuerit finitum: tunc enim simul finitur reseruatio eius. ca. præsenti.iij.eod.tit. Cuius replicatio est: Nisi durante officio ad collationẽ sit processum.d.c. iij.vers. dummodo ad collationem. Tertia exceptio est:Nisi pendente vna reseruatione eiusdem legati,in eadem ecclesia aliam faciat. d. c.præsenti. iij. §. cæterùm. Quarta exceptio est: Nisi legatus cathedralem, regularem vel collegiatam ecclesiam, eiúsue dignitatem electiuam conferat.cap. deliberatione.iiij.in prin.vsque ad §.prohibemus.eod.tit.

XXIII. Regula: Si duobus conferendi ius competat, vnus sine altero conferre non potest.Cuius exceptio est:Nisi alter vel mortuus sit,vel suspensus.c.j. in prin.ne sede vacante,in vj.cap.vlt.in fine.de regularib. in vj.

XXIIII. Regula:Si is cui conferendi ius competit,mãdato Papæ de cõferendo non pareat executor datus conferre potest.c.si capitulo.v.de concess.præbendæ,in vj. Tempus negligentiæ definitur c.vlt.§.fin.de consuetud. in vj.

XXV. Regula:Is quoque cui à Papa mãdatum est,conferre potest, quamuis aliâs ius conferendi non habeat. d. c. v.& c. quia tua. v.vers.nisi fortè.de concess.præbendæ.Cuius exceptio est: Nisi mandatum sit limitatum. tunc enim extra limites ipsius mandatarius conferre non potest: sed is conferet, cui ius conferendi aliâs competit, exemplo cap.si clericus.xj.§.& eidem. de præbendis,in vj.

XXVI. Regula: De eo cui cessum est ius conferendi ab eo cui competit, & eo qui est in quasi possessione iuris conferendi,cauetur ca.cum venissent. vj. de institutionibus. Planè legatus Papæ ius conferendi alteri cedere prohibetur c.deliberatione.iiij.§.prohibemus. de officio legati,in vj.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM REGULARUM GENERALIBUS.

Hactenus, quibus præbendas conferendi ius competat,

ostensum est: cuius tamen plures regulas vide s.cap.iiij.q.iij. Planè istarum regularum supersunt nonnullæ exceptiones generales quibus ius conferendi ad alios trãsfertur. Harum prima hæc est: Nisi is cui ius conferendi competit, vacantem præbendam intra sex menses alij non contulerit: hoc enim casu ius conferendi amittit. cap. nulla. ij. §. cum verò. de concessione præbendæ. ca. cum multa. xxviij. §. is quoque vers. etsi vltra. de præbendis. c. literas. iiij. c. dilecto. v. de supplenda negligẽtia prælator. Concordant item ea quæ habẽtur paulò inferius reg. prox. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is cui ius conferendi competit fuerit excommunicatus vel suspensus: hoc enim tempus illi in sex mensibus non computatur. c. quia. v. in prin. vsque ad §. tempus. de concess. præbendæ. Altera replicatio est: Nisi apud sedem apostolicam fuerit: nam nec hoc tempus in sex mensibus ei imputatur. d. c. quia. v. §. tempus. Tertia replicatio est: Nisi ignorauerit præbendam vacare. d. c. quia. v. §. fin. Quarta replicatio est: Nisi in ecclesia non sint distinctæ præbendæ, nec certus canonicorum numerus. c. ex parte. x. eod. tit. Quinta replicatio est: Nisi episcopus fuerit eligendus: in hoc enim intra sex menses eligendo negligentia commissa ius eligendi ad superiorem non deuoluit. c. dilectus. xij. eod. tit. Sexta replicatio est: Nisi is cui ius conferendi competit, mortuus sit. c. illa deuotionis. ij. §. fin. ne sede vacãte aliquid. Hæc de prima exceptione generali. Altera exceptio est: Nisi is cui ius conferendi competit, antea indignis contulerit. c. graue nimis. xxix. vers. ita vt qui post. de præbendis. c. postulastis. vij. in princ. vers. illi verò qui. de clerico excommunicato. Tertia exceptio est: Nisi eandem præbendam duobus contulerit, priore collatione non infirmata. c. inter dilectos. xj. §. quia verò cantor. de excessibus prælator. Quarta exceptio est: Nisi is cui iùs conferendi competit, fuerit excommunicatus vel suspensus. Clement. j. §. si quis autem. vers. abbate autem, de statu monachor.

XXVII. Regula: In casibus prædictis ius conferendi ad superiorem transit, vt ex iam propositis patet. Concordat cap. postulastis. xv. de concess. præbendæ. cap. licet. iij. de suppl. neglig. prælatorum. Clement. j. in princ. eod. tit. Huc quoque pertinent ea quæ habentur j. cap. viij. quæst. ix. reg. ij. & cap. x. quæst. ij. reg. ij.

QVID CONFERENDVM?

XXVIII.

XXVIII. Regula: De præbenda nondum vacante alij non conferenda vel promittenda, cauetur c.j.& c. nulla.ij.in prin.c.relatum.iij.c.ex tenore.xiij.& c.vlt.de concess.præbendæ.vij.q.j.c.eum qui.Huius regulæ exceptio prima est: Nisi proprietas non vacantis ecclesiæ alienetur.c.consultationib. iiij.de donationibus. Altera exceptio est:Nisi generaliter de præbenda aliqua vacatura,nõ hac vel illa alicui promittatur c.accedens.xiiij.de concess.præbendæ.c.ne captandæ. iij. eo. tit.in vj. Contradicit c.detestanda.ij. eod.tit.in vj. quo videtur exceptio proposita reprobari ac tolli. Tertia exceptio est: Nisi alij antea non fuerit rectè assignata præbenda.cap. proposuit.iiij.de concess.præbendæ.c.vlt.de iure patronatus. c.ex ore.iij.§. quia verò.de iis quæ fiunt à maiore parte cap. Huius replicatio est: Nisi prior collatio per sententiam non fuerit ante secundã infirmata.c.post electionẽ.vij.de concess. præbendæ.c.inter dilectos.xj.§.cum igitur.de excessib.prælator.Quarta exceptio est:Nisi prior,cui præbenda concessa fuit,aliam præbendam vel dignitatem fuerit nactus. c. cum in cunctis.vij.§.cum verò.de electione. c.cum nostris.vj.& c. literas.ix.de concess.præbendæ. c.cum singula.xxxij.in prin. vers.statuentes.de præbendis, in vj. Planè replicationis loco notandum,quamuis præbenda eius qui aliam nactus est, alteri conferri possit:tamen eo non requisito aliũ in possessionem eius induci non posse.c.de multa.xxviij.§.is quoque.de præbẽdis.c.licet.xxviij.eo.tit.in vj. Quinta exceptio est:Nisi eius,qui religionẽ ingressus est,præbẽda alij cõferatur.Quæ exceptio cùm ipso iure subsistat, recipit replicationem hãc: Nisi ingressus intra annum probationis sit constitutus.Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur cap. beneficium. iiij. de regularibus,in vj. Sexta exceptio est: Nisi prior, cui præbenda collata est, nondum se declarauerit de ea acceptanda. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. si tibi xvij. de præbendis, in vj. Huius exceptionis replicatio prima est:Nisi consensui nullum tempus sit præstitutum.d.c. xvij. vers. ipse tamen episcopus. Altera replicatio est: Nisi ignorauerit conditionem temporis, intra quod consentire debuit, extitisse. Cuius duplicatio est: Nisi publicè notum fuerit.Clement.j.§.fin.de cõcessione præbendæ. Septima exceptio est: Nisi priori nondum fuerit beneficium collatum, sed mandatum saltem de beneficio ei cõferendo. c. j.de concess. præbendæ, in vj. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi

mandatum sit præsentatum.ca. si capitulo. v. eod. tit. Huius duplicatio prima hæc est:Nisi executor non fuerit datus,vel datus quidem,non tamen ad prouidendum, sed ad compellendum.cap.si soli. vj. eod.tit. Altera duplicatio est : Nisi soli executori, non ei ad quem collatio pertinet, mandatum fuerit præsentatum.d.c.vj.vers.aut soli executori.Tertia duplicatio est:Nisi mandatum sit conditionale, nec eius conditio extiterit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur Clement. j. de concess. præbendæ. Altera propositæ exceptionis replicatio est : Nisi inhibitio ratione mandati ab executore sit facta.d.ca.vj.vers. aut executor huiusmodi ordinario.item c.executor.iiij.§.fin. eod.tit. Huius duplicatio est:Nisi inhibitio fuerit generalis, non specialis. Quæ duplicatio approbatur simul & declaratur d.c.executor.iiij. Tertia replicatio est : Nisi expectans petierit sibi conferri beneficium vacans,aut receperit oblatum.Clement.j.§.quinimò. de concess. præbendæ.

X X I X. Regula:Ne alterius ecclesiæ clerico ex prouentibus ecclesiæ pensio pro beneficio cōferatur,cauetur c. extirpandæ.xxx.§.fi.de præbendis.Cuius exceptio est:Nisi ecclesia cathedralis inopia laboret:tūc enim ex capellis ei subiectis præbendæ conferri possunt.c.exposuisti. xxxiij eo.tit.

Mandatū de conferendo beneficio de quo beneficio accipiantur.

X X X. Regula:Mandatum de conferendo beneficio, de simplici beneficio accipitur, non eo quod dignitatem habet annexam.cap.vlt.d.tit.

X X X I. Regula : Mandatum de conferenda præbenda vel dignitate.curatum beneficium non continet.cap.cum in illis.xvj.in prin.vsque ad §.illis verò.de præbendis,in vj. Clement.j.in prin.eod.tit.

X X X I I. Regula : Mandatum de dignitate conferenda non continet eam quę per electionem datur.d.c.cum in illis xvj.§.illis verò.& d.Clement.j.§.ad hoc.

X X X I I I. Regula: Mandatum de beneficio certi modi vel generis conferendo ad alterius modi vel generis beneficium non extenditur.d.c.cum in illis.xvj.§.cum autem. Huius exceptio videtur : Nisi is qui impetrauit mandatum, deterioris generis vel modi beneficio sit contentus.Sed reprobatur cap.cum de non.xxvij.eod.tit.

X X X I I I I. Regula:Mandatū de beneficio conferendo ad duos scriptum, non extenditur ad beneficium vnius tantùm,sed commune:& contrà.d.cap,cum in illis.xvj.§.fin.

XXXV.

XXXV. Regula: Mandatum de beneficio conferendo non continet hospitalia,& similia, horúmque ecclesias. Clement. per literas.ij.de præbendis.

XXXVI. Regula:Mandatum de conferendo beneficio ad collationem mandatarij pertinente, non continet beneficium per ipsius negligentiam ad alium deuolutum. Clement. si de beneficio.v.eod.tit.

XXXVII. Regula: Mandatum de conferendo beneficio non continet beneficium, cuius is qui mandatum impetrauerit,non est capax,exemplo cap.cum de. v. in fine.& cap. ei cui xxix.de præbendis,in vj.

XXXVIII. Regula: Mandatum de beneficio sęculari conferendo, continet beneficium à sęcularibus clericis pręscriptum, etiam si id religiosi aliquando administrauerint. d.cap cum de v.in prin.

XXXIX. Regula: Mandatum de beneficio certę summę conferendo non pertinet ad pensionem.cap. quamuis. iiij.in prin.de prębendis,in vj.

XL. Regula: In mandato de beneficio conferendo vocabulum ecclesię non comprehendit ecclesiam cathedralem d.cap.quamuis.iiij. §.quanquam,in fine.

XLI. Regula: Mandatum de beneficio primùm vacaturo conferendo,regulariter primum vacans comprehendit.c. mandato. x. de pręhendis, in vj. Cuius exceptio prima hęc est:Nisi plura beneficia simul vacare cœperint:hoc enim casu non omnia debentur,sed ordo scripturę spectandus est.d. c.x.vers.si verò plura beneficia. de qua exceptione vide plura j.reg.prox. Altera exceptio est:Nisi primum vacans ante acceptationem impetrantis alij fuerit collatum.cap.j.& cap. si soli.vj.de concess.pręhendę,in vj.cap. si clericus.xj. de pręhendis in vj. Tertia exceptio est: Nisi beneficium primùm vacans fuerit permutatum.c. vnico, de rerum permut.in vj. Clement. vnica, eod. tit. Quarta exceptio est: Nisi alius in fraudem expectantis tenui pręhendę renunciauerit.cap. vlt. de renunciat.in vj. Plures propositę regulę exceptiones vide in regulis proximè præcedentibus & sequentibus, per quas proposita regula distinguitur.

XLII. Regula: Si mandato facto de præbenda vacatura conferenda, plures simul vacare cœperint: quæ ex iis debeantur,in speciali casu definitur cap.mandato. x. vers.si verò plura, de præbendis, in vj. Idem in aliis casibus definitur

cap.si pluribus.xxiiij.eod.tit.

XLIII. Regula:Mandato de præbenda conferenda non continetur præbenda, quæ ex consuetudine debetur episcopo.cap.cum in ecclesia.xxv.d.tit.

XLIIII. Regula: Mandatum de beneficio vacaturo conferendo non continet beneficium nouiter institutum. Clement.vlt.de rescriptis.

XLV. Regula: Hospitalia in beneficium non conferenda cauetur Clement.quia contingit.ij.§.vt autē.de religiosis domibus. Concordant ea quæ proposita sunt s̄.reg.xxxv.

QVANTVM CONFERENDVM?

XLVI. Regula: Tantum conferendum, quantum sufficit oneri ac dignitati ecclesiasticæ sustinendæ.c.extirpandæ. xxx.in prin.de præbendis.cap.j.eod.tit.in.vj.

XLVII. Regula: Sine diminutione ecclesiastica beneficia conferenda cap.j.vt ecclesiastica beneficia sine diminut. conf.

QVANDO CONFERENDVM?

XLVIII. Regula: Intra sex menses ab eo tempore, quo beneficium vacare cœpit, alij conferendum est. cap.nulla.ij. §.cum verò.de concess. præbendæ. cap. de multa. xxviij.§.is quoque. de præbendis. Concordant ea quæ proposita sunt s̄.post reg.xxvj.except.gener.j.

ANTECEDENTIA COLLATIONEM.

XLIX. Regula: De clericis, quibus beneficia conferenda sunt, à patronis episcopo præsentandis cauetur cap.in Lateranensi. xxxj. §. nos autem. de præbendis. Concordant ea quæ habentur j̄. cap. xiiij. q.iij.reg.j. vbi etiam exceptiones huius regulæ proponentur.

L. Regula: Si ecclesia collegiata habeat præsentationem, præsentabit prælatus cum consensu capituli: alioquin non valet quod actum est. cap. ea noscitur. vj. de iis quæ fiunt à prælatis.

LI. Regula: Ne sine consensu capituli prælatus conferat præbendas, cauetur c.pastoralis.ix.d.tit. Concordant ea quæ habentur s̄.c.iiij.q.vj.reg.ij.

LII. Regula: Ne sine consilio eius qui consulendus est, collatio fiat, patet ex iam propositis. Cuius regulæ exceptio est: Nisi is cuius consilium requiritur, mortuus sit, vel longè absit.c.vnico.§.vbi verò ne sede vacante, in vj.

LIII.

LIII. Regula: Ne ad preces hæreticorum collatio fiat, cauetur c.quicunque.ij.§.ad hæc.de hæreticis,in vj.

LIIII. Regula: Ne precio interueniente fiat collatio, cauetur j.q.vij.c.cauendum.extrauag. com.cum detestabile. ij.§.per electionem.de Simonia.

ADIVNCTA COLLATIONIS.

LV. Regula: In collatione potest ei cui confertur, onus imponi atque conditio, sub qua ei conferatur, ad quam acceptans adstringitur.c.significatum.xj.de præbendis.

LVI. Regula: Vt clericus cautione data profiteatur, se ptecariæ nomine res ecclesię, quas accipit, tenere, cauetur xij.q.ij.cap.sæpe fit.

LVII. Regula: De expensis pro gratiis soluendis cauetur,extrauag.Ioan.xxij.vnica,de sentent.excommunicat.

EVENTVS COLLATIONIS, ET DE actionibus beneficialibus.

LVIII. Regula: Is cui præbenda collata est, cui certus ordo est annexus,intra annum sacerdos fieri debet.cap.licet canon.xiiij.§.is etiam.de electione, in vj.Clement. vt ij. 2. §. illi verò. de ętate & qualitate pręficiendor. Clement. vnica, de officio vicarij. Clement. j.§.cęterùm. vers. qui autem. de statu monachor. Plura de hac regula vide j. cap.xj.de parochis,reg.iiij.

LIX. Regula: Ex mandato Papæ de conferenda præbenda,item ex collatione, aliisq; similibus causis suprà enumeratis competit actio beneficialis, qua quis præbendam petere ac persequi potest: item si præbenda collata euicta sit,eo nomine agere potest.c.inter cætera.xvij.de præbendis. Istarum causarum exceptio generalis prima hæc est: Nisi actor qui mandatum impetrauit, primùm vacantem præbendam petere neglexerit.c.si clericus.xj.in prin.de præbendis, in vj. Cuius replicatio prima est: Nisi authoritate apostolica impetrãs fuerit effectus canonicus.d.c.si clericus. xj. §. verùm si præfatus. Altera exceptio est: Nisi cum absenti collatio facta esset,ac terminus ad consentiendum constitutus,intra terminum non declarauerit suum consensum. Quę exceptio approbatur simul & distinguitur c. si tibi. xvij. de præbendis, in vj. Tertia exceptio est: Nisi actor vi beneficium occupauerit. cap.eum qui.xviij.eod.tit. Quarta exceptio est: Nisi expectans aliud beneficium postea sit adeptus

ca.ſi pauper.xxx.d.tit.Clement.gratiæ.iiij.de reſcriptis. Huius replicatio videtur: Niſi ei quod poſtea nactus eſt, renunciauerit. Sed reprobatur d.c.iiij.verſ.licet illud reſignauerit. Quinta exceptio eſt: Niſi cõcedens beneficium, antequam ſit collatum, fuerit mortuus. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur c. ſi cui.xxxvj. de præbendis. in vj. Sexta exceptio eſt: Niſi mandatum de beneficio conferendo fuerit reuocatum. Hæc exceptio approbatur exemplo c. vlt.in prin.de conceſſ.præbendæ,in vj.extrauag.comm.ex ſupernę. ij.de præbendis. Cuius replicatio eſt: Niſi mandatum impetrans habeat ius quæſitum: hoc enim reuocatione, præſertim generali,non cenſetur reuocatum.c.ſi is cui.xxxix.de præbendis. in vj. Huius duplicatio prima hæc eſt: Niſi non in re,ſed ad rem habeat ius quæſitum: hoc enim nihilominus cenſetur reuocatum. d.c.xxxix.verſ. ius tamen quod ad dignitatem. Huius triplicatio prima eſt: Niſi in principali ſeu digniori habeat ius quæſitum. hoc enim caſu ius ad acceſſorium quærendum non cenſetur reuocatum. d.c.xxxix. verſ.non ſic autem. Huius quadruplicatio eſt: Niſi vltra numerum ſtatutũ factus ſit canonicus præbendam expectans. Quæ quadruplicatio approbatur ſimul & diſtinguitur c. vlt. in prin.vſq; ad §.ſanè in iis.de conceſ.præbendæ,in vj. Altera propoſitæ replicationis duplicatio eſt: Niſi inutiliter habeat ius in re quæſitum. Quæ duplicatio approbatur exemplo c. quodam. 40.de præbendis, in vj. Tertia duplicatio eſt: Niſi in iure quæſito nondum ad collationem fuerit peruentum. d.c.vlt.§.ſanè in iis.Hæc de ſexta exceptione. Septima exceptio eſt: Niſi habens mandatũ de præbenda quam acceptauerit, ſibi conferenda: vnam, antequam vacauerit, acceptet. Quæ exceptio approbatur ſub conditione.c.ne captandę.iij. de conceſſ. præbendæ, in vj. Octaua exceptio videtur: Niſi diœceſis,ad quam mandatum de præbenda conferenda directum eſt, medio tempore in duas ſit diuiſa. Sed reprobatur extrauag.com.vnica, de officio delegati.& extraua. Ioan.21. j.de conceſ.præbendæ.Hæc de exceptionib.aduerſus cauſas propoſitæ actionis.Sed & plures huiuſmodi exceptiones vide ſ.reg.iij. Item aduerſus collationem beneficiorum exceptiones, ex perſona quidẽ cõferentis ſumptas,licet colligere ex ſuperioribus regulis,nimirũ reg.xvij.cum decem ſequentib.Ex perſona verò eius cui collatio facta eſt,deſumptas licet colligere ex ſuperiori reg.iiij. cum duodecim ſequentib

Ex

Ex re item collata desumptas colligere licet ex superiori reg. xxviij. cum nouemdecim regulis sequentibus. Ex tempore deniq; & antecedentibus ex superiori reg.48.cum sex sequẽtibus. Postremò exceptionum quoque loco repeti possunt causæ, ex quibus præbendæ & dignitates admittuntur, quas inferius reg. 72. cum sequentibus enumerabimus.

QVIBVS DATVR ACTIO beneficialis?

LX. Regula: Receptis authoritate apostolica competit actio præbendæ conferendæ præ cæteris. c. hi qui.xij. cum duob. cc. sequentib. de prębendis, in vj. Declaratur regula proposita definitione eorum qui apostolica authoritate recepti dicuntur, d. c. xij. vers. eum quoque qui ad. item c. si eum.ix.&.c.si apostolicæ.21. eod.tit. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi Papa non præceperit, sed concesserit saltem facultatem iis ad quos spectat receptio, aliquem recipiendi. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur. c. cum aliquibus.iiij.de rescriptis, in vj.

LXI. Regula: Si duo diuerso tempore mandatum de conferenda sibi præbenda vacante vel vacatura impetrassent: prior impetrans posteriori est præferendus.c.eum.vij.c. quia sæpe. xv. de præbendis, in vj. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi cõtraria voluntas mandantis probetur.d.c.xv. vers. ex quo de intentione mandantis. c. quædam. 40. vers. quem omnibus etiam.& vers.prima enim.eod.tit.item c.authoritate. vij. de concess. præbendæ, in vj. Altera exceptio est: Nisi tres diuersis temporibus mandatum impetrassent ita, vt tertius primo, non autem secundo pręferretur: hoc enim casu secundus primo pręfertur, quamuis de eius pręrogatiua in suo mandato nihil sit adiectum.d.c.authoritate. vij. Tertia exceptio videtur: Nisi posterior prius suas literas pręsentauerit, & prius receptus fuerit. Sed reprobatur c. tibi.xij.de rescriptis, in vj.ca.eum.vij.in fine.de prębendis, in vj. Planè admittitur exceptio proposita primùm quidem, si priori dolus vel notabilis negligentia possit imputari.d.c.xij. vers.dum tamen dolus. Deinde admittitur, si cum prior sub conditione, posterior purè mandatum impetrasset, ante existentem prioris conditionem posterior fuerit receptus.c a.si pro re. xv. de rescriptis, in vj. Quarta exceptio est: Nisi vacante dignitate, cui annexa est prębenda, prior præbendam

tantùm, posterior verò dignitatem cum præbenda in suis literis impetrauerit:hoc enim casu posterior priori præfertur c.quia sæpe.xv. in fine. de præbendis.in vj. Quinta exceptio est: Nisi prius mandatum fuerit generale.posterius de certa persona speciale. c. dudum.xiiij.eod.tit. Sexta exceptio est: Nisi cum sub diuersis conditionibus duo impetrassent, posterioris conditio prior extiterit.c.susceptum.vj.§.fin.de rescriptis,in vj. Septima exceptio est: Nisi prioris mandato reuocato & postea contra reuocationem restituto, posterior medio tempore mandatum imperrauerit. ca. quamuis viij.eod.tit. Octaua exceptio est: Nisi duobus successiue à patrono præsentatis, posterior sit institutus: hic enim priori est præferendus, per ea quæ proponentur ĩ.reg.lxiiij. Nona exceptio est: Nisi prioris mandatum per exceptionem possit elidi. Hæc exceptio approbaturper ea quæ proposita sunt ŝ. reg.lviiij.excep.j.cum sequentib.

LXII. Regula:Si cùm duo mandatum de præbenda sibi conferenda impetrassent, non appareat vter prior impetrauerit:vtri competat actio, definitur distinguendo c. dudum. xiiij.de rescriptis. in vj.cap. si à sede. 31. de præbendis. in vj.

LXIII. Regula:Si vni ex consuetudine.alij ex rescripto Papæ debeatur collatio præbendę:ille huic erit præferendus cap.vlt.de consuetud.in.vj.c.si propter. x. de rescriptis, in vj.

LXIIII. Regula:si duobus præsentatis,vnus ab episcopo sit institutus: hic potior est, quamuis posterior præsentatus.c.quod autem.v.in princ.vsque ad §. de cætero. c. illud.8. & c.suggestum. xx. de iure patronatus. Cuius exceptio prima hæc est:Nisi non à laico,sed ab ecclesiastico patrono sint præsentati.hoc enim casu prioris conditio melior est. c.cum autem.xxiiij.eo.tit.Huius replicatio prima est:Nisi ecclesiasticus in patrimonialibus conferat vt laicus.c. cum dilectus. xxviij.§.nos igitur attendentes.eod.tit. Altera replicatio est: Nisi legatus de latere collationem sibi reseruauerit. d.§. nos igitur. vers. etsi diaconus. Altera exceptio videtur. Nisi prior repulsus appellauerit,qua appellatione pendente alius sit præsentatus & institutus. Sed reprobatur cap. pastoralis. xxviiij.eod.tit.Hactenus,quibus competat actio beneficialis ostensum est: cuius tamen quęstionis plures regulas vide ŝ.reg.iiij.cum sequentibus.

APVD QVEM COMPETAT actio beneficialis.

LXV.

LXV. Regula: Si de dispensatione collationis dubitetur: ad Papam recurrendum est. c. ordinarij.iij.§.si verò de dispensatonis.de officio ordinarij,in vj. Eiusdem quæstionis regula,sed localis,habetur extrauag.com.j.§.causæ verò beneficiales.de treuga & pace.

QVID quantúmque veniat in actionibus beneficialibus petendum, definitur per ea quæ proposita sunt s.regu. xxviij.cum sequentibus.

ADIVNCTA ACTIONVM beneficialium.

LXVI. Regula: Literæ gratiarum tanquam ambitiosę sunt restringendę.cap.quamuis. quarta in princip. de prębendis.in vj.

LXVII. Regula: De suspendendo petitorio iudicio, donec possessorium fuerit peractum: & vt possessorium intra biennium finiatur,cauetur extrauag.comm.j.§.prętereà quia.de treuga & pace.

EVENTVS ET CONSEQVENTIA actionum beneficialium.

LXVIII. Regula: Si pronuncietur beneficium actori deberi, àb ipso iudice id ei poterit conferri,vt circuitus euitetur.Clement.auditor.ij.de rescriptis.

LXIX. Regula: De appellationibus in causis beneficialibus regula localis habetur d. extrauag. com.j.§. quoniam sedis.versi.quódque omnes & singulę.

LXX. Regula: de taxis non egrediendis cauetur d.extrauag.commun.j.§.etsi forsan.versi.quódque de cętero.Sed de hac redictũ quoque s.reg.lvij. Hæc de acquirendis præbendis & dignitatibus sint dicta. Sequitur de iis amittendis.

II. DE AMITTENDIS PRÆbendis & dignitatibus.

LXXI. Regula: Ne sine causa præbendæ & dignitates collatæ rursus auferantur, cauetur ca.monachi.ij.§.priores. de statu monachor.cap.vnico,in fine.de capellis monachor. c.non potest.iij. de re iudicata,xvj. quæst.vij. cap.inuentum. versi.quam si iustè. Concordant item ea quæ habentur s.lib. proxi.cap.xix. except.xij. Huius regulæ exceptio est in officio alicui à prælato iniuncto: hoc enim sine causa potest auferri.

ferri.c.cum ad vj §.tales. versi. nec alicui. de statu monach.

EX QVIBVS CAVSIS amittantur?

LXXII. Regula: Si non iustè adeptus fuerit præbendam vel dignitatem: ea est priuandus. Quæ regula elicitur ex verbis d.vers.quam si iustè.Concordant.ea quæ habentur s.lib.j.c.xvj q.iiij.reg.reg.j.Cuius regulę species sunt omnes exceptiones, quas s. aduersus causas acquirendę prębendę enumerauimus, pręsertim reg.lix.ei úsque exemplum, puta si à laico recepit.habetur cap.relatum.xxj.in prin.de iure patronatus. Aliud, si data pecunia præbendam adeptus est, proponitur cap.qui alium.ij.de Simonia.& j.q.vij.cap.si quis omnem §.j.c.cauendis.vij.q.j.c.præsentium.§.fi. Aliud exéplum, si à schismatico fuerit ordinatus, habetur c.j. & c. vlt. de schismaticis.

LXXIII. Regula: Si in eum casum peruenerit ordinatus, quo ab initio ordinari non potuit: beneficio & officio debet priuari, exemplo eorum quæ proposita sunt s.cap.iiij. quæst.ij.item j.in regulis sequentibus.

LXXIIII. Regula: Si ius patronatus ei qui clericum præsentauit, postea euincatur. Hæc regula approbatur simul & distinguitur c.consultationibus.xix.de iure patronatus.

LXXV. Regula: Si valetudinarius sit factus. Hæc causa regulariter reprobatur c.j.c.de rectoribus.iij. cum tribus ccc.sequentibus.de clerico ægrotante.vij.q.j. c.j.c. cum percussio.cap.præsentium.c.Pontifices.c. quamuis. versi.& ideo quia. Planè admittitur causa proposita in perpetuò furioso, xv.q.j.ca.penult.§.item obiicitur. & cap.vlt.in fine.Concordant ea quæ habentur j.cap.viij.ix.reg.iij.

LXXVI. Regula: Si habens præbendam vel dignitatem, aliam postea adeptus sit: priorem amittit.ca. de multa. xxviij.de pręb endis.c.cum nostris.vj.c. literas.ix. de concessione præbendæ.c.cum singula.xxxij.in prin.vers.statuentes. de pręb endis, in vj.Clement.si plures.iij.& Clement.v.d.vers. primáque præbenda.eod.tit.extrauag.com.vt quos.ij de officio ordinarij.xxj.q.ij.cap.si quis iam. Concordant item ea quæ habentur s.c.v.reg.xxxiiij. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi propria temeritate ad aliam ecclesiam transierit: hoc enim casu ad priorem est reuocandus. d.c.si quis iam.§. aliud est. Concordant ea quæ proposita sunt.s.c.v.reg.lxviij. Altera exceptio est: Nisi posterior collatio sit inutilis: hoc

enim

enim casu licet priorem præbendam recuperare. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur cap. si beneficia. xx. de præbend. in vj. Huius replicatio prima hæc est: Nisi despecta sua ecclesia ad aliam transierit, nec ad suam reuerti velit: hoc enim casu carebit vtraque. c. quanto. iij. §. quia verò Hildesem. de translat. episcopi. vij. q. j. c. quia frater. §. fin. c. si quis episcopus. c. si quis de ordine. Altera replicatio est: Nisi alius in locum transeuntis ad aliam ecclesiam sit substitutus. vij. q. j. c. eos sacerdotes. Tertia exceptio est: Nisi fructus secundi beneficij alius ex causa percipiat. cap. si tibi. xxvj. de præbendis, in vj. Quarta exceptio: Nisi per dispensationem plura beneficia obtinuerit: hoc enim casu reuocata postea dispensatione, est in arbitrio possessoris, vtrum prius, an posterius dimittere velit. extrauag. com. execrabilis. iiij. de præbend. extrauag. Ioan. 22. vnica, eo. tit. Plures huiusmodi exceptiones vide s. regu. 8. Postremò illud hoc loco notandum, quod iure antiquo impetrans secundum beneficiũ, non ob id prius amittebat, sed in arbitrio ipsius erat, vtrum ex iis dimittere vellet. c. referente. vij. nos autem. versi. quam maluerit. & cap. præterea. xiiij. & ibi gl. in verbo Maluerit. de præbendis. cap. eam te. iiij. in fine. de ætate & qualitate perficiendor.

LXXVII. Regula: Si suum vel alienum beneficium vi occupat, seu scienter iniustè se intrudit, propriũ etiam amittit. cap. eum qui. xviij. de præbendis, in vj. *De suo vel alieno beneficio vi occupato.*

LXXVIII. Regula: Si causa ob quam beneficium datum est, cesset: illud amittit. xxv. q. ij. c. vlt. §. sed obiicitur.

LXXIX. Regula: Si cessauerit à diuinis. Hęc causa approbatur simul & distinguitur c. si canonici. ij. de offic. ordi. in vj.

LXXX. Regula: Si absit ab ecclesia sua, vel non resideat. cap. quoniam. v. §. porrò speciales. versi. si verò aliter absens. vt lite non cõtestata. c. j. de clericis non residentib. in vj. Concordant ea quæ habentur s. ca. v. reg. lxvij. Huius exceptio prima est: Nisi studiorum causa absit. c. cum de diuersis. ij. de priuilegiis. in vj. c. vlt. §. fin. de magistris. Concordat item d. regu. lxvij. except. ij. vbi aliquot subiiciuntur replicationes. Altera exceptio videtur: Nisi papa absenti indulserit. Sed reprobatur cap. vlt. de rescriptis, in vj. Tertia est: Nisi in causa electionis Romæ absit. c. cum non. xxx. de electione, in vj. Plures huiusmodi exceptiones vide d. reg. lxvij.

LXXXI. Regula: Si inobediens sit suo prȩlato. beneficio priuatur. 11. q. 4. c. vlt. in fi. Plura de hac reg. vide s. c. v. reg. xl.

LXXXII.

LXXXII. Regula: Si prælatum suum accusauerit, aut ei fuerit insidiatus, deponitur.iij.q.iiij.cap.clericus.

LXXXIII. Regula: Si res ecclesiæ profundat, deponitur.iij.q.ij.cap.penult.in fine.cum cap.sequente.

LXXXIIII. Regula: Si agros ecclesiæ, vel alias res, ex quibus stipendium habet, negligat, aut in præiudicium eorum colludat.cap.audiuimus.iij.de collusione detegenda. xij.quæst.ij.c. sæpe fit.§. & quæcunque in vsu. versic.quod si quis eorum.

LXXXV. Regula: Si potestate sua abutitur.xj.q. iij.ca. ipse ligandi.c.plerũque.versi.vnde fit vt ipse. Concordant ea quæ proposita sunt s̃.lib.j.c.iij. de priuileg.reg.iij. excepr.iij.

LXXXVI. Regula: Si continentiam non seruauerit, vel vxorem duxerit, deponitur.dist.lxxxj.c.Maximianus.c.si quis episcopus.c.si quis clericus.c.Romanus.c.presbyter.xv. quæst.viij.cap.hi qui.c.cum multæ.versi.illi quidem ex quib. item De clericis coniugatis.c.j.c. quod id te.iij.& c.diuersis. v.de clericis coniugatis. Concordant ea quæ habentur s̃.ca. v.reg.lvj.cum sequentibus.

LXXXVII. Regula: Si sciens indignum elegerit: beneficio per triennium priuatur.c.cum in cunctis.vij.§.clerici sanè.& c.per inquisitionem.xxvj.§. cum igitur.de electione. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi compromissarius, in quem ij quibus eligendi ius competit, compromiserint, indignum elegerit: hoc enim compromittentibus non nocet, sed solùm compromissario. cap. cum compromissarius.xxxvij.§.porrò. de electione, in vj. Altera exceptio est: Nisi episcopus compromissarius indignũ elegerit: hic enim non suspenditur.d.§.porrò. versic. huiusmodi. Tertia exceptio est: Nisi alium prælatum quàm episcopum vel episcopo superiorem elegerit indignè.d.§. porrò. versic. nec in aliorum quàm episcoporum. Quarta exceptio est in aliis beneficiis, quàm quæ in ecclesia, cuius prælatum elegit, habet.d. cap.xxxvij.§.restringitur.

LXXXIII. Regula; Si quis alicuius electionem, postulationem aut prouisionem impugnans ratione electi vel postulati, in probatione defecerit. Hæc regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponentur j.cap. 10.quæst.viij.reg.xv.

LXXXIX. Regula: Si indignum electum confirmauerit: suspẽditur.c.nihil est.xliiij §.ipsum quoque. de electione.

XC. Reg

XC. Regula: Si electionem à laico factam approbauerit, pertriennium suspenditur.c.quisquis.xliij.§.fin.eod.tit.

XCI. Regula: Si accepta pecunia aliquem ordinauerit: deponitur.j.quæst.vij.si quis omnem.§.j.

XCII. Regula: Si ordinati peccata tempore ordinationis latentia, postea apparuerint: deponitur. distinct. xxiiij. cap.vlt.distinct.lxxxj.cap.si qui sine.ca.quicunque.xv.quæst. viij.cap.j.c.si quis præsbyter.

XCIII. Regula: Si capitale crimen commiserit, deponitur.distinct.lxxxj.cap.si diaconus.

XCIIII. Regula: Si homicidium fecerit, vel causam mortis præbuerit: deponitur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s.c.v. reg.74.

XCV. Regula: Si periurium commiserit, deponitur, per ea quæ proposita sunt s.lib.proxi.cap.xvj.reg.xv.

XCVI. Regula: Si iuramentum præstiterit de schismate tenendo, deponitur.cap.j.§.fin.de schismaticis.

XCVII. Regula: Si in hæresim lapsus sit, deponitur.j.q. vij.cap.j. Huius exceptio est: Nisi hæresi renuncians ad fidem catholicam fuerit reuersus.d.q.vij.c.conuenientibus, in princ.cap. si qui voluerint. Concordant ea quæ habentur s. lib.j.cap.xiij.q.v.reg.vj. Contradicit d.c. conuenientibus.§. ex hac authoritate.& d.cap.j.

XCVIII. Regula: Si ebrius nondum præmissa digestione missam celebrauerit, deponitur.cap. si constiterit.xij. de accusationibus.

XCIX. Regula: Si altaria vestibus exuit, aut veste lugubri accingit, luminaria iis subtrahit, aut missam pro viuo celebrat: deponitur.xxvj.quæst.v.cap.quicunque.

C. Regula: Si diuinatores consuluerit, deponitur.d.q.v. cap si quis episcopus.

CI Regula: Si contra ecclesiam, à qua beneficium habet, aduocatus vel procurator existat: beneficio priuatur. cap.vlt.§.fin.de postulando.

CII. Regula: Si beneficio vel dignitati renunciauerit. cap.ex transmissa.iij.ca.in præsentia.6. de renunciatione.vij. quæst.j.c.quàm periculosum. Huius exceptio prima est; Nisi postea denuò eligatur vel recipiatur.d.c.iij. versi.hortari tamen eos.c.cum inter.ij.eod.titu. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ob crimen antea renunciauerit, c.post translationem.xij.eod.titu. Altera exceptio est: Nisi ad aliam

pinguiorem præbendam postea eligatur, propter quam tenui prius renunciauerat. cap. vlt. in fine. de renunciat. in vj. Tertiæ replicationis loco notandum, quòd quamuis postea rursus eligatur vel recipiatur, ex prima tamen receptione nihil iuris possit vindicare. cap. ex insinuatione. xxvj. de Simonia. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi non sponte renunciauerit. cap. super hoc. v. de renunciatione. Clemen. multorum. ij. §. sanè resignationes. de pœnis. Tertia exceptio videtur: Nisi cum ob aduersam valetudinem renunciasset, postea conualuerit. Sed reprobatur ca. ex transmissa. iij. de renunciatione. vij. q. ij. in prin. Quarta exceptio est: Nisi dolo persuasus renunciauit. cap. sanè. vij. & cap. electæ. xiiij. de renunciat. Quinta exceptio est: Nisi renunciatio fuerit inutilis.. Quæ exceptio approbatur exemplo cap. vlt. eod. tit. Huius replicatio est: Nisi renuntiatio fuerit in manus laici facta ca. quod in dubiis. viij. eod. tit. Sexta exceptio videtur: Nisi licentia tantùm renunciandi impetrata, renunciatio non fuerit secuta. Sed reprobatur c. quidam. xij. eod. tit. Septima exceptio videtur: Nisi renunciationis, antequam collatio alteri facta sit. renunciantem pœniteat. Reprobatur sub conditione Clement. vnica, eod. tit.

CIII. Regula: Si alij ordinato vel electo in suum locum reuerentiam exhibuit: per hoc electioni suę videtur renunciasse, suámque dignitatem amisisse. c. ex ore. iij. §. quia verò. vers. per hoc quod. de iis quę fiunt à maiore parte.

CIIII. Regula: Si aduersus apostolicam sedem contumax existens suspensus fuerit, & per annum in suspensione permanserit: beneficio priuatur. c. cum bonę. viij. de ętate & qualitate pręficiendor. Hactenus causas beneficij amittendi enumerauimus, quarum tamen plures licet colligere ex iis quæ s̄. c. v. de officiis clericorum proposuimus.

QVIBVS AVFERENDI IVS competat?

CV. Regula: Laicis non competit ius auferendi. cap. in Lateranensi. xxxj. §. nos autem. vers. restitutos verò. de præbendis. Concordant ea quę habentur s̄. reg. xvij.

CVI. Regula: Non nisi episcopo ius deponendi competit. c. vnico, in fin. de capellis monachor. in vj. xviij. q. ij. cap. nullam. Huius exceptio est: Nisi episcopus scienter vxorato beneficium contulerit: tunc enim superiori eius auferendi

ius competit.c.diuersis.v.§.fin.de clericis coniugatis.

CVII. Regula:Hæreticis & excommunicatis ius deponendi non competit.xxiiij.q.j.c.ait Cœlestinus.& c.aperto.

QVID QVANTVMQVE AMITTATVR?

CVIII. Regula:Si habens præbendam adeptus fuerit aliam: priorem amittit, non posteriorem. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur s. reg. lxxvj.vbi in fine adiicitur, quòd iure antiquo fuerit in arbitrio accipientis, vtram ex iis retinere voluerit.

CIX. Regula: Si habens plures quàm duas præbendas, aliam etiam fuerit adeptus: omnes priores amittit. Clement. si plures. iij. de præbendis. extrauag. comm. vt quos. ij. in princ. de officio ordinarij.

CX. Regula: Si habens plures præbendas, priores excepta posteriore, non dimittat: omnes amittit. d. extrauag. com. vt quos, in prin. vers. quod si non fecerit. Concordant ea quæ habentur d.reg. 76. in prin.

ANTECEDENTIA AMISSIONEM, seu depositionem.

CXI. Regula: De consensu capituli adhibendo in depositionib. cauetur distinct.67.c.vlt. in fine.c.nouit.iiij.de his quæ fiunt à prælatis. Concordant item ea quæ habentur. s. cap.iiij.quæstione.vj.reg.ij.

EVENTVS DEPOSITIONIS & amissionis.

CXII. Regula: De loco pœnitentiæ deposito ab episcopo deputando cauetur distinct.lxxxj. cap. sacerdos. Hæc de acquirendis & amittendis præbendis & dignitatibus sint dicta. Sequuntur nunc reliqua præbendarum iura.

III. DE RELIQVO IVRE præbendarum.

CXIII. Regula: De augendis præbendis tenuibus cauetur cap.exposuisti.xxxiij.de præbendis.

CXIIII. Regula: De non minuendis præbendis cauetur cap. auaritiæ. d. tit. Clement.vnica.§.eadem quoque. de supplenda neglig. prælatorum.

CXV. Regula: De non diuidendis præbendis & ecclesiis seu ecclesiasticis dignitatibus cauetur c.maioribus.viij.cap.

tuæ fraternitatis.xx.c.vacante.xxvj.de præbendis.vij.q.j.ca. in apibus. Concordant etiam ea quæ habentur s.reg.iij.Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vtrique parti suppetant facultates.d.c. xxvj. vers.nisi rationabili causa. Altera exceptio est: Nisi duobus ad eandem dignitatem electis, iudex compromissarius vnum cõfirmauerit, ita vt alteri pro bono pacis de prouentibus prouisionem faceret.ca.nisi essent xxj. eod.tit. Tertia exceptio videtur: Nisi appstolica authoritas interuenerit. Sed reprobatur c.dilecto. xxv. eod.tit. Quarta exceptio est: Nisi cum in locum episcopi hæretici alius esset substitutus, hæreticus postea sit conuersus: tunc enim inter eum & substitutum diuiditur dignitas episcopalis. c. j. de parochiis. Quinta exceptio videtur: Nisi pro integratione præbendæ dimunitæ alia diuidatur. Sed reprobatur c.cum causam. xxxvj.de præbendis. Sexta exceptio videtur: Nisi propter diuersitatem linguarum populi qui est instituendus, ecclesia diuidatur. Sed reprobatur cap. quoniam xiiij.de officio ordinarij.

CXVI. Regula: De non alienandis nec permutandis præbendis & dignitatibus cauetur cap. maioribus.viij.in fine.de præbendis.cap. quæsitum v. cap.cum olim. vj.& cap. cum vniuersorum.viij.vers.licet ipsi per se.de rerum permutat.xij.quæst.ij.cap alienationes.§.fin.

CXVII. Regula: De reseruatione fructuum beneficiorum vacantium ab apostolica sede facta cauetur extrauag. comm.postulasti. x. cum duabus sequentibus.de præbendis.

CXVIII. Regula: De possessione præbendæ vacantis propria authoritate nõ occupanda cauetur c. pastoralis.xix. de priuilegiis.Hactenus de prębendis & dignitatibus, adeóque de personis ecclesiasticis in genere sit dictum. Sequitur nunc personarum ecclesiasticarum tractatus specialis, & primùm de episcopis aliísque prælatis ecclesiasticis.

DE EPISCOPIS ALIISQVE prælatis. Cap. VIII.

QVOD de episcopis in sequentibus dicetur, de aliis quoque prælatis superioribus accipi debet. distinct. xxj.cap.j.§.ordo verò.& §. omnes autem.item cap. j. in fine. de clerico ægrotante, in vj.

I. ETYMOLOGIA episcopi proponitur distinct.xxj. cap.j.

cap.j.§.episcopus.& viij.q.j.c.qui episcopatum.

II. ORIGO episcoporum exponitur dist.xxj.c.in nouo.

III. DIVISIO episcoporum & species habentur dist. xxj.cap.j.§.ordo verò.

IIII. DIFFERENTIA episcoporum & corepiscoporum habetur distinct.lxviij.cap.quamuis.

V. DE DIGNITATE EPISCOPORVM.

Suntloco apostolorum,quorum vicem in ecclesia gerunt. distinct.xxj.cap.in nouo.§.cæteri. vers.ipsis quoque.distin. xviij. cap.vltim.

VI. DE GRADIBVS DIGNItatis episcopalis.

I. Regula: Primum locum obtinet episcopus Romanus, secundū Constantinopolitanus, tertium Alexandrinus,quatum Antiochenus,quintum. Hierosolymitanus.Quæ regula cum propriis istarum sedium approbatur c.antiqua.xxiij.de priuilegiis.distin. xxij.in prin.cap.sacrosancta.§.prima ergo cum sequentibus.dist.lxv.c.mos antiquus.c.quoniam extrauag.com.sancta. iij.de electione. Nouel.131.§. ac propterea.

II. Regula: Quòd sedes Romana super omnes alias ordinariæ potestatis principatum obtineat, iam dictum est, ei concordat c. fundamenta. xvij. §.isti sunt per quos. vers.isti sunt qui.de electione,in vj.distin.xxj.c. quamuis. distin.xxij. c.j.c.sacrosancta xxiiij.q.j.c.rogamus.c.cum beatissimus.distinct.xcvj.c.Constantinus.§.& sicut.Nouell.x.in prin.

III. Regula: Prærogatiua dignitatis ex subscriptione & voti ordine colligitur. distinct. xvij. cap. penult. §. fin. cum cap.sequente.

IIII. Regula: Prærogatiua dignitatis ex tempore ordinationis sumitur. distinct. xvij.cap.vltim.& distin.xviij.c.j.

V. Regula: Compositionem de iure primatiæ vnus solus, cuius interest, potest impedire.cap. vltim. de maioritate & obedientia.

VII. DE LOCO EPISCOPATVS.

I. Regula: Maiores tantùm ciuitates priuilegio episcopatus sunt honorandæ.cap.j.de priuilegiis. distinct. lxxx. in prin. cum sequentibus,vsque ad cap.vltim.xxiij.q.iiij.c.sicut excellentiam.§.concilium.vers.ipse verò primas.xvj quæst.j. c.præcipimus,in princ.vsque ad §.sunt.& distinct. lxviij.cap. ecclesiis.§.inter episcopos.

II. Regula: Quæ ciuitates antea non habuerunt episcopos, in iis nec postea constituendi xvj q.j.cap.fœlix.

III. Regula: Propter hostium impetum, & crudelitatem subditorū episcopos suos trucidantium, sedes episcopalis in aliam ciuitatem transfertur. vij.q.j.c. temporis. xxv.q.ij.c.vlt.

IIII. Regula: Episcopales sedes non longo interuallo à se debent disiungi. distinct. lxxx. cap. vltim.

VIII. DE OFFICIIS EPIscoporum.

I. Regula: De populo docendo, regendo & amando cauetur vij.q.j.c.sicut vir. §.episcopum. distinct. xxxvj. c.vltim. & distinct. lxxxvj. in prin.

II. Regula: In docendo sacram scripturam, non grammaticam, episcopus exponere debet. d distinct. lxxxvj. cap. cum multa. Plura de docendo vide j. lib prox. cap. j

III. Regula: De corrigendo populo cauetur c. irrefragabili. xiij. in prin. de officio ordinarij. dist. lxxxvj. c. j. c. odio. c. facientis. xxiij. q. iiij. c. duo ista. Modus corrigendi præscribitur j. reg. lvij cum sequentib. Sed plura de regula proposita vide j. lib. proxim. cap. vj. q. viij. reg. j. cum sequentibus.

De excessione Episcoporum in corrigenda.

IIII. Regula: Si in corripiēdo modū excesserit, à domino, non à subditis veniam petere debet. distin. lxxxvj. c. quando.

V. Regula: Crimen non probatum non nominatim redarguet, sed in genere, cap. si sacerdos. ij. de officio ordinarij. Concordant eá quæ habentur d. reg. j. except. v.

VI. Regula: De criminibus inquirere eáque punire possunt, & si opus fuerit, brachiū sæculare implorabunt. c. j. d. tit.

VII. Regula: Ne in puniendis delictis ad quæstum magis quàm ad leges respiciant, cauetur cap. irrefragabili. xiij. §. fin. eod. tit.

VIII. Regula: Ne subditos grauent sumptibus & exactionib. cauetur c. cùm apostolus. vj. §. prohibemus. de censibus. c. j. de excessib. prælatorum. x. q. iij. c. quia cognouimus. c. cauendum. c. inter cætera. c. relatum. c. vlt. & xvj. q. j. c. constitutum. c. nulli. c. prædicator. item extrauag. com. vnica. §. secundo verò. de pœnis. Huius regulæ exceptio est in charitatiuo subsidio. quæ exceptio approbatur in iam allegatis. de qua vide j. eod. cap. q. x. reg. iij. & M. I. R. lib. iij. cap. iiij. reg. x. cum tribus sequentibus.

IX. Regula: Nouum censum ecclesiis imponere non debent,

bent,nec veterem augere.c scientes.iij. cap.prohibemus.vij. & cap.præterea.viij.de censibus.

X. Regula, De clericis coercendis cauetur Clement.j.de officio ordinarij.viij.q.j c.quid autem.

De Episcoporum & clericorũ honore sibi inuicé exhibédo.

XI. Regula: Episcopi & clerici vt honorem sibi inuicem exhibeant, & sacerdotes, non domino Episcopi se esse meminerint,cauetur distinct xc.cap esto.x.q.iij.c.j.in fine.

XII. Regula:Episcopus præsbyteris honorem exhibeat, cauetur d.distinct.xcv cap.episcopus,cum cap.sequente.

XIII. Regula: Episcopus præsbyteros exactionibus grauare non debet, neque sine ordine iudiciario eos condemnare.c.j de excessib prælatorum.

XIIII. Regula: Vt sine consensu capituli nihil administret,cauetur d c.j vers aut sine iudicio.item cap.j.& c.nouit. iiij.item c.quanto v.d. his quæ fiunt à prælatis.Concordant item ea quæ habentur ĩ c.xij.reg.xj.repl. gener.j Huius regulæ exceptio prima est:Nisi consuetudo loci in contrarium exter. cap. non est,iij.de consuetud.in vj. Altera exceptio est: Nisi abbas sine consilio conuentus consensum præbeat monacho ad aliam ecclesiam ordinato transeundi.cap.si religiosus.xvij.§.quia verò. de electione,in vj.

XV. Regula: Non potest episcopus ecclesiam alteri subiectam ab eius subiectione & obsequio liberare.cap.ad hæc ij.de excessib.prælatorum.

CIRCA MONASTERIA ET MONAchos officia episcoporum.

XVI. Regula: Officia & iura, quæ in monasteriis & eorum personis episcopi habent,definiuntur cap.conquerente. xvj. de officio ordinarij. xviij.q.ij.ca.visitandi.cap. Eleutherius.& cap.vltim.

XVII. Regula: Ne monasteria sumptibus & exactionibus,alijsque oneribus grauent,cauetur d. c.xvj.vers.tu autẽ his iuribus.& d.c. visitandi. vers. vt grauamen aliquod. item Clement ad nostram.ij.de censibus. item cap.in singulis.vij. §.porrò. de statu monachor. Clement. j. de excess. prælator. xvij.q.iiij.c.hanc ergo,in prin.xviij.q.ij.cap.quam sit.§.hanc ergo.c.luminoso.§.fin.& c.vlt.§.canonica.

XIII. Regula: Non debet molestare monasteria, præterquam causa correctionis: nec eis oblata sibi debet vindicare.cap.j.de statu monachor.

XIX. Regula: De iniuria monasteriis illata vindicanda

cauetur c.in singulis.vij.§.fin.d.tit.

XX. Regula: Ne in spiritualibus sit impedimento monachis, cauetur c.nimis iniqua. xvj.& c.nimis prona.xvij.de excess. prælator. Plura huiusmodi officia episcopalia circa monachos & monasteria vide ĵ. cap. prox. item ĵ. lib. prox. cap.de visitationibus.

XXI. Regula: De magistris & doctoribus artium constituendis cauetur distinct.xxxvij.cap.dequibusdam.

XXII. Regula: De substituendis viris idoneis, qui populum doceant, confessiones audiant, & cætera quæ ad salutem animarum pertinent peragant, cauetur c.quoniam.xiiij. & c.inter cætera.xv.de officio ordinarij.

XXIII. Regula: Oeconomum habere debet seu vicedominum.distin.89.ca.volumus.c.diaconum.ca.quia in quibusdam.item xvj.q.vij.c.quoniam in quibusdam.

Quibus Ecclesiæ officia cōmittenda.

XXIIII. Regula: Fidelibus & discretis viris officia ecclesiæ cōmittat.c.cum ad vj.§.tales autē.de statu monach.

XXV. Regula: Propinquis vel amicis suis ecclesiastica negocia committere non debet. dist. 89.cap.decenter.xij. q. j.c.episcopus. Apost.canon.xxxvij.

XXVI. Regula: Laicis ecclesiastica negocia committere non debet. distin. 89.c.indicatum.xij.q.ij.c.sancimus, in prin.c.diaconi.§.fin.xvj.q.vij.c.in nona.

XXVII. Regula: Ne vni duo ecclesiastica officia committat, cauetur distin.89.in prin.§.in dispositione ,cum c.sequente.item c.vlt.

XXVIII. Regula: Domui suæ oportet episcopum bene esse præpositum.distin.89.in prin.

XXIX. Regula: Nullius rei familiaris curam ad se reuocet.distin.88.c.episcopus.

XXX. Regula: Domesticorum immoderatam familiaritatem vitare debet distin.xxxiiij.c.j.

XXXI. Regula: Ne liberos suos in sæcularibus literis instituat, cauetur distin.xxxvij.c.legant. Concordant ea quæ proposita sunt ŝ.cap.v.reg.xxxviij.

XXXII. Regula: A paruulis & minimis discere non erubescat.distin.xxxviij.cap.vlt.

De repræsentatione Episcopi.

XXXIII. Regula: Papæ obediens ac fidelis esse debet. c.vlt.de excess.prælatorum.extrauag.comm.j.de pœnis.

XXXIIII. Regula: Singulis annis Apostolorum liminibus se repræsentabit.distin.93.c.iuxta.

XXXV. Regula: Viduis & orphanis ecclesiæ præsidium implorantibus episcopus debet subuenire. distin.87.in prin. cum sequentibus, vsque ad c.irreligio: Restringitur tamen hæc regula distin.88.c.episcopus gubernationem.

XXXVI. Regula: Libertos in libertate sua episcopus tueri debet.distin.87.c.libertos.& c.liberti.

XXXVII. Regula: Vt paupetibus & infirmis subueniat, cauetur distinct. lxij. in prin.cum ca. sequente.distinct. 84.in princ.cum duob.cc.sequentib. item viij.q.j.c.Clemens. Apost.canon.xxxvij.& lviij.

XXXVIII. Regula: Vt sit liberalis, cauetur distinct. 36.cap fratrem.

XXXIX. Regula: Ne aliena rapiat, nec res ecclesiæ in suos vsus conuertat, cauetur distin.93.ca.diaconi sunt quos. §.nunc autem ex quo.x.q.ij.ca.episcopus. §. si autem.xij.q.j. c.episcopus.§.si autem & aliter.c.nulli.q.ij c.monemus.& ca. non habenti.Apostol.canon.xxxvij.

XL. Regula: Prouidere debet, ne adolescentiores fœminæ in famulatu sint clericorum distin.81.c.penult.

XLI. Regula: Clericos vel monachos debet habere cubicularios.ij.q.vij.c.cum pastoris.ca.nullus monachus.§.fin. Imò vbique clericos secum habere, nec solus viuere debet. d.q.vij cap.vlt.in prin.de consecrat.distin.j.c.iubemus. Quales debeant esse cubicularij Episcopi.

XLII. Regula: Prauos in sua familiaritate non habebit episcopus, sed viros probatæ vitæ.d.quæst.vij.cap. peruenit. & cap.vlim.

XLIII. Regula: Ne vnus episcopus alterius plebem vsurpet, nec alterius parochiæ terminos aut ius inuadat, cauetur vij.q.j.c.placuit.c.episcopus.c.sicut,in prin.ix.q.ij.c.j.c. nullus primas.c.episcopum.c.episcopi.c.non inuitati.xiij.q.j. in prin.cum c.sequente. xxv.q.j.c.quæ ad perpetuam q.ij ca. in Galliarum.item distin. 91.c.si qui episcopi.c.penult. item De parochiis cap.nullus.iij.Apostol. canon. xv. Concordant item ea quæ habentur j.c.prox. reg.iij. Huius regulæ exceptio est: Nisi triginta annorum præscriptione episcopus defendatur.xiij.q.ij.c.j.in prin.Contradicit d.ca.j §.at illi.Hanc obiectionem soluit Gratianus xvj. quæst. iij. de qua dicetur j.cap. prox.reg.ij. vbi de exceptione proposita dicentur plura. Sed & plura de regula proposita vide d.cap.prox.reg.iij.

XLIIII. Regula; Episcopi sibi inuicem consilium &

 auxilium

auxilium ferre debent. iij. quæst.j.cap.nulli. & cap. vlt. item dist.inct.90.cap.penult.

XLV. Regula: Absque apostolica licentia Dalmaticis vti non debet.d.istin.xxiij.c.communis.

XLVI. Regula: De rebus ecclesiæ ab eo administrandis cauetur x.q.ij.in prin.ca.episcopus.xij.q.j.c.episcopus, in prin.c.res ecclesi.x.xvj.q.ij.c.præcipimus. vers.& vt in dispositione. q.iij.c.præsulum. q.vij.in prin.vers.generaliter enim. c.j.§.has verò.c.omnes.c.nullus.vers.imò sicut.Apost.canon. xxxvij.& xxxx.

XLVII. Regula: Modus administrandi & distribuendi in quatuor portiones res ecclesiæ, præterquàm quòd ex iam propositis constat, definitur etiam xij.q.ij.c.vobis.ca.Vulteranæ.ca.concesso.c.quatuor.ca.de reditibus.c.cognouimus cap.mos.ca.sancimus.xvj.q.j.ca.ad hoc. Apost. canon. xxxx. Sanè pro quarta parte tertia episcopo attribuitur. d.q.j. cap. constitutum. Hoc autem pro diuersitate locorum variari, testatur Gratianus d.q.j.ca.nulli.xxv.q.j.in princ. Sed de hac portione, quæ debetur episcopo, inferius etiam q. x. reg ij. plura dicentur.

XLVIII. Regula: Si de rebus ecclesiæ aliquid comparant, instrumentis nomen ecclesiæ inserere debent. xij.q. iiij cap.vlt.

De præsentia Episcopi. XLIX. Regula: Ne ab ecclesia sua discedat, néve eam deserat. cauetur c.ex gestis.ij.& c.qualiter.ix.de clericis non residentib.vij.q.j.c.peruenit.c.placuit.c.propter.Concordant itẽ ea quæ habentur M.I.C.li.iij.c.iiij.de officiis episcoporũ, reg.j.Propositæ Regulę exceptio prima videtur: Nisi ob vim maiorem eam deserat. Sed reprobatur vij.q.j.c.suggestum. c.sciscitaris.c.aduersitas, in prin.vsque ad §.est & aliud.Planè admittitur exceptio proposita, si specialiter prælatus quæratur, & sine eo æquè salua ecclesia esse possit.d.ca.aduersitas. §.cum verò specialiter. Huius distinctionis replicatio est: Nisi vis postea cessauerit: tunc enim ad ecclesiam redire debet, per ea quę proponentur j. except.iij. replic.j.duplic.j. triplic.j.Altera exceptio est: Nisi à vitiis subditorum prę latus affligatur, vt sua pręsentia nihil proficiat.d.c.aduersitas.§.est & aliud, cum §§.sequentib.vsq; ad q.ij.item xj. q.iij.c.quando: item De renunciatione habetur c. nisi cum.x.§.propter malitiam. Huius replicatio est: Nisi inter malos subditos nonnulli sint boni, in quibus spes sit profectus: tunc enim boni

boni propter malos non sunt deserendi.d.§. est & aliud.vers. cum autem à vitiis.& d.q.j.c.vlt.in prin. Concordant ea quæ proposita sunt.s.lib.j.cap.viij.quæst.ij.reg.iij. in prin. Tertia exceptio est: Nisi ad aliam ecclesiam episcopus transferatur.vij.q.j.c. mutationes.c.scias.c. omnis.§. fin.c.episcopus. Huius replicatio prima est: Nisi propria authoritate,non legitimè vocatus transierit. d.q.j.c.sicut.§. si autem vtilitatis. c.sicut vir, in prin. c.quia frater. §. illud verò.c. non oportet. c. episcopum. c. propter. c. remoto. item De consecrat. distinct.iiij.c.non licet,in fine. item Apostol. canon. xiij. Concordant item ea quæ proposita sunt s.cap.v. reg. 68. Huius replicationis duplicatio est: Nisi propria sede depulsus, aut necessitate coactus,ad aliã ecclesiam transierit. vij.q.j.c.mutationes. vers. non enim transit. c. scias. c.omnis. c. sicut. §. si autem persecutus.Huius triplicatio est:Nisi causa necessitatis cesset: tunc enim ad priorem ecclesiam redire debet. d.quæst.j.cap.pastoralis.c.sciscitaris.ver.& cum tranquilitas. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi apostolica authoritate non interueniente ac aliam ecclesiam sit translatus. vij.quæst. j. cap.mutationes.§.fin.item De translatione episcopi. habetur cap.j. cum tribus ccc. sequentibus item De electione habetur in vj. cap. si abbatem.xxxvj. in princ.& Apostol. canon. xiij. Concordant item ea quæ proposita sunt s.ead. except.in princ. Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi dignitati episcopali renunciauerit. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio prima est: Nisi sine licentia superioris renunciauerit. c.admonet.iiij.& c.vlt.de renunciat. Concordant.ea quæ habentur s. except.prox. replic.ij. Huius duplicatio est: Nisi Papa renunciauerit:hic enim, quia superiorem non habet, sine licentia alicuius renunciare potest.c.j. eod.tit.in vj. Altera replicatio est: Nisi necessarius sit ecclesiæ suæ. c. j. de renunciatione. Tertia replicatio est: Nisi nulla iusta causa subsit renunciandi.vij.q.j.ca.Pontifices. §. episcopos.c. sicut vir,in prin.& c.quia frater. §.illud verò Euaristi. Hæc replicatio declaratur enumeratione causarum,ex quibus renunciare licet, c.nisi cum.x. de renunciatione. Quod autem ibi dicitur, Debilitas corporis: ei concordat d cap.sicut vir. §. ecce his & d.q.j.c.qualiter.Concordant itẽ ea quæ habentur j.cap.x.quæst.iiij. reg.j.except.iij. Quod item d.c.x.dicitur, Malitia plebis: ei concordare videtur c. ad supplicationem.

ix.eod tit.de renuntiatione.Causis d.c.x.enumeratis additur humilitas,si episcopus monachus fieri desideret,vij.q.j.cap. temporis.§.item cum aliquis.xvj.q.vij.c. vlt.vers. episcopus enim.xviij.q.ij.c.abbas.in prin.Planè ita ex hac causa cedendi licentia conceditur, si ad pœnitentiã agendam,non ob labores vitãdos monastica vita expetatur.d.q.j. c.suggestum. & c.sciscitaris. Hæc de quadragesimanona regula: de qua tamen vide plura. s.cap.v.reg.lxvij.& lxviij.

L. Regula: Episcopus die Dominico ecclesiæ, cui proximus est, deesse non debet. De consectat. distinct. iij. cap. episcopus.

De loco habitationis Episcopi. LI. Regula: Habitationem suam non longè ab ecclesia debet habere.dist.xlj.c.episcopus.in fine.

LII. Regula habitationem in ciuitate,nõ in villa habere debet.xxiij.q.iiij.c.si qui.§.consilium vers.ipse verò primas.

LIII. Regula:De suppellectile, mensa & victu episcopi, cauetur d.c.episcopus. Concordant ea quæ habentur s. cap. v.reg.97.

LIIII. Regula: Ne venationibus operam det cauetur distinct.xxxiiij.c.j.Concordat d.cap.v.reg.87.

LV. Regula:Episcopus lectioni & orationi debet vacare ij.q..vij.c.vlt.in prin.

De officio Episcopi. LVI. Regula:Alia officia ecclesiastica episcopo præscribuntur distin.xxv.c.j.§.ad episcopum.

LVII. Regula:Ne mutato habitu peregrinetur,neue ad curiam Romanam veniens inde discedat sine licentia Papæ. extrauag.com.vt prælatorum.ij.de maioritate.

LVIII. Regula: Ne sit cupidus vindictæ, vel ad vindictam facilis,cauetur distinct.86.c.si quid verò.c.tanta.

LIX. Regula:Ne sit percussor,neque impatiẽs,sed mansuetus. neque aliquem propriis verberet manibus. cauetur distinct.xlv.c.j.cum c.sequente.&c.episcopum.c.cum beatus. item distinct.86.c,non liceat.j.q.vij. c. si quis omnem. §. penult.item De clerico percussore c.j.Apostol.canon.xxvj.Nouell 123.§.ac neque propriis. Contradicit d. c. cum beatus. §. Salomon,cum sequentibus. De qua re vide j.reg. proxim.

LX. Regula: Non seueritate, sed blandimentis ad fidem homines prouocet, vel subditos corrigat, cauetur distinct. 45.c.licet.c. qui syncera.cap. de Iudæis. cap.licet.c. cum beatus,in prin.Contradicit d.cap.cum beatus. §. Salomon, cum sequentibus, vsque ad c.tria sunt. Cui obiectioni respondet

Gratianus

Gratianus.d.distinct.xlv.cap.duæ sunt.§. ex his omnib. cum sequentibus, vsque ad cap.vlt.

LXI. Regula: Ne sermone incauto infirmorum conscientiam vulneret, cauetur distin.xlv.cap.vlt.

LXII. Regula: Ne sit litigiosus vel arrogans aut tumidus, cauetur distinct.xlvj.c.j.dist.90.in princ.item viij.quæst. j.cap.illud inferendum.

LXIII. Regula: Ne aliquem crudeliter fustigari faciat. cap.præterea.ij.de clerico percussore.

LXIIII. Regula: Episcopum decet esse ornatum virtutibus.distin.xl.in princ.cum sequentibus, vsque ad c.si Papa. item cap.sicut.viri.c.illud.c.qualibet.& cap.Adam.

LXV. Regula: Episcopum decet esse hospitalem. distinct. xl. in princ. Concordant ea quæ proposita sunt supra cap.v.reg.xliiij.

LXVI. Regula: Episcopi officium difficile, laboriosum & periculosum dicitur distinct.xl.c.ante omnia.

LXII. Regula: Negligens in suo officio esse non debet. distinct.lxxxiij.cap.vltim.§. sicut autem. distinct.lxxxiiij. in princ.cum cap.sequente.cap.nunciatum.viij.quæst j.c. olim. Apostol. canon.lvij.

LXVIII. Regula: De discordantibus ad concordiam reuocandis cauetur distinct.90.in princ.versic. quia qui sua. & c.j.c.studendum.cap.placuit.c.si quis.& cap.vlt.

LXIX. Regula: Ne peregrinantes in vlteriorem familiaritatem admittant.Apostol.canon.xxxij.§.& quidem.

LXX. Regula: Ne cum hæreticis preces coniungat, vel clericos eos esse permittat, aut eorum baptisma ac sacrificium suscipiat.Apostol.canon.xliiij.cum sequente.

LXXI. Regula: Si episcopus in parochia sua non recipiatur, quid ei faciendum sit, definitur distin.92. cap. si quis ordinatus.cap.si quis episcopus.cap.si qui episcopi. Apostol. canon. xxxv.§. si vero non. Hactenus officia episcoporum enumerauimus: quibus tamen plura addi possunt ex iis quę s.cap.v. inter officia clericorum sunt enumerata. Præter ista etiam plura colligi possunt ex iis quæ j.cap.10. quæst.j. proponentur. Sed & officia episcoporum in visitationibus, conciliis & similibus actib. spiritualibus & temporalibus.j.libr. proxi.sub singulis istis actibus enumerabuntur.

IX. DE SVPPLENDA NEGLIgentia prælatorum.

Porrò

Porrò si Prælatus vel ob negligentiam, vel ob infirmitatem non fecerit ea quæ sunt sui officij, variis modis id quod ei deest supplєtur: de qua re hoc loco agendum.

I. Regula: Si prælatus non fecerit suum officium, interdum pro facto habetur quod fieri oportuit, exemplo cap.j. de supplenda neglig. prælatorum.

II. Regula: Cessante aliquo in iure suo exercendo, ius istud ad alium, præsertim superiorem, deuoluitur, qui supplet. cap. sicut.ij. cap. licet.iij. eo.tit. c. significauit.6. & c. quanto.vii. in fine. cap. irrefragabili.xiij. in prin. versic. excessus tamen. de officio ordinarij. c. quanquam.xviij. de electione, in vj. distinct. lxxxix. c. volumus. versi. si verò negligentem. Concordant item ea quæ habentur s̃. ca.ij. reg.ij. & s̃. c. prox. reg. xxvj. cum sequente. item j̃. cap.10. quæst.1j reg.ij.

III. Regula: Si propter infirmitatem prælatus suum officium facere non potest: datur illi adiutor, exemplo c. grandi.ij. de supplenda neglig. prælator. in vj. cap. vnicum, de clerico ægrotante, in vj. vij. quæst.j. cap.j. cap. petiisti. c. quia frater. Hæc de officiis episcoporum, eorúmque negligentia & infirmitate, quibus istiusmodi officia impediũtur, sint dicta. Nunc de potestate & priuilegiis episcoporum est dicẽdum.

X. DE POTESTATE, REBVS & priuilegiis episcoporum, & aliorum prælatorum.

I. Regula: Ecclesia cum suis rebus ad ordinationem episcopi spectat. 10. quæst.j. in princ. cum sequentibus, vsque ad cap. antiquos. cap. vlt. §. fina. xij. quæst.j. cap. euidentes. §. ipsæ verò res, cum sequentibus. cap. episcopus. cap præcipimus. quæst.ij. cap. vobis. xvj. quæst. vij. cap. omnes. Apostol. canon. xxxvij. & xl. Concordant item ea quæ proposita sunt s̃. q. viij. reg. xlvj. Sed & plura de regula proposita vide j̃. cap. proxim. reg. iiij. item j̃. cap. xij. reg. vij.

II. Regula: Episcopo ex reditibus & oblationibus ecclesiæ debetur tertia pars. cap. requisisti. xv. in in princ. versic. & quidem regulariter. de testamentis. 10. q.j. cap. de his, in fine. c. decreuimus. versic. ab episcopis. xvj. quæst.j. cap. constitutum. Sanè ex consuetudine variatur portio ista, quæ episcopo debetur. Sic quarta solùm dicitur competere d. versic. & quidem regulariter. aliâs dimidias, 10. quæst.j. cap. antiquos. Propositæ regulæ exceptio prima videtur: Nisi ab eo qui

c : ecclesiæ

ecclesiæ aliquid offert, episcopo etiã tertia portio sit relicta: hoc enim casu nihil ei ex eo quod ecclesiæ relictum est, videtur deberi. Sed reprobatur hæc exceptio sub conditione c.officij.xiiij.de testamẽtis. Altera exceptio videtur: Nisi is qui offert ecclesiæ, nihil ex eo ad episcopum voluerit pertinere. Sed reprobatur d.cap. requisisti.xv.§. si ab extraneo. versi.secus autem si exprimat. de testamentis. Tertia exceptio est: Nisi in ornamenta, vel pro cereis seu fabrica, luminaribus, anniuersario, septimo, vicesimo, tricesimo die, siue aliis ad perpetuum cultum diuinum spectãtibus, sint legata relicta: ex his enim canonica portio episcopo non debetur. Quæ exceptio approbatur sub conditione cap. vltim.de testamentis.cap. ex parte.xxxj. de verbor.signific. Quarta exceptio est: Nisi episcopus ex canonica portione ecclesias reficere seu reparare nolit.10. quæst.iij.cap.j.versic. neque tertiam.cap.vnio.& cap.priscis.

III. Regula: Præter canonicam portionem episcopo etiam pro honore cathedræ ex singulis ecclesiis sibi subiectis duo solidi annui debentur.d.quæst.iij. in prin. cum cap. sequente.cap.illud.cap. nec numerus.§. cathedraticum.cap. inter cætera.§.ne ergo.versi.non amplius quàm duos.& cap. vlt.versi.vltra duos solidos.

IIII. Regula: Episcopis reuerentia & obsequium debetur tam à laicis quàm à clericis.cap. omnes.iiij.cap.solitæ.vj. cap.quod super.ix.c.his quæ.xj.& cap.dilecta.xij.de maioritate & obed.distinct.xxj.cap. in nouo.§.cæteri verò.distinct. xciij.cap.ille procul. xj.quæst.iij.c.si autem.c.quicunque.ca. si quis verò.c.absit.cap.nemo. Concordant item ea quæ habentur s.cap.v.reg.xl.& s.lib.j.cap.v.q.v.reg.ij.in quibus locis aliquot exceptiones enumerantur. De obsequio Episcopis debito.

V. Regula: Ne prælatus sine admonitione præmissa in ius vocetur, cauetur per ea quæ proposita sunt s. libr.j.cap. vj.quæst.viij.reg.j.

VI. Regula: Apud comprouinciales suos episcopus est conueniendus.iij.quæst.vj.cap.si quis.vj. quæst.iiij.ca.si quis episcopus.Apostol.canon.lxxiij. Vbi Episcopus cõueniẽdus.

VII. Regula: Non habet vnum, sed apud duodecim, quos elegerit, episcopus est conueniendus.iij. quæst.viij.in princ. cum cap.sequente.c.vlt.v.q.iiij.cap. duodecim.

VIII. Regula: Non nisi in legitima synodo episcopus est conueniendus.d.q.iiij.in prin.cum ca.sequen.xj.q.j.c.si clericus.

cus.§.etsi clericus. Huius regulæ exceptio est: Nisi à Papa damnetur.d.q.iiij.c.duodecim.§.quod verò.& §.saluo.

IX. Regula: apud ciuilem aut militarem iudicem episcopus non est conueniendus.xj.q.j.c.nullus episcopus. Concordant ea quæ habentur s̄.cap.vj.regu.10. Hisce quodammodo contradicere videtur dicta quæstio.j.cap.peruenit.§.si quis verò.

X. Regula: Episcopus inconsulto Papa non est damnandus.iij.quæst.vj.cap.discutere.cap.accusatus vel iudicatus, in fine.cap.quamuis.c.multum.c.dudum, cum sequentibus.vsque ad c.peregrina.q.viij.c.j.§.iudices.versic.finis verò.ix.q.iij.cap.vlt.versi.etsi inter eos.

XI. Regula: De pœna eius qui episcopum suum iniustè accusauerit, cauetur iij.q.iiij.cap.hi qui.

XII. Regula: De pœna eius qui episcoporum persequitur, vel vim ei intulerit, cauetur iij.q.v.c.accusatorib.§.secretas.versi.& hi qui.xvij.q.iiij.c.si quis deinceps. xxiiij.q.iij.ca.quisquis per dolum. Concordant ea quæ proposita sunt s̄.lib.j.cap.vij.de personis eorum in quos, &c.

XIII. Regula: De præmio detegentis insidias episcopo factas cauetur d.§.secretas.

De pœna eius qui res episcopi inuadit. XIIII. Regula: Eadem pœna punitur qui res episcopi inuadit, qua punitur is qui res ecclesiæ inuadit.xvj.quæst.j.cap.similiter.

XV. Regula: Ex rebus ecclesiæ episcopus, si indiget, sibi suisque necessaria sumere potest.xij.q.j.c.ex his autem.cap.episcopus.§.participet autem.Apost.canon.xl.

XVI. Regula: Res episcopi ab ecclesiæ rebus debent esse separatæ.d.quæstio.j.cap. manifesta.cap.sint manifestæ. Apostol.canon.xxxix.

XVII. Regula: Res in episcopatu adquisitas alienare non potest.xij.q.ij.c.res.cap.episcopus. Plura de regula proposita vide s̄.cap.vj.reg.v.except.j.

XVIII. Regula: De hæreditate episcopi defuncti non explicanda, & de expilatorum pœna cauetur xij.quæstio ij. cap.hæc huius.cap. non liceat.cap. de laicis. cap.illud quod. quæst.v.cap.sicubi, in fine.

XIX. Regula: De inuentario rerum episcopi defuncti conscribendo cauetur d.cap.sicubi.

XX. Regula, De domo episcopi. Ne ad eam confugiens vi auferatur, cauetur xvij.q.iiij.c. id constituimus. versic.vel

domo

domo episcopi. Hæc de potestate, rebus ac priuilegiis episcoporum sint dicta: de quibus vide item M.I.C. libr.iij.cap. iiij. in fine.

DE IVRISDICTIONE *prælatorum.* Cap. IX.

PLANE ad ius & potestatem episcopalē pertinet etiam Iurisdictio ecclesiastica: de qua in hoc capite peculiariter tractabitur, primùm quidem de ea adquirenda, hinc de ea defendenda, postremò de ea admittenda.

DE ADQVIRENDA IVrisdictiōne ecclesiastica.

EX QVIBVS CAVSIS adquiritur.

I. Regula: Adquiritur electione: de qua j.cap.proximo agetur. Adquiritur item, si propriis episcopis negligentibus possessor ecclesias ab hæresi liberauerit. xvj. quæstio.iij.cap. placuit.

II. Regula: Adquiritur item præscriptione triginta annorum. xvj. quæst.iij.c.j.cap.præsulum.§.fin.c. sicut. cap.quicunque.c.inter memoratos.§.quod si limes.c.dilectio. versi. alioquin si nihil.c.placuit.cap.post quingentos.item xiij.q.ij. cap.j. Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi in alia prouincia ecclesiam possideat extra prouinciam suæ diœcesis. d.cap.quicunque.versi.sed hoc intra vnam. & xvj.quæst.v.in prin. Altera exceptio est: Nisi diœceses certis limitibus sint distinctæ: tunc enim vnus alterius diœcesis ecclesiam præscribere non potest. xvj.quæst.iij.c licet, cum duob.cc.sequētibus.item c.super eo.iiij.de parochiis. Tertia exceptio est: Nisi ecclesia vi vel sine titulo sit occupata. d.q.iij.c. dilectio. §.potest etiam aliter. Quarta exceptio est: Nisi hostilitatis metus interuenit.d.q.iij.cap prima.c.porrò.ca. si sacerdotes, in fine. Quinta exceptio est: Nisi pro beneficio, vel precarij nomine ecclesia fuerit possessa.d.c.si sacerdotes, in fine.vers. quæ in beneficiis possidentur. & d.q.iij.ca.clerici.cap.si episcopus. Sexta exceptio est: Nisi cum possessio ex iniusta sententia processisset, iudex qui sententiam tulit, nondum fuerit mortuus, vel ab ipsius morte nondum triginta anni excesserint.d.q.iij.c.post quingentos.§.item si de rebus, cū c. sequente,

sequente. Septima exceptio est: Nisi res ab alio quàm qui eam præscripsit, petatur: huic enim possessio alterius, à quo titulum non habet, ad præscriptionem non prodest. d. quæst. iij. cap. placuit vt. §. si verò ad alium. l. viij. §. si verò nullum. C. de præscriptione triginta annorum. Plures propositæ regulæ exceptiones vide s. cap. j. reg. xix. Hæc de causis adquirendæ iurisdictionis ecclesiasticæ sint dicta: quarum tamen plures vide s. cap. vij. reg. j. cum duabus sequentibus.

QVARVM PERSONARVM, RERVM & causarum iurisdictio adquisita censeatur, seu competat?

III. Regula: Vnius episcopi subditi, alterius episcopi iurisdictioni non sunt subiecti, per ea quæ proposita sunt s. c. prox. q. viij. reg. 43. Cuius exceptio prima est: Nisi per præscriptionem sibi iurisdictionem subditorũ alterius episcopi adquisierit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. reg. prox. & d. reg. 43. except. j. Altera exceptio videtur: Nisi episcopus in alterius diœcesi ecclesiam sibi ædificauerit: hoc enim casu eius ecclesiæ subditi, quamuis in aliena diœcesi viuentes, eius iurisdictioni videntur esse subiecti. Sed hæc exceptio reprobatur xvj. q. ij. in fine, cum q. v. sequente. item q. iij. cap. sicut. Tertia exceptio videtur in subditis episcopi suffraganei. hi enim archiepiscopi iurisdictioni cum suo episcopo videntur esse subiecti. ix. q. iij. in prin. cum c. sequente. Sed hisce non obstantibus, exceptio proposita reprobatur c. pastoralis. xj. in prin. de officio ordinarij. item cap. j. eod. tit. in vj. ca. j. de foro competenti, in vj. ca. Romana. iij. §. cùm verò is. de appellationib. in vj. d. q. iij. ca. conquestus. Concordant item ea quę habentur j. cap. xj. de archiepiscopo, reg. vij. Planè admittitur exceptio proposita primum quidem, si aliud consuetudine fuerit receptum. d. c. j. vers. nisi aliud in his tribus. de foro competenti, in vj. & d. c. j. vers. nisi aliud Remensis. de officio ordinarij, in vj. Deinde admittitur, si subditi aduersus suffraganeum sint contumaces: hoc enim casu eos ad querelam suffraganei archiepiscopus coercere potest. ca. irrefragabili. xiij. §. cęterum. de officio ordinarij. Tertiò admittitur exceptio proposita ex mandato Pontificis. Sed hęc distinctio recipit replicationem hanc: Nisi mandatum sit generale de subditis suę diœcesis, nõ speciale de subditis sui suffraganei.

cap.

cap.graue.xix. eod.tit. Quartò admittitur exceptio proposita, si archiepiscopus à subditis sui suffraganei impediatur in iurisdictione sua exercenda per diœcesim: tunc enim eos punire potest.cap.j.de pœnis,in vj. Cuius replicatio est: Nisi quæstores fabricę ipsius archiepiscopi à subditis suffraganei impediantur.c.j.de pœnitent.in vj. Quintò admittitur exceptio proposita, si manifesta & notoria offensa archiepiscopo vel suis, dum iurisdictionem suam exercet, à subditis suffraganei sui sit illata.d.c. j.vers. sibi etiã & metropolitanis aliis. de pœnis,in vj. Sextò admitti videtur exceptio proposita, si suffraganeus sit excommunicatus. Sed hæc distinctio reprobatur cap.j.de supplenda neglig.prælator. in vj. Septimò admittitur exceptio proposita, si per appellationem causa ad archiepiscopum fuerit deuoluta. c. j.in prin.vers.nec pro eo. de officio ordinarij,in vj.c. Romano.iij.§. debet autẽ.de appellationib.in vj.ix.q.iij.c.cõquestus. vers.nisi fortè pro causis. Plures distinctiones, quibus exceptio proposita admittitur, vide ȷ̃.cap.xj.de archiepiscopis,reg.vij.except.j. cum sequentibus.item in glossa cap. pastoralis.xj in princ.in verbo Exceptis de officio ordinarij. Hæc de tertia regula eiúsque exceptionibus sint dicta.

IIII. Regula: Iurisdictioni episcopi regulariter omnes ecclesiæ atque personæ eius diœcesis sunt subiectæ.c.de xenodochiis.iij.c.cum venerabilis.vij.& c.cum dilectus.viij.de religiosis domibus c.cum olim.xix.de censibus.xvj.q.j.c.qui vere xviij.q.ij.c.monasteria.c.cognouimus. Concordãt item ea quæ habentur s̃.c.prox.q.x.reg.j. Huius regulæ exceptio prima est in ecclesiis & personis specialiter exemptis seu priuilegiatis,d.c.cum venerabilis.vij.vers.illis tantùm exceptis. & d.c.cum dilectus.viij.§.fin.& c.constitutus.vj.eod.tit. xviij.q.ij.c. luminoso. & ibi glossa. Huius exceptionis replicatio videtur: Nisi episcopus in remittenda iurisdictione censum annuum sibi retinuerit: hoc enim Simoniacum esse, & ob id nihil actum esse videtur. Sed hæc replicatio reprobatur d.c.constitutus.vj. Altera exceptio est: Nisi libertas sit præscripta. d.c.cum dilectus. viij. vers. nec legitima se poterit præscriptione tueri. & vers. vel legitima præscriptione. c. cum olim.xiiij.§.quia verò.de priuilegiis.cap.cum personæ. vij.§.quod si tales.vers.& si tale.eod.tit.in vj. Huius replicatio est: Nisi quędam tantùm doceantur pręscripta: hoc enim casu in aliis, quæ præscripta non docentur, exceptioni pro-

positæ locus non est, exemplo c. dilectus. ij. de capellis monachor. Tertiã exceptio est in temporalibus monasteriorũ: hæc enim ratione loci iurisdictione episcopi non censentur esse subiecta. cap. cum venerabilis. vij. in fine. de religiosis domibus.c.j.de statu monachor.xvj.q.j.cap.cum pro,in fine. xviij.q.ij.ca.j.ca.non semel.§.pro talibus. Quarta propositæ regulæ exceptio est in ecclesiis summo Pontifici speciali priuilegio immediatè subiectis. Quæ exceptio approbatur simul & declaratur ca.si Papa.x. de priuilegiis,in vj.c.recipimus.viij.§.inspicienda.de priuilegiis. Huius exemplũ habetur c.cum olim.xij.§.nos verò.vers.quod videlicet.item cap. cum olim.xiiij.§.quia verò.eod.tit.Quinta exceptio videtur in ecclesiis cẽsum Romano Pontifici persoluentibus.Sed reprobatnr c.recepimus.viij.de priuilegiis.c.si Papa.x.§.si verò dicatur.eod.tit.in vj. Sexta exceptio videtur in receptis sub protectione vel in filios Papæ.Sed reprobatur cap.ex parte. xviij.de priuilegiis.& d.c.si Papa.x.vers.nõ sic si in proprios. item c.j.in prin.de verb.signifi. in vj. Septima exceptio videtur in hominibus censualibus exemptorum. Sed reprobatur cap. authoritate. iiij. §. fin. de priuilegiis. Octaua exceptio est in laicis. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio prima est: Nisi laici in ecclesiam vel eius personas delinquant.c. sicut.ij.de priuilegiis.c. olim.vij. de iniuriis. Altera replicatio est: Nisi causa laicorum ad ecclesiasticum forum pertineat.c.super.xxvj.§. fin. de verb. signific. Concordant ea quæ proposita sunt s. c.prox. quæst. x. reg. iiij. Sanè causæ ad ecclesiasticum forum pertinentes ex parte enumerantur cap. accedentib.xij. de excess. prælator. Plures propositæ regulæ exceptiones vide j. reg. vij. cum sequentibus.

REPLICATIONES PRÆCEDENTIVM exceptionum generales.

Per exceptiones hactenus propositas patet, qui à iurisdictione episcopi diœcesani exempti sint: quarum tamen exceptionum replicationes nonnullæ supersunt generales. harum prima est: Nisi exempti ad ecclesias vel prioratus ordinariis subiectos fuerint deputati: hoc enim casu priuilegio exemptionis non fruuntur. c.cum capella.xvj.de priuilegiis. c. j. §. in eos.eod. tit. in vj. Altera replicatio est: Nisi non in totum ad exempta loca se transtulerit.c.cum & plantare. iij.

§.de

§. de confratribus.c.tuarum.xj. §. fin.& c.quidam.xxxij.de priuilegiis. Tertia replicatio est: Nisi clerici si in monasteriis exemptis.xviij.q.ij.c. quidam,& c.per exemptionem.ix. de priuileg.in vj. Quarta replicatio est in procuranda clausura exemptorum monasteriorum,c. vnico.§.fin.de statu regular.in vj.Quinta replicatio est: Nisi causam exemptionis non probauerint.cap. cum personæ. vij. de priuilegiis,in vj. Sexta replicatio est in monachis & clericis in ecclesiis suis non permanentibus.cap.quoniam. xxj.de priuilegiis.Septima replicatio est: Nisi cum exẽptæ essent monasterio vtroque iure subiectæ, aliqua ecclesia in temporibus vel spiritualibus ei non sit subiecta:hæc enim exempta non censetur d. cap. xxj. & ibi glossa. Octaua replicatio sumitur ex forma exemptionis.c. per exemptionem.ix.de priuileg.in vj. Nona replicatio est in cellis alicuius monasterij exemptis: qui hoc casu censeantur exempti vel non exempti,definitur c. priuilegium. iiij.de verb.signific.in vj. Decimæ replicationis loco notandum, quòd in locis exemptis episcopi nihilominus faciant crucem ante se deferri: item ipsi ibi benedicant, diuina audiant & celebrent.Clement.vltim.de priuilegiis.

V. Regula: De iure dispensandi: quatenus hoc episcopo competat,vide s̃.lib.j.cap.vij.quæst.ij.reg.ij.except.iij.

II. DE DEFENDENDA IVrisdictione ecclesiastica.

V. Regula: Si quis impedierit iurisdictionem ecclesiasticam, excommunicatur.cap. quoniam. iiij.de immunitat. eccles. in vj.

VI. Regula: Si quis non præstiterit debitam obedientiam deponitur,per ea quæ habentur s̃.cap.v.reg.xl.

III. DE AMITTENDA IVrisdictione ecclesiastica.

EX QVIBVS CAVSIS amittatur.

VII. Regula: Si ecclesia sita in alicuius archidiaconatu erigatur in cathedralem: à iurisdictione archidiaconi eximitur.c.cum inferior.xvj.de maiorit.& obed.

VIII. Regula: Si vnio fiat ecclesiarum, iurisdictio vnitæ ecclesiæ amittitur, & transit ad eum, cuius ecclesiæ est

vnita.xvj.q.j.cap.præcipimus.§. ficut duo.verf.quod cum factum. Huius exceptio eft: Nifi fpecialiter iurifdictio fit referuata in vnione: tunc enim non tranfit, exemplo cap.quia monafterium.ij.de religiofis domib.cap. venerabili.xxij. de verb. fignific.

IX. Regula: Si diuifio ecclefiarum fit facta, per eam iurifdictio non amittitur. extrauag. Ioann. xxij. ad apoftolatus.ij.de conceff.præbendæ.

X. Regula: Si parochianus domicilium transfert: prior epifcopus in eum nihil iuris retinet, nifi quoad res foli, quas fub eo retinet.cap.vlt.de parochiis.xiij.quæft.j.item q. ij. ca. vbicunque.§.item fi quis.

XI. Regula: Si fubditus pro fuis negociis Romam proficifcatur, interim in eum fufpenditur iurifdictio ordinarij, donec domum fuerit reuerfus. extrauag. comm. diuina. iij. de priuilegiis. Concordant ea quæ habentur s̃. lib. proxim. cap. xix.except.vj replic.j.duplic. vj. & except.xxvij. Hæc de iurifdictione prælatorum: de qua tamen vide plura in generali tractatu iurifdictionis s̃.lib.j.cap.v.

DE ELECTIONE PRAElatorum. Cap. X.

SVPEREST vt de electione epifcoporum, aliorúmque prælatorum dicamus. de qua fecundum ordinem inftitutum inprimis quidem fuiffet dicendum: verùm quia peculiare caput hic tractatus requirit, voluimus eum ad hoc caput referuare. Primùm autem dicemus, qui & quales eligendi? Deinde, à quibus? Tertio, per quos? Quartò, quando? Quintò, vbi? Sextò antecedentia electionis enumerauimus. Septimò modum & adiuncta exponemus. Octauò euentus & confequentia. Poftremò adfinia electionis remedia.

I. QVI ET QVALES ELIGENDI.

I. Regula: Vt iura loquentia de qualitate perfonarum in eligendo præcipuè obferuentur, cauetur Clement. j. de ætate & qualitate præficiendor. diftinct.lxj.c.in facerdotibus cap.obitum, in princ.

De requifitis eligendorum.

II. Regula: Vt eligendus cæteris fit præftantior, doctior, fanctior, & omni virtute eminentior, cauetur j. q. j. cap. hi quofcunque, in fine.c.viliffimus.viij.q.j.c.oportet.c.qui nos,

cum

cum.c.sequente.& cap.vlt.xxiij.q.iiij.cap.sicut.§.concilium.

III. Regula: De eo qui ecclesiasticis disciplinis imbutus non est, nec scientiam dignitati ecclesiasticæ conuenientem habet, non eligendo cauetur distinct.xxxvj.in prin.cum c.sequente.& c.qui ecclesiasticis.item De electione cap. cum in cunctis.vij.in prin.vers & literarum scientia. c.qualiter.xvij. vers. præcipuè quia nec donum.c. cum nobis.xix. vers. illius quoque literaturæ. Concordant item ea quæ habentur s. c. iiij.quæst.ij.reg x.& reg.xxvj.Sanè quæ episcopum ordinandum imprimis scire oporteat. definitur distinct.xxxviij. cap. omnes. Scientia sanè artis grammaticæ exacta non requiritur in episcopo.d.distinct. xxxviij.cap.sedulò.

IIII. Regula: De simplici & imperio sæcularium negociorum non eligendo cauetur distinct.xxxix.in prin. cum cap.sequente.

V. Regula: De eo qui domui suæ præesse nescit, nō eligēdo cauetur dist.xlvij.ca.sicut.§.necesse est,cum sequentibus.

VI. Regula: De eo qui malis moribus præditus est, non eligendo cauetur cap.cum in cunctis.vij.in prin. vers. grauitas morum..& §.inferiora.vers.& moribus commendandus. de electione.ca.indecorem.iij.vers.& morum.item cap.eam te decet.iiij. vers. moribus. de ætate & qualitate præficiendor. Clement.j.in prin.vers.moribus. eod.tit. distinct.xlix.in prin.cum sequentibus.

VII. Regula: De eo qui malè sibi conscius est, non eligendo cauetur c.ad aures. vij. de ætate & qualitate præsbyt.

VIII. Regula: De auaro & non hospitali non eligendo cauetur distinct.lxxxv.in prin.cum c.sequente.

IX. Regula: De eo qui malorum laudibus delectatur, non eligendo cauetur distinct.lxxxiij.cap.nihil illo.

X. Regula: De schismatico non eligendo cauetur xxiiij. q.j.c.pudenda. Huius regulæ exceptio videtur: Nisi sit conuersus. Sed reprobatur, nisi per dispensationem, cap.quia diligentia.v.de electione.

XI. Regula: De Simoniaco non eligendo cauetur c.super eod.xij.in fin.& cap.si alicuius.lix.de electione.

XII. Regula: De excommunicato non eligendo cauetur ca. vlt.vers.si tamen scienter.de clerico excommunicato.

XIII. Regula: De suspensis non eligendis cauetur cap. per inquisitionem.xxvj.& ibi glossa.de electione.

XIIII. Regula: De eo qui sententiæ interdicti vel su-

pensionis non paruerit,non eligendo cauetur c.j.de postulat. prælator.c.is qui.xviij.§.is verò.& c.is qui.xx.in prin.de sententia excom.in vj.

XV. Regula, De eo qui in ecclesia polluta, vel præsente excommunicato diuina celebrauit. Hic eligi non prohibetur.d.c.is qui.xviij.in prin.

XVI. Regula: De eo qui antea frustra fuit electus, vel contra leges se eligi passus est, nō eligendo cauetur extraua. com.vnica.§.postulatos verò de postulando. ca.cum singula. xxxij.§.fin.in fine.de præbendis,in vj. Huius regulæ species est j.reg.prox. Eius autem exceptio est: Nisi prior electio non vitio personæ,sed modi electionis fuerit cassata.c.super eod.xij.de electione.

XVII. Regula: De eo qui antea à laico se eligi passus est,non eligendo,c.quisquis.43.eod.tit.

XVIII. Regula: De minoribus triginta annis non eligendis cauetur c.cum in cunctis.vij.in prin. & c. cum nobis. xix.vers.de legitima tamen.de electione.c.ex ratione.ij.c.indecorum.iij.& c. eam te.iiij. vers.& ætate. de ætate & qualitate præficiendor. dist.51.c.vlt.§.qui nondum. distin.lxxvij.c. episcopus. §. fin. cum c.sequente. extrauag. comm.vnica, de postulat.prælator.Concordant item ea quæ habentur s.c.iiij. q.ij.reg.xxxvj.in prin.item except.j.repl.v.Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum minore dispensetur. Quæ exceptio approbatur exemplo extrauag.com.nuper. viij.de præbendis.& c.ex ratione.ij.de ætate & qualitate præficiendor. Altera exceptio est:Nisi prior fiat in monasterio:in hoc enim sufficiunt anni viginti aut viginti quinque. Clement. j.§.cæterùm.de statu monachorum.Tertia exceptio est: Nisi talis sit dignitas.cui cura animarum non imminet, cap.vnico, de ætate & qualitate præficiendorum, in vj. Plures huiusmodi exceptiones vide d.reg.xxxvj.

XIX. Regula: De illegitimè nato non eligendo, ca.cum in cunctis.vij.in prin.vers.& de legitimo matrimonio.de electione.item cap.j.de filiis præsbyteror. Concordant item ea quæ habentur s.c.iiij.quæst.ij.reg.xxxj.

XX. Regula: De vxorato & qui filios habet non eligendo cauetur distin.xxviij.c.priusquam.& distin.lxj.c.Catinensis. Concordant ea quæ habentur s.d.q.ij.reg.xxiij.

XXI. Regula:De eo qui sine beneficio ex proprio patrimonio viuit.Hic eligi potest.c.tuis quæst.13.de præbendis.

XXXII. Regula:De habente plures dignitates vel plu-

ra beneficia curata non eligendo cauetur cap.dudum.54.de electione. Concordant ea quæ habentur s̄.c.vij. reg.viij.vbi propositæ regulæ exceptiones sunt annotatæ.

XXIII. Regula: De eo qui est alterius fidei vel ordinis non eligendo cauetur Clement.j.de electione. extraua.com. vnica, vers. nec non professorem. de postulat. prælatorum. Huius exceptio prima est: Nisi is qui est alterius ordinis, in episcopum eligatur.d.Clement.j.vers. per hoc autem quin religiosus.item cap.per tuas.x.§.fin.de voto.cap.si abbatem. xxxvj.in prin. de electione,in vj.Altera exceptio est:Nisi canonicus factus monachus ad canoniam fuerit reuersus: hic enim abbas fieri potest.c.intelleximus.12.de ætate præficien.

XXIIII. Regula: De eo qui est alterius ecclesiæ non eligendo,c.cum singula.xxxij.§.prohibemus. de præbendis, in vj.distin.lxj.c.nec emeritis.c.nullus.ca.obitum.§.commonemus etiam. Concordant item ea quæ habentur j̄.ca.prox. de abbate. reg. j. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi in ecclesia vacante idoneus reperiri nequeat.d.§.cōmonemus. vers.nisi fortè inter clericos. & d.ca.nullus. vers. tunc autem alter de altera.item cap.cum monasterium.xiij.de electione. xviij.q.ij.c.quàm sit.§.defuncto.c.abbas.Altera exceptio est: Nisi consuetudo loci extet in cōtrarium.c.cum dilectus.viij. de cōsuetudine. Planè propositæ regulæ contradicere videtur cap.cum inter.xxj. de electione. de qua antinomia glossa ibidem in verbo Aliam variat.

XXV. Regula: De religioso mendicante in episcopum non eligendo, Clement. in plerisque. v. de electione. Cuius exceptio videtur: Nisi ad non mendicantium ordinem transierit. Sed reprobatur Clement.j.de regularib.

XXVI. Regula: De eo qui non gradatim inferiores ordines per interstitia temporum impleuit,non eligendo,c.j.de ætate & qualitate præficiend. distin.xxxvj.ca.qui ecclesiasticis.distin.51.cap.vlt.vers.qui Neophyti.& vers.qui per gradus distin.lix.in princ.cum c.sequente.c.si officia.cap.hoc.ad nos c.vlt.dist.lxj.c.episcopum.distin.77.c.j.distin. xxviij.ca.de Syracusanæ.§.eligi autem.dist.48.in prin.cum sequentib.vsque ad distin.49. Apost. canon.79. Concordant item ea quæ habentur in regulis proximè sequentibus; item s̄. cap. iiij.q.ij. reg. 42. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi per dispensationem electio non gradatim fiat. Quæ exceptio approbatur exemplo cap. tuam. x. de ætate & qualitate præficiendor,

ciendor. xvi.q.j cap.in parochia. Plures exceptiones vide d. reg.41.item j.in regulis sequentibus.

XXVII. Regula: De eo qui in sacris ordinibus non est constitutus, in prælatum non eligendo, distin.lx.ca.innouamus,cum c.sequente.distin.lxj.c.Osius.§ sed aliud.vers.sed non eligitur. Declaratur regula proposita,definitione sacrorum ordinum d. dist.lx.c.vlt.§.sacros autem. vbi à sacris ordinibus excluditur subdiaconus: quod tamen mutatur cap. à multis. ix. de ætate & qualitate præficiendorum. Huius regulæ exceptio est:Nisi ad rectoratum parochialis ecclesiæ quis sit ordinandus:huic enim non obstat,quamuis in sacris ordinibus constitutus non sit.c.vlt.de institutionibus.in vj.

XXVIII. Regula: De laico in prælatum non eligendo cauetur dist.61. in prin. cum c. sequente. c. non negamus c. miserum.c.quid proderit.c. statuimus.dist.51.c.vlt. vers. qui Neophyti. Contradicunt ea quæ tradit Gratianus d.c. statuimus.§.his omnibus Apostol. canon.59. Planè huius regulæ exceptio prima est: Nisi causa propter quam laici eligi prohibentur, cesset: tunc enim prohibitio quoque cessabit. d. c. statuimus.§.sed sciendum,cum c.sequēte. Altera exceptio est: Nisi laicus in episcopum sit postulatus. d. distin. 61. c. Osius. Tertia exceptio est in dispensatione Papæ. Quæ approbatur exemplo.j.q vij.c.exigunt, cum c.sequente.

XXIX. Regula: De non professo non eligendo, cap. cum causam. xxvij.c.cum ad nostram. xxxvij. c. cum in magistrum.49.de electione.c.nullus. xxviij. eod. tit. in vj. Clement. j. §.cæterùm. vers. sanè prioratus.de statu monachorum. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non professus in episcopum, non abbatem vel priorem eligatur. d.c. nullus.vers.ad dignitatem verò episcopalem. Altera exeptio est: Nisi ex causa postuletur non professus.c. cum monasterium. xiij. de electione.

XXX. Regula:De non instructo in regula monachali in abbatē non eligendo cauetur c. officij.38. d.tit.de electione.

XXXI. Regula De accusato seu denunciato non eligendo cauetur c.omnipotens.iiij.de accusationibus.

XXXII. Regula: De reprehensibili & qui crimine non caret non eligendo cauetur distinct. xxv. c. vnum. §. nunc autem.vers.ac primum.c.vlt. distinct.61.c.bene nouit.distin. 8j.in prin. cum sequētib. vsque ad c. Maximianus.item dist. lxxxiij.c.nemo.viij.q.j.c.oportet.versic. irreprehensibilis.

XXXIII. Regula: De eo qui crimini alterius consensit, vel cum posset non vindicauit, non eligendo, distinct.83, in prin. vsque ad c. vlt. Concordant ea quæ habentur s. lib.j.ca. vj.quæst.v.except.iiij.

XXXIIII. Regula: De eo qui affectat eligi non eligendo, sed reluctante. cauetur viij.q.j.cap. in scripturis.cap. sciendum. c.qui episcopatum.c.sunt in ecclesia.l.xxix.§.tantum ab ambitu.C.de episcopis & clericis.

XXXV. Regula: De duobus non eligendis, vij.q.j.c.in apibus.distin.80.cap.in illis.§.in singulis. Concordant ea quæ habentur s.cap.vij.reg.xv. Hactenus, qui & quales eligendi sint, est ostensum. Plures huiusmodi regulas vide s.cap.iiij.q. ij.vbi de clericis ordinandis actum est. Qui enim clerici ordinari non possunt, multò minus in prælatos possunt eligi.c. cum in cunctis.vij.in prin.de electione.

II. A QVIBVS ELIGENDI, SEV quibus eligendi ius competat?

Huius loci transitio est distinct.lxij.in prin.

I. Regula: Clericorum & monachorum est electio.d.dist. lxij.in prin.vers.electio clericorum.cap.j.de electione.distin. 51.c.vlt.§.sed nec ille.d.distin.lxij.ca.j.distin.lxiij.c.sacrorum. §.cum ergo. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi alterius ecclesiæ clericus vel monachus sit, quàm cui prælatus est eligendus.c.constitutis.47.de electione. Huius replicatio prima est: Nisi clerici & monachi sint aliarum ecclesiarum, quæ tamen in eadem sunt ciuitate, cui prælatus est eligendus.d.§.cum ergo, cum c.sequente. Sed contradicere videtur c.cum ecclesia.iij. §.verùm quoniam. vers. & secundum statuta. de causa possessionis & proprietatis. Altera replicatio est: Nisi archiepiscopus sit eligendus: hoc enim casu ius eligendi ad suffraganeos quoque episcopos videtur pertinere.cap.si archiepiscopus.vj.de tempor.ordinat. Sed glossa hoc capitulum interpretatur de consecratione, non electione: de qua re dicetur j. q.viij.reg. xxxiiij Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi absentes adesse nolint, vel moram in veniendo faciant: hi enim expectandi non sunt.cap.cum inter. xviij.cum nobis. xix.§.item cum post appellat. c. quod sicut.xxviij.§.si autem.de electione. Huius replicatio prima est: Nisi absentes vocati non sint. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d.§.si autem. vers. quòd si eos vocatos. Concordant ea quæ habentur j.q.vj.reg.j. Altera repli-

catio videtur: Nisi absentes per nunciū vel per epistolā vota sua transmittant. Sed reprobatur. c. quia propter. lxij. §. illud autem. de electione. cap. si. quis iusto. xlvj. §. fin. eod. tit. in vj. Planè admittitur replicatio proposita, si per eum qui est de eodem collegio, votum suum dederit. Quæ distinctio approbatur sub conditione d. §. illud autem. vers. nisi sit absens. Cuius duplicatio prima est: Nisi sit absens eo loco. quo non debuit vocari, vel nullo iusto impedimento detentus venire noluit. d. vers. nisi sit absens. Altera duplicatio videtur: Nisi non vnum, sed plures de eodem collegio procuratores dederit. Sed reprobatur certis conditionibus. d. c. si quis iusto. xlvj. in prin. Tertia duplicatio est: Nisi procurator absentis de eodem collegio datus, alium suo alium absentis nomine elegerit. Quæ duplicatio approbatur sub conditione d. cap. si quis iusto. xlvj. §. porro. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est nisi clericus sit impubes. c. ex eo. xxxij. de electione, in vj. Quarta exceptio est: Nisi monachus non sit professus, vel sit conuersus laicus. d. cap. xxxij. §. fin. Quinta exceptio est: Nisi in sacris non sint constituti. Clement. vt ij. qui. ij. de ætate & qualitate præficiend. Sexta est: Nisi à mendicantium ordine ad non mendicantiū ordinem transierint. Clement. j. de regularibus. Septima exceptio est: Nisi sint excommunicati vel suspensi. c. cum inter. xvj. §. fin. de electione. Concordant ea quæ habentur s. capite iiij. quæst. iij. excep. gener. j. Huius replicatio est: Nisi minori excommunicatione fuerint excommunicati. c. illa quotidiana. xxxix. eod. tit. ca. vlt, in prin. vers. nec eligere de clerico excommun. Octaua exceptio est: Nisi in loco interdicto diuina celebrauerint. c. is. qui. xviij. §. fin. in fine. de sentent. excom. in vj. Nona exceptio est: Nisi antea non canonicè elegerint. vel indignum elegerint. c. cum in cunctis. vij. §. clerici sanè. c. innotuit. xx. §. habito ergo. ver. parentes non modicum. cap. bonæ memoriæ. xxiij. in prin. vers. vnde nec ab eis. & §. nos igitur. vers. quinetiam. c. scriptum. xl. §. fin. c. ne pro xlj. vers. intra quos. c. quia propter. xlij. §. qui verò contra. cap. quisquis. xliij. §. fi. in fine. c. Cumana. 50. §. fin. in fine. de electione. item extrauag. com. vnica. §. & qui scienter. de postulat. prælator. distin. xxxvj. c. qui ecclesiasticis, in prin. vers. verumetiam ordinatores. distinct. 81. cap. tantis. vers. facilius enim. j. quæst. j. cap. si qui episcopi. xxv. quæst. ij. cap. denunciamus. cap. si qui episcopi. Concordant item ea quæ habentur s.

cap. iiij.

cap.iiij.quæst.iij.except.gener.v. & quæst.vltim.reg.v. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi electio non fuerit secuta: hoc enim casu ex solo suffragio ius eligendi non amisit.cap.perpetuò.vij.de electione, in vj. Altera replicatio est: Nisi per ignorantiam indignum elegerit. Quæ replicatio constat ex præcedentibus: eiúsque exemplum habetur cap.innotuit.xx.de electione. Tertiæ replicationis loco notandum, quòd eligẽtes indignum, prima tantùm postea occurrente, non omni electione priuentur.cap.cum Vinton.xxv.& cap.ne pro.xlj.§.statuimus.versi.ea vice.eod.titu. Decima exceptio est: Nisi postulationem ratione personæ cassatam renouarunt.ca.gratum.ij.de postulat. prælatorum. Vndecima exceptio est: Nisi hæretici sint.ix.quęst.j.c.vltim. Concordant ea quæ habentur s̄.cap.iiij. quęst.iij.except.gener.iiij.Sed & de hac exceptione vide j̄.quęst.viij.reg.xxxij. except.prima. Hæc de prima regula eiúsque exceptionibus sint dicta.

II. Regula: Si ij quorum est electio, eo iure ex causis iam enumeratis omnes fuerint priuati: ad proximum superiorem ius eligendi deuoluitur.ca.quanquam.xviij. de electione, in vj.cap.cum singula.xxxij.§.qui verò.de præbendis, in vj. Concordant item ea quæ habentur s̄.cap.vij.reg.xxvij.& cap.viij.quæst.ix.regu.ij. Huius regulę exceptio prima est: Nisi in cathedrali ecclesia aliter quàm propter negligẽtiam, eligendi iure fuerint priuati: hoc enim casu ad Papam ius eligendi deuoluitur.d. cap. quanquam. Altera exceptio est: Nisi cum ij quibus ius eligendi competit, in aliquem compromisissent, is ius eligendi amiserit: hoc enim casu ad compromittentes ius eligendi reuertitur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur cap. si compromissarius. xxxvij. in prin.de electione, in vj.

III. Regula, De eo in quem compromiserunt ij, quibus est ius eligendi. Ab hoc electio facta rata est habenda.cap. causam.viij.& cap. cum dilectus. xxxij. de electione. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi contra formam compromissi electio ab eo sit facta.d.cap.xxxij.,versi.si verò per eorum depositiones. Altera exceptio est: Nisi à maiore parte electione iam facta compromissum sit. cap.cum inter.xxj.d. tit. Tertia exceptio est: Nisi compromissum fuerit reuocatum. Cuius replicatio est: Nisi re non integra compromissum fuerit reuocatum.cap.in causis.xxx.eod.tit. Quarta exceptio

ceptio videtur: Nisi cum in septem compromissum esset, tres vnum ex se, alij tres alium elegerint. Sed reprobatur ca. cum in iure.xxxiij. eod.tit. Quinta exceptio videtur: Nisi cùm diuisis suffragiis duo electi essent, posteáque compromissum factum de vno ex istis duobus eligendo, vnus ex iis pendente compromisso decesserit. Sed reprobatur cap. ex parte.10.de arbitris.

IIII. Regula, De decessore. Hic non habet ius eligendi sibi successorem.viij.quæst.j.cap.episcopo,cum cap. sequente.c.plerique.c.Moyses.dist.51.cap.vlt.versic. qui à decessoribus. Ratio propositæ regulæ habetur d.quæst.j. cap. apostolica.§.illud.versi.verùm.& cap. si ergo.§. nulla hic. Concordant item ea quę habentur.s.cap.vij.reg.j. de successione ex testamento. Contradicit d.q.j.in prin.cum sequentibus, vsq; ad d.c.episcopo. Cui obiectioni respondet Gratianus d.cap. apostolica.§.his omnibus. Ex qua solutione colligitur prima propositæ regulæ exceptio hæc: Nisi deliberatione cum iis, ad quos ius eligendi pertinet, habita, decessor sibi successorem constituerit. Cui concordat d.quæst.j. cap. episcopo.§. seruetur autem.& cap.episcopo.§.non ergo. Altera exceptio est Nisi: Papa cum decessore dispensauerit. vij. quæst.j.cap. petiisti.

V. Regula, De laicis. His ius eligendi prælati non competit.cap. quisquis.xliij & cap.Massana.lvj. de electione.cap. dudum.xxxj.§.cæterùm ex parte.versi.cum sacrilegij.de decimis.j.quæst.vij.cap.si quis omnem.§. fina. xvj. quæst.vij.in prin.distin.lxiij.in princ.cum cc. sequentibus, vsque ad cap. non licet. Concordant item ea quæ habentur s.cap. vij. reg. xvij.item cap.iiij. quæst.iij.reg.10. Contradicit distinct. lxiij. cap.quia igitur, cum sequentibus, vsque ad cap.cum longè. §.sed quod populus. vbi Gratianus obiectioni respōdet vsq; ad cap. quia sancta. Planè propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi per pactum ecclesiastici in laicum ius eligendi transtulerint. Sed reprobatur c.sacrosancta.51. de electione.

VI. Regula, De populo. Huic ius eligendi non competit, ratione regulæ præcedentis. Cui concordat distinct.lxiij.c. non licet.& distinct.lxij.c. docendus. item De electione cap. Osius.ij. Contradicere videtur distinct.51.cap.vlt.§. sed nec ille.& distin.lxiij cap.sacrorum,in prin.

VII. Regula: Prælatus à paucioribus quàm tribus episcopis eligi non debet. distinct.lxvj.cap.vlt.distinct.lxviij.cap. corespiscopi.

corepiſcopi.diſtin.lxxx.cap.epiſcopi.§. epiſcopus verò. Huius exceptio eſt: Niſi præſbyter aut corepiſcopus, aut alius ſacerdos ſit eligendus. hic enim vel ab vnó epiſcopo ordinari poteſt.diſtinct.lxvij.cap.j.Concordant ea quæ habentur s.cap.iiij.q.iij.reg.ij. Planè propoſita regula magis videtur pertinere ad conſecrationem, quàm electionem: de qua re j.quæſt.viij in conſecratione dicetur.

VIII. Regula: In eccleſia cathedrali clerico carenti & populo nulli ius eligendi competit ſine ſpeciali authoritate Papæ. Clement.in pleriſque.v. de electione. extrauag. com.ſancta.iij.eod.tit.

IX. Regula: De eo qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris eligendi, cauetur cap.quærelam.xxiiij.de electione. Cantradicere videtur c.Cumana.50.verſi.nam etſi capellani. eod.titu. Hactenus quibus eligendi ius competat, eſt oſtenſum.

III. PER QVOS ELECTIO fieri poſſit?

Per procuratorem electionis negocium expediri non poteſt. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt s.quæſt. proxim. reg.j.except.ij.repl.ij.

IIII. QVANDO ELECTIO facienda?

I. Regula: Non niſi epiſcopo defuncto, & ita eccleſia vacante, epiſcopus alius eligendus eſt.vij.quæſt.j.in princ.cap. factus. cap. Nouatianus. cap. ſcire. cap. denique. cap. non furem. cap.ſicut vir.§.& ſicut vxori. cap.petiſti.§. de eo autem.cap.quia frater.§.illud verò.cap. ſicut alterius, in princ. Concordant item ea quæ propoſita ſunt s.cap.vij.reg.xxviij. in prin. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi ob culpam prior epiſcopus fuerit remotus.vij. quæſt.j.in prin.verſic.niſi fortè in eius locum. Altera exceptio eſt: Niſi prior epiſcopus renunciauerit. Quæ exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: verùm eius replicatio eſt: Niſi renunciatio ſit inutilis. Quæ replicatio approbatur exemplo.cap.vltim.de renunciatione. Species inutilis renũciationis & plures propoſitæ exceptionis replicationes vide s.cap.vij.reg.102.& cap.viij.quæſt.viij. reg.xlii.except.iiij.repl.j.cum ſequentibus. Tertia exceptio videtur: Niſi prior epiſcopus valetudinarius ſit. Sed reprobatur per ea quæ propoſita ſunt s.cap.vij.reg. lxxv. Admittitur

titur tamen, si valetudinarius alium sibi substitui petat.vij.q.j.cap.sicut vir.§. ecce his authoritatibus, cum sequentibus, vsque ad cap.illud diuini.item d.quæst.j.c.nihil,§.ecce. Huius distinctionis replicatio est: Nisi ob senectutem alium sibi substitui petat.d.q.j.c.periisti. Quarta exceptio est: Nisi prior episcopus communi cõsensu ad aliam ecclesiã transierit.vij.q.j.cap.mutationes.c. episcopus de loco. Quinta exceptio est:Nisi cum quis propria authoritate ad aliam ecclesiam transijsset, interim alius in locum eius substituatur.d. quæst.j. cap. eos sacerdotes. Sexta exceptio est: Nisi prior episcopus monachus sit factus.d.quæst.j. cap. temporis.§. item cum aliquis, cum cap.sequente. Hæc de prima regula.

II. Regula: Non nisi sepulto prius decessore de electione tractandum est.cap.bonæ memoriæ.xxxvj. de electione.

III. Regula: Non nisi post diem tertium depositionis alterius de successore tractandum.distinct.xix.c. nullus.

IIII. Regula: Sede vacante intra tres menses electio facienda: aliis ius eligendi amittitur,& ad superiorem deuoluitur,cap. ne pro defectu.xlj.de electione distinct.50.c.postquam. Cuius regulæ exceptio prima hæc est:Nisi prioribus, quibus ius eligendi competit,cessantibus, eligendi ius ad alium fuerit deuolutum: huic enim alij tres menses adduntur.d.cap.xlj.versic.is verò ad quem fuerit deuoluta. Altera exceptio est: Nisi per superiorem, sine cuius licentia eligere nequeünt, steterit quo minus intra statutum tempus elegerint. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio est: Nisi ij quibus ius eligendi competit, licentiam illam eligendi à superiore non postulauerint. c.vlt. de electione. Tertia exceptio est: Nisi per electum steterit, quo minus electio intra tres mẽses perficeretur: vel propter occultum aliquod vitium, quod eligentes ignorauerunt, electio fuerit cassata.cap. si electio.xxvj. & cap.si compromissarius.xxxvij.in prin.versi. idem fit cum elegerit.de electione,in vj. Quarta exceptio videtur:Nisi per eum,in quem compromissum est,steterit, quo minus intra tempus statutum electio facta sit. Sed reprobatur d.c.xxxvij.in prin. Hæc de quarta regula, cuius similẽ regulã vide ĩ.c.7.reg.26.& 27.

V. regula: Appellatione contra electionem pendente, alia electio est inhibẽda: quæ interim facta.c.cassatur cõsideraui mus.10.de electione.Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi non cõtra formã appellationis electio sit facta c.cum nobis.

xix.in

xix.in prin.eod.tit. Altera exceptio est: nisi ij quoque qui ex regula proposita excipiunt, contra appellationem aduersæ partis in electione processerint. cap.bonæ memoriæ.xxiij.§. dein inquireret. eod. tit. Concordant ea quæ proposita sunt s̃.lib.proxi.cap.xviij. quæst.ij. except.xxx. Tertia exceptio est: Nisi appellatio à laico, cuius nihil interest, fuerit interposita.ca.quod sicut.xxviij.in prin.versi. nec appellatio.d.tit. Quarta exceptio videtur: Nisi appellatione inter duos pendente, alter ex iis mortuus sit, vel iuri suo renunciauerit, aut alio modo sit exclusus. Sed reprobatur cap.j.cum cap.sequente. vt lite pendente nihil innouetur, in vj.cap.ex parte. 10.de arbitris. Hæc de quinta regula: de qua tamen vide plura s̃.lib.proxi.cap.xviij.quæst.xviij.vij.reg.xiij.

VI. Regula: Electio post collationem in continenti facienda, non ex interuallo. cap.cum post.xlvj.& cap.ecclesia. xlviij.versi.considerauimus de electione.

V. VBI ELECTIO FACIENDA?

In ecclesia cathedrali electio fieri debet. cap. quod sicut. xxviij.in princ.versic.cum iuxta.d.tit.cap. qua fronte. xxv.in prin.de appellationibus.

VI. ANTECEDENTIA ELECTIONEM.

I. Regula: De omnibus iis, ad quos ius eligendi pertinet, prius conuocandis, cauetur c. quod sicut xxviij.§.si autem.versi.quod si eos.ca.venerabilem.xxxiiij.§.obiectionibus ergo.versi.& ex eo quod fautores ducis.c.coram.xxxv, versic.fratribus omnibus.& c.bonæ. memoriæ. xxxvj.§.electionẽ.vers.tum quia de electione. Huius regulæ exceptiones enumeratæ sunt s̃. q.ij. reg.j.except.j. cum sequentibus.

II. Regula: De authoritate Papæ prius requirenda in patriarcha eligenda cauetur extrauag.commu.sancta.iij. de electione.

VII. MODVS ET ADIVNcta electionis.

I. Regula: De triplici modo electionis cauetur cap.quia propter.xlij.in prin.vsque ad §.illud autem. de electione.vbi hisce verbis.Assumantur tres de collegio,& c.primus modus confirmatur, quem Scrutinium appellant. insuper hisce

verbis,

verbis, Vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, & cap. confirmatur secundus modus, qui compromissi speciem habet. denique hisce verbis, Nisi fortè communiter esset ab omnibus quasi per inspiratione absq; vitio celebrata: tertius modus per inspirationem dictus approbatur, qui est, quando concorditer eligunt aliquem, nullo habito inter se tractatu. Quod autem ad secundum modum attinet, videtur caueri promissum absolutum esse debere. at cap. cum dilectus. xxxij. eod. tit. de compromisso limitato dictum erat: quod per d. cap. xlij. correctum videri poterat. Sed hanc correctionem factam esse negat Bonifacius octauus cap. cum expediat. xxix. eod. tit. in vj. Postremò de modo electionis etiam cauetur cap. cum terra. xiiij. de electione.

II. Regula: Ne clàm fiat electio, sed communiter, cauetur d. c. 42. §. fin. &. c. in Genesi. lv. vers. nec etiam electio. eodem titulo.

III. Regula: Ne sorte fiat electio. cauetur c. ecclesia. iij. de sortilegiis.

IIII. Regula: De collatione post publicationem scrutinij facienda cauetur d. c. 42. §. statuimus. vers. vt is collatione. c. Cumana. l. §. fin. c. in Genesi. lv. in prin. & c. publicato. 58. de electione.

V. Regula: Si in electione dissentiant, statur sententiæ maioris partis. c. cum inter. xxj. discretioni vestræ. c. cum in iure. xxxiij. c. venerabilem. xxxiiij. §. obiectionibus. vers. quamuis plures. c. coram. xxxv. & cap. scriptum. xl. §. per apostolica scripta. vers. et si partes. d. tit. c. quorundam. xxiiij. §. circa religiosos. eod. tit. in. vj. c. nec episcopi. vij. in fine de temporib. ordinat. c. j. de ijs quæ fiunt à maiore parte. distin. 63. c. vlt. distin. 65. in prin. cum c. sequente. ca. non debet. §. fin. c. episcopus. §. si verò. dist. 79. c. si transitus. Concordant item ea quæ habentur. 5. libro prox. cap. 19. except. iiij. repl. Huius regulę exceptio prima est: Nisi maior pars non fuerit sanior. Approbatur exemplo ca. ecclesia. lvij. de electione. distinct. 61. c. in ordinatione. vers. siue etiam. Huius replicatio est: Nisi minor & sanior pars religiosum elegerit. c. quorundam. 24. §. circa religiosos. de electione, in vj. Clement. quod circa. vj. eod. tit. Altera exceptio est: Nisi maior pars mendicantem elegerit ad administrationem non sui ordinis. d. c. quorundam. xxiiij. Declaratur exceptio proposita d. Clement. vj. Tertia.

vj. Tertia exceptio est: Nisi maior pars indignum elegerit, vel ineligibilem.c.dudum. xxij. cap. scriptum. xl. §. per apostolica. vers. nisi probatum fuerit. & §. si verò numerus capcongregato 53. de electione.distinct.lxj. cap.inordinatione. Quarta exceptio est: Nisi maior pars elegerit postulandum, minor non postulandum. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio est: Nisi pars postulandum eligens duplo fuerit maior.c scriptum.xc.de electione. & cap. bonæ memoriæ. iij. §. attendentes. de postular. prælatorum. Quinta exceptio est: Nisi maior vtilitas publica stet pro minore parte.d.c.bonæ memoriæ.iij.Sexta exceptio est:Nisi maior pars sit non capituli, sed respectu dissentientium.c.ecclesia. xlviij.c. Cumana.50.& c.in Genesi.lv.de electione. Huius replicatio videtur: Nisi in aliquem ita compromissum sit, vt collectis votis eum eligeret, in quem non maior pars capituli,sed cōparatione aliorum dissentientium facta consentiret.Sed reprobatur c.si cui. xxiij.de electione, in vj.Septima exceptio est:Nisi in Papa eligēdo minus quàm duæ partes consentiant.c. licet. vj. de electione. c. vt periculum.iij.in prin.eod.tit.in vj. Octaua exceptio: Nisi ex interuallo aliis accedentibus minor pars facta sit maior.c. auditis xxix. de electione. Nona exceptio est:Nisi maior pars contempta seu non vocata minore parte aliquem elegerit. cap. bonæ memoriȩ.xxxvj.eod.tit Decima exceptio est:Nisi maior pars post & contra appellationem interpositam elegerit. cap. bonæ memoriæ. xxiij. eod. tit. Vndecima exceptio est: Nisi antea in negocio electionis in alios fuerit compromissum. cap.in causis.xxx.eod.tit.

REPLICATIO PROPOSITARVM exceptionum generalis.

Hactenus propositæ regulæ exceptiones enumerauimus: quarum replicatio generalis hæc est:Nisi pars duplo sit maior. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur cap. si quando.ix.de electione,in vj. Qui in electionis tractatu sint adhibēdi.

VI. Regula: Si consilio quorundam electio facienda est, hi in tractatu electionis adhibendi sunt, eorúmque responsum requirendū, non post electionem peractam consulendi. c.cum in veteri. 52.de electione.c.cum olim. vij. de arbitris.

VII. Regula: Ne quid gratiæ detur in electionibus, vel acclamationibus populi,cauetur viij.q.j.c.qui vos,cum c.se-

quente.cap.si ergo.cáp.nec nouum.ca.audacter. q.ij.in prin.cum cap.sequente.

VIII. Regula: Vt in electionibus cõmuni vtilitati prospiciatur, cauetur d.quæst.ij.cap.vlt.

IX. Regula: De cautione nulli ab eligendo de indemnitate præstanda cauetur viij.q.iij.cap.j.

X. Regula: Ne quid pro electione detur, & euentus si quid datum sit, cauetur c.penult. de electione. Concordant ea quæ habentur s.lib.j.cap.xvj.quæst.j.causa ij.

XI. Regula: Ne vota eligentium sint incerta, conditionalia vel alternatiua, cauetur c.in electionib.ij.de electione, in vj.cap.vnico, de postulat.prælatorum, in vj.

XII. Regula: Prælatus alterius ecclesię, item illegitimè natus vel aliàs ineligibilis postulandus, non eligendus est ca. vi. de postulat.prælatorum.c.innotuit. xx. §.habito ergo. de electione. Huius exceptio est in abbate alterius ecclesię, qui eligi potest.c.si abbatem.xxxvj.in prin.de electione, in vj.

De electionis pronunciatione.

XIII. Regula: Per vnum electio est pronuncianda, non per plures.cap.sicut.xxj.eod.tit.c.cum ab vno.iiij.in fine. de re iudicata, in vj.

XIIII. Regula: De publicanda electione cauetur cap. quia propter.xlij.§.fin.& c.cum post.xlvj.de electione.

VIII. EVENTVS ET CONsequentia electionem.

I. Regula: De electione electo præsentanda, & consensu eius requirendo cauetur c.quam sit.vj.c.in prin.c.cupientes. xvj.§.cæterùm.de electione, in vj.

II. Regula: De cõsensu electi intra mensem declarando cauetur d.c.vj.vers.electus verò illum. & d.c.xvj.in prin. Per sex menses expectari iubetur, si longè absit electus.ca. quoniam.v.§.porrò.vers.quod si forsan.vt lite non contestata.

III. Regula: Religioso electo, consensus superioris intra certum tempus pro præsentia vel absentia eius moderandum requirendus. extrauag.communicat. si religiosus. ij. de electione.

IIII. Regula: De electo inuito cogendo cauetur c.quæris.vj.de ætate & qualitate præficiend.

De appellatione contra electioné.

V. Regula: Qui putauerit electionem non rectè factam contra eam appellare potest. Cuius regulæ exceptio est: Nisi electio fuerit cõfirmata. c. constitutis.xlvj.de appellationib.

VI. Re-

VI. Regula: Qui elegit, vel electioni consensit, appellare contra eam non potest: nisi ex causa postea emergente. cap. nulli. viij. de electione, in vj.

VII. Regula: Qui electus ius suum resignauit, alio electo appellare non potest. c. cum inter. xvj. de electione.

VIII. Regula: Papa hoc casu regulariter est appellandus. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. quamuis. x. de electione, in vj.

IX, Regula: Intra decem dies ex quo sciuit, appellare debet. c. concertationi. viij. de appellat. in vj.

X. Regula: De appellatione appellato intimanda, vel publicè proponenda. cauetur Clement. causam. iij. de electione.

XI. Regula: De appellationis causa prius ab inferiore iudice cognoscenda, & termino statuendo, cauetur d. cap. quamuis. x. in fine. & c. prouida. xliiij. in prin. eod. tit.

XII. Regula: De itinere intra mensem ab vtraque parte ad Papam arripiendo cauetur cap. j. in prin. eod. tit.

XIII. Regula: Si post aduentum vnius partis altera pars intra viginti dies non venerit: nihilominus in causa procedendum. d. c. j. in prin. vers. sed si pars alia non venerit.

XIIII. Regula: De appellationis instrumẽto conficiendo, omnibúsque causis in eo exprimendis, nec aliis postea proponendis: déque iuramento ab appellante præstando, quod ea quæ in instrumento continentur, possit probare, cauetur cap. vt circa. iiij. c. is qui. xix. de electione, in vj. Propositæ regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi ante electionem appelletur ne fiat. Sed reprobatur c. qui contra. xx. eod. tit. Altera exceptio est: Nisi iudicialis, non extraiudicialis sit appellatio. c. constitutio. xlj. eod. tit. Tertia exceptio est: Nisi id quod contra electionem obiicitur, directò respiciat ius ecclesiæ, vel eius qui appellauit. Clemen. constitutionem iiij. in princ. eod. tit. Quarta exceptio est, quòd quamuis omissio formæ appellationis suprascriptæ appellantem repellat à probatione facienda, factam tamen probationem non infirmet. d. Clement. iiij. §. fin. Quinta exceptio videtur: Nisi appellans postea per viam simplicis querelæ, vel per exceptionem obiecta in appellatione velit probare. Sed reprobatur d. Clement. iiij. §. insuper. Sexta exceptio videtur: Nisi alius postea probare voluerit. Sed & hæc reprobatur, certo tamen modo. d. Clement. iiij. §. sanè si quis. Postremò, quòd in d. cap. vt circa, dicitur de antiquis, quæ in opponen-

tium notitiam primùm peruenerint, distinguitur in circumstantiis criminis vel defectus obiecti antea non expressis. d. Clement.iiij.§.cæterùm.

XV. Regula: De procuratore eiúsque mandato in huiusmodi appellationibus cauetur cap. procuratur. xxxviij. de electionibus, in vj.

XVI. Regula: De pœna appellantis non obtinentis nec probantis cauetur c j.§.adiicientes.c.vt circa.iiij.§.fin.cap.si fortè.xj.§.fin.de electione, in vj. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ab appellatione destiterit.c.quamuis.x. §.cæterùm in præmissis.eod.tit. Huius replicatio est: Nisi appellans opposuerit euidentem defectum scientiæ vel personæ contra promouendum: hoc enim casu desistere non licet.ca. ab eo.xxxj. eod.titul. Altera exceptio est in aliis beneficiis, quàm quæ in illa ecclesia, contra cuius electionem appellauit, obtinet: hæc enim beneficia non probans non amittit. cap.si compromissarius.xxxvij.§.fin.eod.tit.

Per quæ iuris remedia vitium electionis deferri possit.

XVII. Regula: Non solùm per appellationem, sed etiam per exceptionem & alia iuris remedia vitium electionis potest deferri.c.concertationi. viij. in fine. de appellat. in vj. extrauag.cóm.vnica, in fine.de authoritate pallij.

XVIII. Regula: Si eligendo contradicatur, prius personæ contradicentes, deinde obiecta sunt ponderanda. dist. xxiij.cap.illud statuendum.

XIX. Regula: De pœna impedientis electionem cauetur j.quæst.j.c.sunt quidem.

XX. Regula: De pœna eius qui aliquem eligendum inuitis obtrusit.cauetur c.sciant.xij.de electione, in vj.

De confirmatione electionis

XXI. Regula: De tempore petendæ confirmationis electionis cauetur c.quam sit.vj.§.fin.eod.tit. Cuius regulæ exceptio in confirmatione ab apostolica sede petenda proponitur cap.cupientes.xvj.in prin.& cap.si postquam xxxiij. §.fin.eod.tit.

XXII. Regula: De re quæ confirmanda peti potest, cauetur cap.vt quis.xxv.eod.tit.

XXIII. Regula: Confirmatio electionis per singulas prouincias ad metropolitanum pertinet.distin.lxiij.c.j.in fine.c.extra.c.penult.in fine, cum ca.sequente. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi prouincia primatem habeat: tunc enim ad primaté confirmatio spectat. dist.lxv.c.de persona, cum c.sequente. Altera exceptio est: Nisi ecclesia immediatè ad

tè ad Papam spectet, vel per appellationem causa electionis ad eum fuerit deuoluta. c. nihil est. xliiij. §. cæterùm. de electione c. cupientes xvj. in prin. vers. quo ad illas quæ petuntur. & ibi glossa. eod. tit. in vj. Tertia exceptio est in legato de latere: qui etiam sine speciali mandato electiones potest confirmare. cap si abbatem xxxvj. §. fin. eod tit. in vj.

XXIIII. Regula: De vocandis ante confirmationem iis qui electioni se volunt opponere. cauetur cap. vltim. de electione, in vj.

XXV. Regula: De inquirendis & examinandis priùs vita & moribus confirmandi cauetur. c. postquam. iii. cap. cum nobis. xix. §. his igitur. de electione. distin. xxiij. ca. qui episcopus. dist. xxiiij. c. episcopi. Item de obiecto, quod euidentem defectũ scientiæ & personæ electi obtinet, prius examinando cauetur c. si fortè de electione, in vj. Declaratur hæc regula c. ij. de verb. signif. in vj. Reliqua ad examẽ ordinandi vel confirmandi pertinentia vide s. cap iiij. q. vj. reg. iij. De examinatione eligendorum.

XXVI. Regula: Si à Papa confirmatio facienda est, mittendæ sunt personæ: ex quibus plenè instrui possit: & de expensis confirmationis gratia faciendis cauetur cap. nihil est. xliiij. §. cæterùm. de electione. item cap. cupientes. xvj. §. ad hæc. §. cæterùm. vers. vel si personas. cap. si postquam. xxxiij. §. fin. eod. tit. in vj.

XXVII. Regula: Vt electus, qui confirmationem à sede apostolica petit, ante finitum negocium non recedat, cauetur d. cap. si postquam. xxxiij. § si verò. De recessione electi.

XXVIII. Regula: Ne pendente contra electionem appellatione confirmatio fiat. cauetur d. cap. xxxiij. in princ. & cap. prouida xliiij. eod. tit.

XXIX. Regula: Electus ante confirmationem administrare non potest: quòd si administrauerit, electio infirmatur. c. nosti. ix. c. qualiter. xvij. c. bonæ memoriæ. xxiij. in prin. de electione. cap. auaritiæ. v. eod. tit. in vj. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi electus in concordia & nimium remotus à Papa sit confirmandus. c. nihil est. xliiij. §. cæterùm. vers. ita quod interim. de electione. Altera exceptio est: Nisi Papa ante coronationem administrauerit. extrauag. comm. vlt. de sentent. excom. De administratione tempore.

XXX. Regula: De pœna eius qui dolo vel culpa indignum electum confirmat, cauetur d. c. nihil est. xliiij. in prin. De postulatione

XXXI. Regula: Suprà quæst. prox. reg. xj. dictum est, prælatum prælato-

prælatum alterius ecclesiæ illegitimè natum & aliàs ineligibilem postulari posse & debere, vt gratia facta eum eligere liceat. Ideo postulationis iura hîc subiicienda. De postulatione igitur facienda, déque personis eius gratia ad Papam mittendis, & de expensis cauetur c. cupientes. xvj. §. denique. de electione, in vj.

XXXII. Regula: Postulatione facta, ad quam nondum est responsum, postulato ius quæsitum non est. c. postulationem. v. de postulatione prælator.

XXXIII. Regula: Postulatione Papæ præsentata, postulantes ab ea recedere amplius non possunt. cap. bonæ memoriæ. iiij. d. tit.

De exceptionibus aduersus electionẽ & postulationem opponendis.

XXXIIII. Regula: Quia in appellationibus aduersus electionem & postulationẽ exceptiones solent opponi, item ante confirmationem: de istiusmodi exceptionibus, antequam ad consecrationem veniamus, hic obiter est annotandum. Quamuis autem electio regulariter iusta esse, & ex ea electo ius competere præsumatur: tamen regula hæc plures recipit exceptiones, quarum eas quidem quæ sumuntur ex persona electi, licet videre s. quæst. j. eas verò quæ sumuntur ex persona eligentis, colligere licet ex iis quæ proposita sunt s. quæst. ij. Quæ verò sumuntur ex electionis tempore, propositæ sunt s. quæst. iiij. Ex loco electionis exceptio sumpta exposita est s. quæst. v. Ex antecedentibus exceptiones desumptas licet colligere ex iis quæ proposita sunt s. quæst. vj. Similiter ex modo & adiunctis electionis desumptæ exceptiones colligi possunt ex iis quæ annotauimus s. quæst. vij. Præter istas autem supersunt nonnullæ aliæ exceptiones, quas hoc loco subiiciemus. Harum prima est: Nisi contra inhibitionem Papæ facta sit electio. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur cap. si eo tempore. 45. de electione, in vj. Altera exceptio est: Nisi contra canones vel consuetudinem loci electio sit facta. distin. 51. cap. vlt. §. fin. xxiiij. q. j. c. pudenda. §. videamus tamen. Tertia exceptio est: Nisi per ambitum quis sit electus. j. q. j. c. nullus itaque. Concordant ea quæ proposita sunt s. lib. j. cap. xvj. quæst. j. causa ix. Quarta exceptio est: Nisi pendente appellatione facta sit electio. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. quæst. iiij. reg. v. Quinta exceptio est: Nisi post compromissum in alium factum electio facta sit. c. ex parte. x. de arbitriis. Sexta exceptio videtur: Nisi eligentes

ſententiam mutauerint,& ab electione reſilierint. Sed reprobatur c.cum inter.xxj.& c.publicato.lviij.de electione.c.bonæ memoriæ.iiij.de poſtulat.prælatorum.Septima exceptio eſt: Niſi electus poſtea capitale crimen commiſerit.diſtin. 50.c.ſi epiſcopus. Octaua exceptio eſt: Niſi poſt ſacramentum præſtitum electus contraria poſuerit, vel reſponderit. c.vlt.de iureiurando,in vj. Nona exceptio eſt:Niſi confirmatio electionis ſit caſſata: per hoc enim ipſa quoque electio cenſetur caſſata. Verum huius exceptionis replicatio eſt:Niſi ob defectũ ſolennitatis vel perſonam confirmantis confirmatio fuerit caſſata: per hoc enim non infirmatur electio.c. ſi confirmationem.39. de electione, in vj. Decima exceptio eſt: Niſi monachus ſine conſenſu abbatis. ſit electus.c.ſi religioſus.xxvij.eod.tit. Concordant ea quæ habentur s̃.e.iiij. q.vj.reg.vij. Vndecima exceptio videtur: Niſi monachus ſine conſenſu conuentus ſit electus. Sed reprobatur d. c.xxvij.§. quia verò. Plures huiuſmodi exceptiones colligi poſſunt ex iis quæ propoſita ſunt s̃.c.vij.reg.72.cum ſequentib.

XXXV. Regula: Electus conſecrandus eſt.ea.nihil eſt. 44.§.fin.de electione.c.j.de Sacramentis nõ iterandis. Cuius exceptio prima eſt: Niſi non canonicè fuerit electus. diſtin. lxij.c.vlt. Altera exceptio eſt: Niſi fuerit ſchiſmaticus.xxiiij. q.j.c.pudenda. Tertia exceptio eſt: Niſi ſemel ſit conſecratus. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur per ea quæ habentur j.lib.prox.c.iiij.reg.iij.except.j. De conſecratione electi.

XXXVI. Regula: A quibus & quot epiſcopis conſecratio facienda, definitur c.ſi archiepiſcopus.vj.de temp.ordinat.vbi gloſſa Ordinationis vocabulum interpretatur pro conſecratione, quemadmodum etiam in iis quæ ſequuntur. Concordat c.nec epiſcopi.vij.eod.tit.diſtin.51.c.vlt.§.quicunque igitur verſ.ab vniuerſis.diſt. lxj.c.epiſcopum.diſtin.lxij. c.j.verſ.nec à comprouincialibus.diſtin.lxiiij.c.j.cum ſequentibus, vſque ad diſtin.lxv.item diſtin.lxv.cap.vlt.diſt. lxvj.per totam. Apoſtol. canon.j. Ad minus autem à tribus epiſcopis conſecratio facienda. diſt. 68.ca.corepiſcopi.§.quod autem.

XXXVII. Regula: Munus conſecrandi electum delegari poteſt.c.quod ſedem.x.de officio ordinat.

XXXVIII. Regula: Sine conſenſu primatis metropolitanus conſecrãte non debet.diſtinct. lxv.cap.de perſona, cum cap.ſequente.

XXXIX. Regula; Quibus præſentibus & conſentien-

tibus consecrat o facienda, definitur distin.xxiij.ca.qui episc.opus.§.fin dist 5 .c.vlt.§.sed nec ille.dist.lxj.ca.nullus in uitis,in prin distin lxiij.c.quia igitur & ca.vlt.in fine.distin.lxv. cap.non debet.c.episc opus Concordant item ea quæ habentur q.ij reg.v.Sanè si non omnes consentiant, obtinet consensus plurium.d d stin lxv in prin. cum ca.sequente.ca.non debet.§.fin.c.episcopus.§ si verò.

X L. Regula: Vbi consecratio facienda sit, definitur dist. 51.c.vlt.§ episcopus autem.

X L I. Regula: Quando consecratio facienda? Die Dominico hora tertia consecratio facienda. d.c.vlt.§. quicunq; igitur.vers.die Dominico.dist.lxxv in prin.cum ca.sequente. Sabbathum magnũ consecrationi præfinitur dist.lxxvj.c.vlt.

X L I I. Regula: Vltra tres menses consecratio non differend .dist.lxxv c.quoniam quidam.dist.100.c.j.§.si verò.

X L I I I. Regula: Modus consecrandi definitur distinct. xxiij.c.episcopus.dist.lxxv.c.j.item De sacramentis non iterandis c præsbyter.ii; De vnctione adhibenda in consecratione cauetur c.j.in princ. vsque ad §.quia verò Christus.de sacra vnctione.

. X L I I I I. Regula: De creditis conciliorũ consecrando inculcandis cauetur d.st xxxviij.c placuit.

X L V Regula: De iuramento ab electo præstando cauetur distin.xxiij.ca.quanquam.extrauag com.j.§.similiter. Concordant ea quæ habentur s̃.c.iiij.q.vij.reg.v.Forma huius iuramenti habetur c.ego N.iiij.de iureiurando. Ne autem forma canonica in præstando iureiurando excedatur, cauetur c dilecti xiij.de maioritate & obedientia.

X L V I Regula: Ordinatus à comprouincialibus. intra duos menses metropolitano se debet repræsentare. dist. lxv. cap.si quis in.

X L V I I. Regula: Ante consecrationem electus & confirmatus, quæ sunt iurisdictionis habet: quæ autem sunt ordinis episcopalis, non habet.c.transmissum. xv.c.quod sicut. 28.§ super eo.de electione.Similem regulam vide s̃.reg.29.

· X L V I I I. Regula: De pœna consecrationis non legitimè factæ cauetur distin.lxij.ca.vlt.j.q.j. cap.si qui episcopi. Concordant ea quæ habentur s̃.q.ij.reg.j except.ix.

De pallio assumendo. X L I X. Regula: Consecratus intra tres menses pallium postulare debet. Interim ordinare alios non potest. dist. 100. in prin.cum ca.sequente.de electione. c.quod sicut. xxviij.§. super

ſuper eo.verſ.præterea.de electione. Poteſt tamen alij mandare ordinationẽ ſeu conſecrationẽ.c.ſuffraganeis.xj.eo.tit.

L. Regula: Criminis obiectio non impedit pallij aſſumptionem. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur cap. j de authoritate pallij.

LI. Regula: Honor pallij non datur, niſi meritis exigentibus & fortiter poſtulanti.diſtinct.100.cap.priſca.cap.nouit. §.cauſarum.

LII. Regula: De cautione & profeſſione fidei ab eo qui pallium petit, præſtanda cauetur d.§.cauſarum.& d.diſtinct. 100. cap. optatum. cap. in ea ſynodo.item De electione cap. ſignificaſti.iiij.

LIII. Regula: Pro pallio nihil dandum eſt. d. diſtinct. 100.cap.nouit.

LIIII. Regula: Cum pallio ſemper priuilegia aut noua dantur, aut vetera confirmantur.d.diſt. 00.cap.rationis,cum duob.cc.ſequentibus.

LV. Regula: Per pallium confertur plenitudo pontificalis officij,& nomen archiepiſcopale. cap. niſi ſpeciale.iij.cap. cap.ad honorem.iiij.in prin.verſ.quoniam aſſumptus.c.cum ſis.vj.verſ.per quod.de authoritate pallij.

LXI. Regula: Non niſi ad miſſarum ſolennia pallio vtendum eſt.diſt.100.cap.pallium.c.non multum.cap.contra.item De authoritate pallij.c.ad honorem. iiij. verſ. nec vbique. & cum ſis.vj.

LVII. Regula: Non omnibus diebus pallio vtendum, ſed certis tantum diebus ſolennibus.d.c.cum ſis.vj. verſ.diebus ſolennibus.& d.c.iiij.verſ.certis debent vti diebus.

LVIII. Regula: Intra quamlibet eccleſiam ſuæ prouinciæ archiepiſcopus pallio vti poteſt: extra non poteſt.d.cap. iiij. Huius regulæ exceptio prima eſt in Romano pontifice. qui pallio vtitur etiam extra ſuam prouinciam.d.c.iiij. Altera exceptio eſt: Niſi ex indulgentia Papæ extra vtatur. c.ex tuarum.v.eod.tit. Tertia exceptio videtur: Niſi conſuetudo loci aliud induxerit. Sed reprobatur d.ca.v.verſ.licet autem talis conſuetudo.

LIX. Regula: Alter alteri pallium commodare non poteſt.c.ad hoc.ij.de authoritate pallij. Hæc de pallio: ſequuntur nunc reliqui electionis effectus & conſequentia.

LX. Regula: De expenſis in electionem factis ex bonis eccleſiæ recuperãdis cauetur c.vt præteritæ.45.de electione.

LXI. Regula: Minori diſpenſatiuè electo, adminiſtratio interim clericis committenda cap. ex ratione. ij. de ætate & qualitate præficiendorum.

LXII. Regula: Epiſcopus ordinatus eccleſiam ſibi commiſſam adire tenetur: quod ſi neglexerit, punitur. diſtinct. 92. cap. ſi quis epiſcopus. Apoſtol. canon. xxxv.

LXIII. Regula: Si ad eccleſiam ſibi commiſſam accedere fuerit prohibitus, quid iuris ſit, vide ſ. viij. q. 8. reg. lxx.

LXIIII. Regula: Vt habeat ſuæ electionis confirmationis & conſecrationis literas, cauetur extrauag. com. j. de electione.

Euentus vitioſæ electionis.

LXV. Regula: Si vitioſa ſit electio, eligens ius eligendus amittit. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur ſ. q. ij. reg. j. except. ix.

LXVI. Regula: Qui in deiecti locum ſe eligi paſſus eſt, fit infamis, & ab honoribus eccleſiaſticis arcetur. iij. q. ij. ca. audiuimus. vij. q. j. ¶ eum. qui Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi non per ambitum vel Simoniam alteri fuerit ſuffectus. d. q. j. c. præſentium. §. illud autem. Altera exceptio eſt: Niſi alter, in cuius locum fuit ſuffectus, iuſta ex cauſa fuerit remotus. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur ſ. quæſt. iiij. reg. j.

LXVII. Regula: Qui ratione ætatis inutiliter electus eſt, in proximum inferiorem ordinem deiicitur. cap. cum in cunctis. vij. §. inferiora. verſ. cũ autem aſſumptus. & verſ. hoc ſanè. de electione. c. j. de ætate & qualitate præficiendor. Hactenus euentus & conſequentia electionis enumerauimus. Superſunt adfinia remedia.

IX. ADFINIA ELECTIONIS remedia.

Adfinia electionis remedia ſunt collatio & prouiſio. Quæ remedia in prælatis collegiatarum eccleſiatum ordinandis prohibentur. cap. j. de electione. exemplum prouiſionis habetur extrauag. comm. nuper. viij. cum c. ſequent. de. præbendis. Hæc de electione prælatorum ſint dicta; de qua vide item M.I.C. lib. iij. c. iiij.

DE PRAELATIS ALIISQVE perſonis Eccleſiaſticis in ſpecie.

Cap.

Cap. XI.

HACTENVS de prælatis in genere dictum est: nunc de iisdem aliísque personis ecclesiasticis dicetur in specie: & primùm de Christo, qui Ecclesiæ caput est.

DE CHRISTO.

I. Regula, De nomine Christi, habetur cap. j. §. quia verò. versi. Christus enim. de sacra vnctione.

II. Regula: Christus fundamentum est: quo deficiente, deficit id quod est superedificatum. j. quæstione prima, cap. cum Paulus.

III. Regula: Christus verus Deus & verus homo est. cap. in quadam. viij. de celebrat. Missarum. Clement. j. in princ. de summa Trinitate. c. cum Christus vij. de hæreticis.

IIII. Regula: Christus panis est viuus. de consecrat. distinct. ij. cap. Christus.

V. Regula: Christus quotidie immolatur, cum corpus & sanguis eius sumitur. d. distin. ij. c. semel immolatus. de pœnitent. distin. j. cap. potest. fieri. §. sicut.

VI. Regula: Signum Deitatis in Christo est, quòd super eum descenderit & manserit spiritus sanctus. de pœnitent. distinct. ij. cap. quærendum.

VII. Regula: Semel mortuus, non amplius morietur. de consecrat. distinct. ij. cap. semel Christus.

VIII. Regula: Christus proprium habuit per ea quæ proposita sunt s. lib. j. cap. xvij. quæst. iij. causa vij.

IX. Regula: Christus pingendus est specie hominis, non agni. de consecrat. dist. iij. cap. sextam.

X. Regula, De gratia Christi, habetur de consec. dist. iiij. cap. gratia. ca. antepen. cum duobus sequentibus.

DE SPIRITV SANCTO.

I. Regula: Spiritus sanctus procedit à patre & filio. cap. vnico, de summa Trinitate in vj. de consecrat. distinct. v. cap. de spiritu. & cap. vlt.

II. Regula: An & quatenus permaneat vel recedat spiritus sanctus, definitur De pœnitent. distinct. ij. cap. quærendum. cap. potest discursus.

DE DISCIPVLIS CHRISTI.

I. Regula: Discipuli Christi creduntur esse baptizati. de consecrat.

cõsecrat.distin.iiij.cap.quando ab cap si eos.

II. Regula Discipuli Christi: proprium habuerunt, per ea quæ proposita sunt in lib.i.cap.xvij.quæst.iiij.causa.vij.

DE PETRO ET PAVLO.

I. Regula: Petrus & Paulus Apostolorum præcipui sunt, qui sub vno persecutore, eodẽ die & loco Romam suo martyrio Christo consecrarunt, vt esset caput ecclesiæ.c.fundamenta.xvij.§.huius autem.de electione,in vj.distinct.xxj.ca. in nouo.cap.quamuis.

II. Regula: Petrus & Paulus pares sunt meritis.ij.quæst. vij.cap.beati.Concordat s̃.reg proxi.

III. Regula: Petrus Paulum superauit gradu dignitatis. d.quæst.vij.cap.Paulus Petrum.cap.puto.xxiiij.quæst.j.c.audiuimus.§.vnde cum omnibus.

IIII. Regula, De naui Petri turbata, habetur xxiiij.q.j. cap.non turbatur.

V. Regula, De genere piscandi quo vsus est Petrus, habetur d.q.j.cap.est aliud.

VI. Regula, De eo quòd Petrus percussit aurem, habetur d.quæst.j.cap.si Petrus.

DE PAPA.

I. Regula, De nomine, habetur distinctio. xxj. cap.j. §. Pontifex.

II. Regula: Papa summus est pontifex, per ea quæ pro posita sunt s̃.cap viij.quæst.vj.reg ij. Non tamen ob id vniuersalis est nominandus.distin.xcix.cap.vlt.

III. Regula: Dignior est Imperatore, à quo ei debetur obedientia.c.solitæ benignitatis. vj.de maioritate.Clement. j.de iureiurando.Excommunicat Imperatorem.cap.ad apostolicæ.ij.de re iudicata,in vj.extrauag.com. cap.ad certitudinem.iij.eod.tit.

IIII. Regula: potest legem condendi & mutandi est penes Papam.cap.translatõ.iij.de constitutio.

V. Regula: De iudicio Papæ disputari non oportet.xvij. quęst.iiij.cap.nemini.extrauag.Ioan.22.quia quorundam.v. de verborum significat.

VI. Regula: Ex ore Papæ debet exire rectissima sententia, quæ sine respectu ius suum cuique tribuat. cap. ex ore. xvij.in prin.de priuilegiis.

VII. Re-

VII. Regula: Imp. Constantinus vrbem Romam eiúsq; imperium Papæ donauit. cap fundamenta. xvij. §. ne autem ipsa. de electione, in vj. distinct xcvj. cap. Constantinus, cum cap. sequente. xij. q. j. cap. futuram. §. denique idem. Confirmatur eadem donatio per Ludouicum Imp. dist. lxliij. c. ergo Ludouicus. item per Othonem Im. dist. lxiij. c. tibi domino.

VIII. Regula: Vacante Imperio, iurisdictio eius ad Papam pertinet. extrauag. Ioan. x x i i. cap. vnico, ne sede vacante.

IX. Regula: Papæ omnes subsunt, ísque vtrumque gladium habet, omnésque iudicat, & à nemine iudicatur. extrauag. com. j. de maioritate. distinc. xl. cap. si Papa. ix. q. iij. c. patet. cap. nemo. cap. aliorum. c. facta. c. ipsi sunt. c. cuncta, cum c. seq. xxiij. q. iiij. c. displicet tibi. §. repetis. versic. & adorabunt. Planè à regula proposita excipitur rex Francorum cum suis subditis, extrauag. com. meruit. ij. de priuilegiis.

X. Regula: Inimicus Papæ ab omnibus est vitandus distinct. xciij. in princ. cum duobus sequentibus. xj. quæstio. iij. cap si inimicus.

XI. Regula: Ad Papam omnes aliæ ecclesiæ respicere debent, & quod ille credit, credere debent, & eiúsque vestigia sequi. cap. vlt. §. volentes igitur. versi. conformantes se. de baptismo. de consecrat. dist. iij. cap, nosse, in fine. c. celebritatem. versi. quia non. xxiiij. quæst. j. cap. hæc est. cap. rogamus. cap. quoniam vetus. xxvij. q. ij. cap. lex diuinæ, in princ. Concordant item ea quæ habentur s. c. viij. q. vj. reg. ij. & lib. j. cap. xvij. quæ. iij. causa j.

XII. Regula: Papa seu Romana ecclesia non errat. xxiiii. q. j. c. in fede. c. à recta. versi. hæc sancta. c. hæc est, in fine.

XIII. Regula: Papa zelum religionis præ cæteris habet. d. quæst. j. cap. officij.

XIIII. Regula: Papa hæreses destruit, non fouet. d. q. j. cap. memor.

XV. Regula Papam vigilantem esse oportet. xxv. quæst. j. cap. diuinis.

XVI. Regula: Quæstio fidei ad Papam pertinet. xxiiij. quæst. j. cap. quoties.

XVII. Regula: Papa non est alligatus conciliis. cap. significasti. iij §. aiunt in conciliis. de electione.

XVIII. Regula: Papa non est alligatus decretis prædecessorum suorum. cap. innotuit. xx. §. quamuis autem. d. titu. & extra

& extrauag. XXII. quia quorundam.v.§. ad impugnandas, de verborum significat.

XIX. Regula: Papa contra ius dispensandi potestatem habet.c.proposuit.iiij.§.licet autem.versi.qui secundum plenitudinem de concessione præbendæ. Plura de hac regula vide s̃.lib.j.cap.ij.except.10.

De Papa eligendo. XX. Regula, Quibus ius eligendi Papam competat? Non nisi cardinalibus competit.dist.lxxix.in prin.cum c. sequent. dist.xxiij.c.j.§.quapropter.& §.quod si prauorum.

XXI. Regula: Cardinalibus etiam excommunicatis, suspensis vel interdictis ius est eligendi Papam. Clement.ne Romani.ij.§.cæterùm.de electione.

XXII. Regula: Imperatoris consensus in eligendo Papa requiritur.distinct.lxiij.ca.Agatho,cum duob.cc.sequent. & c.quia sancta. Contradicit d.c.quia sancta.§. verùm quia, cum sequentibus, vsque ad cap.tibi domino.Item contradicit d.distinct.lxiij.cap.sacrorum.

XXIII. Regula: Quis eligendus Papa, definitur distinc. xxiij.cap.j.§.eligatur autem.& distinct.lxxix.cap.oportebat. cap.nullus.cap.si quis ex.

XXIIII. Regula: Modus eligendi, tempus item, locus & alia definiuntur d.cap.j.& cap. vbi periculosum.iij. de electione, in vj. Clement.ne Romani.ii.§.sanè cum.eo.tit.

XXV. Regula: Si eligentes dissentiant, non valet electio, nisi duæ partes consentiant, per ea quæ habentur s̃.c.proxi. quæst.vij.reg.iiij.except.vij.

XXVI. Regula: Si duo concertantium temeritate fuerint electi, neuter Papa erit, sed noua electione opus est. distinct.lxxix.cap.si duo.

XXVII. Regula: Si electioni resistatur, quid iuris sit definitur distinctio.lxxix.cap. si quis ex.& cap. vltim. Hæc de Papa.

DE LEGATO PAPÆ.

I. Regula: Legatus de latere maius post Papam Imperiũ habet.c.si abbatẽ.xxxvj.§. huiusmodi. de electione.in vj.

II. Regula: Quæ in signum priuilegij singularis summo pontifici sunt reseruata, ea legatus vsurpare non potest sine speciali concessione: vt est, episcopos transferre, ecclesiam cathedralem alteri subiicere, ius primatiæ alteri concedere, duos episcopatus vnire, vel vnum diuidere. cap. nisi specialis.

cialis.iij.& cap.quod translationem.iiij.de officio legati.

III. Regula: Legatus Papæ excommunicatos pro iniectione manuum in clericos absoluere non potest. d.ca.iiij. versic. vt illorum absolutio.& cap.excommunicatis.ix.eod. tit. Plura de hac regula vide s. lib.j.cap. xiij. quæst.iij.reg.ij. except.vij.repl.xxj.

IIII. Regula: Legatus Papæ non solùm per appellationem, sed etiam per simplicem quærelam adiri potest.cap.j. de officio legati. Quibusdẽ causis legatus Papæ adiri possit.

V. Regula: Legatus confert beneficium vacans, licet illud spectet ad præsentationem alicuius clerici, per ea quæ habentur s.cap.vij.reg.xxij.

VI. Regula: Etiam in alio loco legatus constitutus, in alio iurisdictionem suam exercere potest. capite nouit.vij. dicto titul.

VII. Regula: Statuta legatorum vim obtinent, quamuis legati prouinciam excesserint, eorúmque officium sit finitum.cap.vlt.de officio legati.

VIII. Regula: Minor legatus cedit maiori, ita vt hoc præsente illius officium cesset, per ea quæ habentur s.lib.j. cap.v.quæst.iij.reg.iiij.

IX. Regula: Generalis legatus cedit speciali.cap.studuisti.ij.de officio legati.

X. Regula: Relatione causæ Papæ facta, legatus iudex esse desinit.cap.licet.v.d.tit.

XI. Regula: Etiam subdiaconus legatus Papæ esse potest.distinct.xciiij.cap.j.

XII. Regula: Ne legato sine literis consignatis fides habeatur, cauetur distinct.xcvij.c.vlt.

XIII. Regula: De non impediendo Papæ legato cauetur distinct.lxiij.cap.si quis autem.& extrauag.com. vnica, de consuetudine.

XIIII. Regula: Omnes ecclesiæ eius diœcesis, in qua legatus Papæ est, sumptus ad eum alendum conferre tenentur.cap.cum instantia.xvij.in prin.de censibus.c.accedentes. xj.de præscriptionibus. Plura de regula pcoposita vide j.lib. proxi.cap.de visitationibus. De exhibẽdis seu alẽdis legatis Papæ.

XV. Regula: Quicunque à legato fuerit requisitus, expensas ei præstare tenetur.d.cap. cum instantia.versi.nunciis tamen nostris in necessariis.

XVI. Regula: De modo expensarum legato præstandarũ adhibendo

adhibendo cauetur d cap.cum instantia.versi.sanè in his exigendis.versi. c.procurationes. xxiij hoc adhibito eod tit.

XVII. Regula: De cogendis contumacibus, qui sumptus legatis conferre nolunt, cauetur d. cap. cum instantia. versi.qui contumaciter eis duxerint.& ca. quia pontificali.ij. de officio legati,in vj.Plura de legatis Papæ vide s in generali tractatu lib.j.cap.v.quæst.iiij.

DE CARDINALIBVS.

I. Regula: Cardinales Papæ in executione officij sacerdotalis coadiutores adsistunt.cap. fundamenta.xvij.versi.decet nanque ipsi Romano.de electione,in vj.

II. Regula: De nomine & officio cardinalium differit glossa in c. ministerium.ij. in prin. de officio archisbyteri.

DE PATRIARCHIS SEV primatibus

De differētia Patriarcharum & primatũ.

I. Regula: De nomine & speciebus patriacharum & primatum, differitur distinct. xxj. cap. j. §. patriarcha Græca. & §. patriarcha patrum princeps.

II. Regula: Patriarcha & primas nomine tantum, non re differunt. distinct. 99.in prin.§. primates. & c.j.vers. nostros patriachas.

III. Regula, Definitionem realem continens, habetur d. dist.99.c. nulli

IIII. Regula: De loco & origine patriacharum cauetur d.distinct. 99.c. j. distin.80.c.j. cum c. sequente.

V. Regula: Archiepiscopi primatibus obedientiam debent,& ab illis ad hos prouocatur,non contrà.dist.99.princ. §. ab archiepiscopis.& c.j.vers.ad quos episcopi.

VI. Regula: Primas non appellandus est princeps sacerdotum vel summus. d. distin.99. c. primæ.

VII. Regula Primas non appellandus est vniuersalis.dist. 99. cap. nullus.

DE ARCHIEPISCOPIS ET metropolitanis.

I. Regula, De definitione archiepiscopi & metropolitani, habetur dist.xxj.c.j.§.archiepiscopus.§. patriarcha patrum.& §.fin. item c.nulli,in fine.

II. Regula: Ne in vna prouincia duo metropolitani constituantur,cauetur dist.101.c.j.

III. Regula: Non nisi præsbyter vel diaconus in archiepiscopum

episcopum eligendus.distinct.lx.cap.nullus.

IIII. Regula: Archiepiscopus ab omnibus suis suffraganeis ordinandus. distinct. lxvj. cap. j. Concordant ea quæ habentur s̃.cap.prox.quæst.viij.reg.xxxvj.

V. Regula: Metropolitanus dignitatis sibi traditæ antiquitus ius intemeratũ obtineat.25.q.ij.c.igitur.& c.seruatis.

VI. Regula: Sine archiepiscopi consensu & consilio suffraganei nihil agere debent.iij.q. vj.c. hæc quippe,in prin.ix. q.iij.c.j.c.per singulas.c nullus.§. fin.c. archiepiscopus. vers. nec illi.Apostol.canon.xxxiij.in prin.Huius regulę exceptio est:Nisi in sua ecclesia aliquid agant suffraganei , non extra. d.c.per singulas.vers. nisi hoc tantùm.& d.cap. nullus. §. fin. item d.cap.archiepiscopus. vers. nisi quantum ad suas d.cap. xxxiij.§.illa autem.

VII. Regula:Sine suffraganeis suis archiepiscopus nihil agere debet.d.c.j.in fine.d.c.per singulas. §. fin.& d.q.iij.cap. saluo.c.archiepiscopus.c.si autem. c.nullus.c. episcopo.item iij.q.vj.c.discutere,in prin. Apost.canon. xxxiij. §. sed neque illa.Concordant item ea quæ habentur s̃. c.ix.reg.iij.excep. iij.Huius regulę exceptio prima est:Nisi Papa sine suffraganeis suis agat.d.ca.saluo. Concordant ea quæ habentur s̃. de Papa,reg.ix.Altera exceptio videtur: Nisi patriarcha seu primas sine suffraganeis suis agat.Sed reprobatur d.q.iij.c.conquestus. Tertia exceptio est:Nisi suffraganeus in suo officio negligens sit,& subditis contineat.d.q. iij.ca. cum simus & c. vlt. Quarta exceptio:Nisi à suffraganeo ad archiepiscopum sit prouocatum. d.cap.conquestus.vers.nisi fortè pro causis. Concordant ea quæ habentur s̃.d.except.iij.distin.vij.Quinta exceptio est: Nisi suffraganeus decesserit.d.cap. conquestus. vers. vel si episcopus suus.Sexta exceptio est: Nisi archiepiscopus ad hoc specialiter sit priuilegiatus, vt sine consensu suffraganeorum agere ei liceat.d.c.conquestus,in fine. Septima exceptio est: Nisi ad propriam ipsius archiepiscopi parochiam negocium pertineat.d. q.iij. cap.si autem.vers. nisi eas tantùm. cap. nullus. vers. nisi quod ad suam. Plures huiusmodi exceptiones vide d.except.iij. distinct.j.cum distinctionibus sequentibus.

VIII. Regula: Archiepiscopus in subditos sui suffraganei iurisdictionem non habet. Quæ regula approbatur simul & distinguitur d.except.iij.

DE COREPISCOPIS.

I. Regula: De differentia episcoporum & corepiscoporum cauetur distinct. lxviiij. c. quamuis.

II. Regula: Vsus corepiscoporum prohibetur d. distin. lxviij. c. corepiscopi.

DE ARCHIDIACONIS.

I. Regula: Archidiaconus vicem gerit episcopi in omnibus, & maior est post episcopum. c. j. & c. ad hæc. vij. §. archidiaconus. vers. secundum verò de officio archidiaconi.

II. Regula: Archidiaconus oculus episcopi appellatur d. cap. vij. §. item in epistola.

De iurisdictione Archidiaconorum & potestate.

III. Regula: Archidiaconi iurisdictioni subiecti sunt diaconi & leuitæ. d. c. vij. §. archidiaconus. distin. xxv. c. j. §. hi sunt ordines. vers. archidiaconus. Archipræsbyteri quoque eius iurisdictioni sunt subiecti, vt ex iam propositis constat: de quo etiam dicetur j. de archipræsbyteris, reg. iij.

IIII. Regula: Decani rurales per episcopum & archidiaconum communiter ordinandi ac remouendi sunt d. cap. vij. §. fin.

V. Regula: Omnis sollicitudo & cura cleri & ecclesiarum eius ad archidiaconum pertinet. cap. j. vers. & omnem curam. ca. ad hæc. vij. §. archidiaconus. vers. parochiarum. & vers. omnem sollicitudinem. de officio archidiaconi. distinct. xxv. cap. j. §. hi sunt ordines.

VI. Regula: Clericorum vitam inquirere debet, & corrigēda episcopo nūciare dist. xciiij. c. si quis. §. archidiaconus.

VII. Regula: Dominari clericis, & censum ab eis exigere prohibetur d. §. archidiaconus, cum cap. sequente.

VIII. Regula: Quolibet triennio per diœcesim tenetur visitare parochias. cap. j. §. fin. de officio archidiaconi.

IX. Regula: Quæ corrigenda in diœcesi videt, corrigere ac emendare potest ac debet. d. §. fin. & cap. ad hæc. vij. §. §. item in epistola. eod. tit. Vbi excipiuntur ardua negocia.

X. Regula: Non nisi semel in anno ad ecclesias visitandas accedere debet. Quæ regula approbatur simul & distinguitur cap. mandamus. vj. de officio archidiaconi.

XI. Regula: Officium archidiaconi circa Euangelium legendum & missam celebrandam exponitur c. officium. ij. e. tit. & dist. xxv. cap. j. §. hi sunt ordines. vers. quis leuitarum.

XII. Regula: Omne officiū ecclesiasticum prouidendo lectiones aut responsoria in matrice ecclesia dare debet ac auscultare

auscultare.d.c.officium.ij. §. omne.& d.vers.quis leuitarum.

XIII. Regula: Acolytos ordinare debet.d.cap.ij.§.fin.

XIIII. Regula: Custodia vasorum ecclesiæ ad archidiaconum pertinet.cap.ea quæ.iij.

XV. Regula: Curam animarum sine licentia episcopi nemini committere debet.cap.cum satis.iiij.d.tit.

XVI. Regula: Ius excommunicandi sine authoritate episcopi nō habet.c.archidiaconis.v de officio archidiaconi.

XVII. Regula: Iurgia singulorum audire debet.ca. ad hæc.vij.§.archidiaconus.vers. & audire.d.tit.

XVIII. Regula: Instructio corporalis tam super beneficiis quàm etiam dignitatibus ad archidiaconum pertinet. d.cap.vij.§.in quadam verò nostra.

XIX. Regula: Examen clericorum ordinandorum ad archidiaconum pertinet. d. §. in quadam.& cap. vt nostrum. ix.vers.& illos examinare.eod.tit.

XX. Regula: Archidiaconus repræsentat ordinandos episcopo.d.cap.ix.& d.§.in quadam.

XXI. Regula: Archidiaconus ponit abbates & abbatissas in sede.d.cap.ix.in fine.

XXII. Regula: Archidiaconus in monasteriis iurisdictionem non habet, nisi quantum tribuit ei generalis vel specialis consuetudo cap.vlt.de officio archidiaconi.

XXIII. Regula: Archidiaconus non dat commendatitias ad ordines.c.significasti.viij.eod.tit.

XXIIII. Regula: Non nisi diaconus in archidiaconum ordinandus, per ea quæ habentur j. de archipræsbyteris, reg.ij.

XXV. Regula: Archidiaconus, si episcopus negligens fuerit, à clero eligi potest. distinct. lxxxix. cap. volumus. §. hinc colligi. Hæc de archidiaconis, quorum tamen plura officia enumerantur distinct. xxv. capit. j. §. hi sunt ordines vsque ad §.archipræsbiter.

DE ARCHIPRÆSBYTERIS. & decanis.

I. Regula: Archipræsbyteri à multis decani appellantur. cap. ad hæc. vij. §. archidiaconus. vers. archipræsbyteri. de officio archidiaconi.

II. Regula: Non nisi præsbyter aut diaconus in archipræsbyterum vel decanum est ordinandus distin.lx. c.j. cap.

nullis præpositum.c.innouamus,in prin.

III. Regula: Archipręsbyter subest archidiacono.d.vers. archipræsbyteri.& cap.j.de officio archipræsbyteri. distinct. xxv.cap.j.§.archipræsbyter.

IIII. Regula: Archipræsbyter vicem absentis episcopi gerit in prouidendo, vt sacerdotes suum faciant officium,& in aliis.c.j.vers. & in episcopi sui absentia. c. ministerium. ij. §.si episcopus.c. officium.iij.in princ.de officio archipræsbyteri.& distinct. xxv. cap.j.§.archipræsbyter.vers. & quando.

V. Regula: Archipræsbyter præest præsbyteris & præsbyteralibus officiis.d.c. j.vers.& quod specialiter.item d.§. archipræsbyter.vers.& quod specialiter.

VI. Regula: Assiduè in ecclesia stare debet, collectam dicere,aut alij iniungere.d.cap.j.vers.& assiduè in ecclesia. & d.§.archipræsbyter.vers. & assiduè.

VII. Regula: Prouidere debet, vt officium sacerdotum cardinaliũ in communicatione corporis & sanguinis Christi & aliis similibus ritè expediatur. cap. ministeriam. ij. in princ.d.tit.

VIII. Regula: Prouidere debet, vt vita sacerdotũ cardinalium sit honesta & decens.d.c.ij.vers.prouideat etiam.

IX. Regula: In præcipuis festiuitatibus aut ipse missam celebrabit,aut alij celebrandam committet.d.c. ij. §.fin.& c. officium.iij.in prin.eod.tit.

X. Regula: Episcopo missificante,curare debet, vt sacerdotes ad missam solenniter procedant.d.c.iij.§.quando verò.

XI. Regula: Officia archipræsbyteri circa infirmos,pœnitentes,conuertendos & infantes exponuntur d. cap. iij.§. debet etiam.

XII. Regula: Archipræsbyter ruralis præsbyterorum & laicorum plebaniæ suæ curam gerit contra decretum tamen episcopi nihil ordinare potest.cap.vlt.d.tit.

DE PRÆSBYTERIS.

I. Regula: De nomine & proprio præsbyterorum, habetur distinct.xxj.cap.j.§.præsbyter.& distinct.lxxxiiij.c.vltim.

II. Regula: De origine præsbyterorum disseritur d.c. vlt. vers.Moysi præcipitur. & distinct.xxj.cap.in nouo.§.fin.

III. Regula: Præsbyteri exæquantur episcopis.d.§.præsbyter. vers.vnde & apud veteres.item distinct. xciij. cap. legimus.distin.xcv.c.olim.c.cccc. §. præsbyteri. vers. quoniam ipsi præsbyteri. & cap.episcopus.

IIII. Re-

IIII. Regula: Præſbyter epiſcopo debet obſequi diſtin. lxxx.c.non debere.verſ.ſimiliter.diſt.xciij.cap.à ſubdiacono. verſ.porrò pontifici.diſtin.xcv.c.non oportet.Et ſine ipſo nihil peraget.Apoſt.canon.xxxviij.Quomodo autem epiſcopo ſubeſſe & obſequium ei præſtare teneatur, definitur d.diſt. xcv.in princ.& cap.olim.verſ.ſicut ergo præſbyteri.

V. Regula: Præſbyteri repræſentant ſenatum ecclesiæ. xvj.quæſt.j.cap.eccleſia. Præſbyteri quē repræſentent.

VI. Regula: Præſbyter virgines conſecrare inconſulto epiſcopo & chriſma conficere prohibetur xxvj.q.vj. c. j.& c. præſbyter.Concordat.j.reg.xvj.

VII. Regula: Pœnitentes præſbyter abſoluere non poteſt.cap.j.

VIII. Regula: Præſbyter non poteſt conſecrare altare,nec benedicere plebi aut pœnitenti. d.q.vj.ca.miniſtrare.

IX. Regula: Præſbyteri indocti non contemnendi. cap. cum ex iniuncto.xij.§.licet autem.de hæreticis.

X. Regula: Præſbyter habens populum, debet habere clericum, qui ſecum cantet, ac in aliis eum adiuuet. cap. vt quiſque.iij.de vita & honoſtate cleric.

XI. Regula: De parochiano alieno, qui proprio ſacerdote contempto diuina audire vult, non admittendo cauetur c.vt dominicis.ij.de parochiis.xiij.quæſt.j.cap.j.

XII. Regula: Præſbyteri officium exponitur diſtin.xxv. cap.j.§.præſbyterum. De præſbyterorum officio.

XIII. Regula: Monita vitæ à præſbyteris inquirenda. d.diſtinct.xxv.c.audire.verſ.monita autem.

XIIII. Regula: Caſtitas à præſbytero nouenda. diſtinct. xxviij.cap.quando.

XV. Regula: De pœna præſbyteri caſtitatem non ſeruantis cauetur diſtin.xxviij.c. præſbyter. & c. præſbyter. De qua re vide plura s.cap.v.reg.lxj.& j.de decanis,reg.xiiij.

XVI. Regula: Chriſma præſbyter ab epiſcopo petere debet.diſtinct.xcv.cap.præſbyteri. Concordat s.reg.vj.

XVII. Regula: Præſente epiſcopo præſbyter concionari poteſt.diſt.xcv.c.ecce ergo.c.eſto ſubiectus. §. peſſimæ.

XVIII. Regula: Præſente epiſcopo præſbyteri infantes ſignare non debent.d.diſtinct.xcv.cap.penult.

XIX. Regula, Præſente epiſcopo præſbyteri offerre non poſſunt,nec panem ſacrificatum dare, calicémue porrigere.d.diſtinct.xcv..cap.vlt.

XX. Regula: Ne præsbyteri incedant nisi stola aut orario induti, cauetur xvij.q.iiij.c.vt præsbyteri.

XXI. Regula: præsbyteri secundis nuptiis interesse prohibentur xxxj.q.j.c.si qua fuerit.§.fin.cum c.sequente.

XXII. Regula: Præsbiter hostiam pro infirmis semper debet habere paratam.de consecrat.dist.ij.c.præsbyter.

De ordinandis presbyteris. XXIII. Regula: Non baptizatus in præsbyterum non est ordinandus. j.q.j.c.si præsbyter. item De præsbytero non baptizato c.j.& c.vlt.

XXIIII. Regula: Diaconus, non subdiaconus in præsbyterum ordinandus.c.j.de clerico per saltum promoto.

XXV. Regula: Præsbyteros instituendi ac destituendi ius ad episcopum pertinet.c.cum & plantare.iij.§.in ecclesiis verò de priuilegiis.

XXVI. Regula: Per castella & modicas ciuitates atque villas præsbyteri sunt constituendi.dist.80.cap.episcopi. vers.sed præsbyteri.& §.fin.item c.illud.vers.cum vbi

XXVII. Regula: De modo præsbyterum ordinandi, & vt orario tempore consecrationis vtatur, cauetur distinct. xxiij.cum præsbyter, cum c.sequente.& c.præterea.

XXVIII. Regula: Ne in ordinando præsbytero episcopus manum tantùm imponat, alio orationem dicente cauetur d.distin.xxiij.c.ex epistola.cum c.sequente.

XXIX. Regula: De libello officiali præsbytero dando, in ordinatione cauetur distin.xxxviij.c.quando.

DE PAROCHIS.

I. Regula: Non nisi in sacris constitutus, qui ad minus sit subdiaconus, in parochum est ordinandus. Quæ regula approbatur simul & distinguitur cap.præterea. v.de ætate & qualitate.

II. Regula: Non nisi idoneus moribus, scientia, & qui vicesimumquintum annum ingressus est, in parochum est ordinandus.c.licet canon.xiiij.de electione, in vj.

De tēpore promotionis, parochi ordinati, in sacerdotē. III. Regula: Parochus ordinatus residere personaliter tenetur.d.c.licet canon.xiiij.§.is etiam.

IIII. Regula: Parochus ordinatus intra annum sacerdos fieri debet sub pœna priuationis.d.§.is etiam.vers.& intra annum. Concordant ea quæ habentur s̃.c.vij.reg.lix. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ecclesia sit collegiata.c. statutum.xxij.eo.tit. Altera exceptio est: Nisi episcopus loci cum parocho studiorum causa dispensauerit. Quæ exceptio approbatur certo modo c.cum ex eo.xxxiiij.eod.tit. Tertia

exceptio est: Nisi annus nondum sit completus.c.commissa. xxxv.in prin.eod.tit.Quarta exceptio est: Nisi ex iusta causa fuerit impeditus,quo minus intra annum parochus sit factus.d.c.xxxv.§.annus autem. Quinta exceptio videtur:Nisi anno elapso eadem ecclesia eidem rursus conferatur. Sed reprobatur d.c.xxxv.§.porrò. Postremò, si intra annum sacerdos factus non sit, præter priuationem fructus quoque perceptos tàm consumptos quàm adhuc extantes.restituerẽ tenetur, & ordinator ecclesiam debet præstare indemnem. d.cap.xxxv.§.cæterùm.

V. Regula: Ne parochialem ecclesiam parochus alicui constituto in legitima ætate & sacerdotio, neque vltra sex menses commendet,cauetur c.nemo xvj.de electione,in vj.

DE DIACONIS SEV LEVITIS.

I. Regula: De nomine horum differitur distin. xxj.cap. j.§.leuitæ.

II. Regula.De origine diaconorum legitur distinct.xxj. in princ.§.leuitas.

III. Regula: De modo ordinandi diaconum cauetur distin.xxiij.c.diaconus.

IIII. Regula: In iis ordinandis manus eorum chrismate perungi non debent.distin.xxiij.c.præterea.

V. Regula: Septem ordinandi. dist.93.c.diaconi qui.& c. diaconi septem.

VI. Regula: Diaconi subesse debent præsbyteris,non se illis præferre.distin.93.ca.à subdiacono.§.porrò.cap.diaconi septem.§.vt igitur.c.peruenit.c.non oportet.c.diaconi.c.diaconus.c.nonnulli.c.legimus.c.dominus.Huius regulæ exceptio est: Nisi diaconus locum metropolitani sui obtineat.d. distin.93.cap.vlt.

VII. Regula, De officio diaconi circa albam, habetur d. distin.93.c.diaconus,in fine.

VIII. Regula:Compagis diaconus vti non debet.dist.93. cap.peruenit.

IX. Regula: Diaconi nihil eorum quæ decreta sunt primis ordinibus, sibi debent vindicare, vt baptisma, eucharistiam,& ca.dist.93.c.diaconos.ca.peruenit.cap.non oportet, Cuius exceptio est in tempore necessitatis, d.distin.93.cap. præsente.

X. Regula: De inquirendis à diacono iis quæ ad cultum ecclesiæ & disciplinam eius pertinent, cauetur distinct. 93.

cap. diaconi ecclesiæ.

XI. Regula: De episcopo à diaconis custodiendo cauetur distin.93.c.diaconi qui.

XII. Regula: Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine diacono episcopus viuere non debet. d.distin.93. cap.diaconi sunt.

XIII. Regula: Diaconi ministrant sacerdotibus.distin. xxv.c.j.§.ad diaconum.

XIIII. Regula: Diaconus sinistrum tantùm humerum orario ambit.distin.xxv c.audire,in fine, cum c.sequente.

XV. Regula: De cœlibatu diaconorum cauetur distin. xxviij.c.quando.c.præterea,cum ca.sequente.dist.xxxij.cap. eos qui. Contradicit d.dist.xxviij.ca.præsbyter.ca.diaconi.in prin. Huic obiectioni respondet Gratianus d.c.diaconi.vers. sed quod de electione.

DE SVBDIACONIS.

I. Regula, De nomine horum, habetur distin.xxj.cap.j.§. hypodiacones.

II. Regula: Subdiaconi oblationes à fidelibus suscipiunt, & diaconis superponendas altaribus deferunt. d.§.hypodiaconus.vers.oblationes enim in templo.

III. Regula: Calicem & patenam ad altare deferunt, diaconis tradunt, vrceolum quoque & aquam, manile & manutergium tenent,& c.distin.xxv.ca.j.§ ad subdiaconum. dist.xxxiij.c.j.§.deseruientes.

IIII. Regula: Ne sacrarium ingrediantur. cauetur dist. xxiij.c.non oportet.

V. Regula: Orariis vti non debent, nec hostias derelinquere.dist.xxiij.c.ministrum.

VI. Regula: Rem consecratam alij ne porrigat.distinct. xxiiij.cap.j.

VII Regula: Modus ordinandi subdiaconum exponitur distin.xxiij.c.subdiaconus.

VIII. Regula: De castitate à subdiacono vouenda & seruanda cauetur distin. xxviij.in princ.cum cap.sequente.& cap.decernimus.c.de his.item distin.xxxj.cap.j.ca.vlt.in fine. & distin.xxxij.c.j.cum c.sequente. cap.de illo. cap.subdiaconibus.cap.feriatim.vers.vel si quis ex.

IX. Regula: Sacer est ordo subdiaconorum: & quod de diaconis statutum est, idem de subdiaconis quoque est intelligendum.c.miramur.vij.de seruis non ordinandis.

X. Regu

X. Regula : Subdiaconus non debet esse minor viginti annis. distin. lxxvij. cap. subdiaconus. Plura de hac regula vide s̄.c.iiij.q.ij.reg.xxxvj.

DE ACOLYTHIS.

I. Regula : De nomine, vsu & officio acolythorum disseritur dist.xxj.c.j.§.acolythi. dist.xxv.c.j.§.ad acolythum.dist. xxxiij.c.j.§.deseruientes.

II. Regula: De modo ordinandi acolythum cauetur dist. xxiij.c.acolythus.

III. Regula : Acolythus rem à præsbytero consecratam alij ne porrigat.dist.xxiiij.cap.j.

DE EXORCISTIS.

I. Regula : De nomine & officio horum disseritur distin. xxj.cap.j.§.exorcistæ.

II. Regula, itidem de horum officio, habetur distin. xxv. cap.j.§.ad exorcistam.

III. Regula : De modo ordinandi exorcistam cauetur distin.xxiij.c.exorcista.

IIII. Regula : Exorcizare non licet, nisi iis qui ab episcopo ad id sunt promoti. distin.lxix.cap.vlt. & de consecrat. dist.j.c.j.§.si autem vt legitur.

V. Regula : Exorcismi vsus est in baptismo. de quo vide j̄.lib.prox.cap.de Sacramentis. Item si parietes ecclesiæ sint mutati.d.dist.j.cap.si motum.vers.si parietes.

VI. Regula : Exorcismus dæmonia eiicit. de consecrat. dist.iiij.cap.sacerdotes.

DE LECTORIBVS.

I. Regula : De nomine & Officio lectorum disseritur dist. xxj.c.j.§.lectores.& dist.xxv.c.j.§.ad lectorem.

II. Regula : De modo ordinandi lectorem cauetur dist. xxiij.cap.lector.

III. Regula : Lector orario vti non debet. distin.xxiij.c. non oportet

IIII. Regula : Lector debet esse vigintiquinque annorum.xx.q.j.c.placuit, in fine.

DE PSALMISTIS SEV cantoribus.

I. Regula, De definitione ac diuisione cantorum, habetur distin.xxj.c.j.§.cantor.§.lectores.

II. Regu-

II. Regula: De horum officio cauetur distinct. xxv. cap. j. §. ad psalmistam.

III. Regula: Psalmista orario vti non debet. distin. xxiiij. cap non oportet.

IIII. Regula: De modo ordinandi cantorum cauetur dist. xxiij. cap. psalmista.

De cantus obseruatione. V. Regula: An & quid quoquo tempore in ecclesia cantandum, vide j. lib. prox. cap. ij.

DE PRIMICERIO.

I. Regula, De officio primicerij circa acolythos, exorcistas, cantores atque lectores & alia, habetur dist. xxv. cap. j. §. ad primicerium.

II. Regula, itidem de officio primicerij habetur c. vnico, de officio primicerij.

DE THESAVRARIO

De officio thesaurarij habetur distinct. xxv. cap. j. §. ad thesaurarium.

DE SACRISTA.

De huius officio habetur c. vnico, de officio sacristæ.

DE CVSTODE.

De huius officio cauetur cap. j. cum cap. sequente de officio custodis.

DE OSTIARIO.

I. Regula, De nomine & officio ostiariorum, habetur dist. xxj. c j. §. fin distinct. xxv. ca. j. §. ad ostiarium. Nouell. 133. §. & primum quidem. & § quod si illi.

II. Regula: Ne ostiarius orario vtatur, cauetur dist. xxiij. cap. non oportet.

DE VICARIO ET OFFICIALI.

I. Regula: Vicario regulariter quidem vti licet, per ea quæ proposita sunt s. lib. prox. cap. iiij. q. j. except. xvj. replic. j. Verum huius regulæ exceptio prima est: Nisi quis plures habens dignitates ecclesiasticas, vnam vel plures ex iis per vicarios administrare velit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur s. cap. vij. reg. viij. Altera exceptio est: Nisi quis sine rationabili causa residere nolens, vicarium substituat. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur s. cap. v. reg. lxvij. in prin. Tertia exceptio est: Nisi in præsbyterij officio vicarius substituatur. xxj. quæst. ij. ca. vlt. Huius

repli

replicatio est: Nisi ordinarius præsbyter studiorum causa absit: hoc enim casu per septennium vicario vti potest.cap. cum ex eo.xxxiiij.§.porrò septennio.de electione,in vj.

II. Regula: Vicarius non potest substituere alium vicarium,nisi ex speciali permissu.c.clericos. iiij. de officio vicarij.c.vlt.§.fin.de officio delegati. Concordant ea quæ habentur s.lib.j.cap.5.de iurisdictione,in prin.

III. Regula: Plures vicarios vnus habere non potest.ca. prouideas.ij.de officio vicarij.

IIII. Regula: Vicarius qui beneficium curatum, vel aliam vicariam fuerit adeptus, vicaria priore priuatur.cap.j. eod.tit.Clement.j.eod.tit. Vicarius quando priore vicaria sit priuãdus.

V. Regula: Vicarius institutus, per successorem instituentis remoueri, vel portione sua fraudari non debet.c.ad hæc. iij.de officio vicarij.

VI. Regula: Compelluntur vicarij ordinarij ecclesiis deseruire per subtractionem prouentuum & vicariarum. cap. vlt.eod.titu.

VII. Regula: Vicarius Papæ in vrbe, non extra iurisdictionem habet.cap.tua nobis.v.eod.tit. Vicarius Papæ vbi iurisdictionem habeat.

VIII. Regula: Ex generali commissione non potest officialis inquirere,corrigere,deponere & punire subditorum excessus.cap.licet.ij.de officio vicarij,in 6.

IX. Regula: Ex generali commissione officialis beneficia conferre non potest.c.vlt.eod.tit.

X. Regula: Vicarius excommunicati excommunicatus non est.cap.j.d. titu. Gesta tamen ab eo rata non sunt.dicto cap.j.§.fin.

XI. Regula: Vicarius personatum ecclesiæ sibi vsurpare non potest.c.illud.vj.de excess.prælatorum.

DE OECONOMO ET VICE DOMINO.

Laici non sunt constituendi œconomi, sed clerici.xvj.q vij.c.in noua. Concordant ea quæ habentur s.cap.viij.q.viij reg.xxvij. Sed & plura de œconomis & vicedominis vide d quæst.viij.reg.xxiij.cum sequentibus.

DE ABBATE.

I. Regula, Quis ordinandus sit abbas? Alterius monasterij monachus non est ordinandus,nisi in monasterio vacante idoneus

idoneus non existat, vel consuetudo loci in contrarium extet. de qua re vide s.cap.proxi.quęst.j.reg.xxiiij. Sed nec clerici in abbates ordinandi.xviij.q.ij.c.peruenit, cum c.seq.

II. Regula, Qualis ordinandus abbas, definitur xviij.q.ij.cap.abbatem.& cap.abbatem, in fine.

De Abbatum electione.

III. Regula, A quibus abbas eligendus? A conuentu est eligendus, nō ab aliis.xviij.q.ij.c.abbas.c.abbatē.c.abbatem. cap.quam sit.§.defuncto.versi. quem sibi propria.cap.abbas. versi.tamen eligant.item xvj.q.vij.c.vlti. Contradicit d.q.ij. cap.j. Cui obiectioni respondet Gratianus d.c.abbas.§.ecce. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi monachi sint indomitæ ceruicis, & effrænatæ superbiæ.d.§.ecce. & d.q.ij.cap. nullam. Altera exceptio est: Nisi religiosis fœminis abbas sit præficiendus.d.q.ij.c.qui.religiosis.

IIII. Regula: De causis ex quibus abbas est remouendus, cauetur xviij.quæst.ij.cap.si quis abbas.

V. Regula: Abbas non à monachis, sed ab episcopo & vicinis abbatibus est loco remouendus. d.c.si quis abbas.vers. ab episcopo in cuius territorio.& d.cap.nullam.

VI. Regula: Abbas est in potestate episcopi. xviij.q.ij.c. abbates, in princ.c.monasteria.c.abbatibus.

VII. Regula: Ne monachos vagari permittat, cauetur d.quęst.ij.c.abbates.§.monachi.versi.aut per loca aliqua.

VIII. Regula: Ne alienum monachum admittat, cauetur d.§.monachi.vers.vel qui monachum.item xix.q.iij.cap. statuimus.versic.discedentem verò.xx. quæst.iiij. cap.vlti.in prin.Apostol.canon.xv.

De obediētia monachorū erga abbates.

IX. Regula: Abbati à monachis obedientia debetur. d.§.monachi.& cap.cum ad vj. §.abbas verò.de statu monachorum.

X. Regula: Vt abbates quolibet anno conueniant, cauetur.d.c.abbates.in prin.versi.qui semel in anno.

XI. Regula: Ne abbas diuersas cellulas, diuersáue monasteria habeat, cauetur xx.q.iiij c.vlt.§.abbati.

XII. Regula: Cum fratribus in conuentu manere debet, atque in officio suo sollicitus esse.c.cum ad vj.§.abbas verò.de statu monachor.

XIII. Regula: De puniendis seu corrigendis abbatibus cauetur cap.vlt.§.si verò abbates.eod.tit. Hæc de abbate, de quo ordinando vide item Nouell.v.§. ordinatione. & Nouell.cxxiij.§.iubemus.

DE

DE PRÆPOSITO.

In præpositum non est ordinandus, nisi præsbyter vel diaconus.dist.lx.cap.nullus.

DE PRIORE.

De officio prioris cauetur cap. cum ad vj. §. prior autem. de statu monachorum.

DE VARIIS ORDINIBVS MONACHORVM, ET PRIMVM de mendicantibus.

I. Regula, De mendicantibus,habetur cap.vnico,de religiosis domibus, in vj.

II. Regula de iisdem habetur cap. vnico, de excess. prælator. in vj.

III.Regula de iisdem habetur Clemen.j.de regularibus.

IIII. Regula de iisdem habetur Clementin. cupientes. iij. de pœnis.

V. Regula de iisdem habetur extrauag.commu.vnica,de officio custodis.

VI. Regula de iisdem habetur extrauag. commu. vices. ij.de treuga & pace.

VII. Regula de iisdem habetur extrauag. commun.j.de regularibus.

DE PRÆDICATORIBVS & minoribus.

I. Regula: Hi possunt vbique vel sine licentia prælati prædicare.cap.in iis.xxx.de priuilegiis.

II. Regula de iisdem habetur Clementin. dudum.ij.de sepulturis.

III. Regula habetur extrauag.com.vnica, de iudiciis.

IIII. Regula habetur extrauag. com. super cathedram. ij.de sepulturis.

V. Regula habetur extrauag.com.j.de priuilegiis.

VI. Regula cauetur c.qui ex eo.iij.de pactis in vj.

VII. Regula cauetur c.exiit.iij.de verb.signific.in vj.

VIII. Regula habetur Clement.j.eod.tit.

IX. Regula habetur extrauag. Ioan. XXII. prima. de verborum significat.

X. Regula habetur extrauag. Ioan. 22.quia nonnunquam.ij.eod.tit.

XI. Reg

XI. Regula habetur extrauag. Ioan. XXII. ad conditorem.iij.& vlt.eod.tit.

DE NIGRIS MONACHIS.

De hisce cauetur Clement.j.de statu monachor.

DE TEMPLARIIS ET HOSPITALARIIS.

I. Regula: Hi semel in anno in locis interdictis diuina officia possunt celebrare. Quæ regula approbatur simul & distinguitur s.lib.j.cap.ix.quæst.iiij.reg.j.except.ij.

II. Regula: Hi fratrum suorum defunctorum corpora in locis interdictis possunt sepelire, per ea quæ habentur d. except.ij.repl.iij.dupl.j.

III. Regula: de iisdem cauetur c.porrò.vij.de priuilegiis.

IIII. Regula de iisdem habetur c.tuarum.xj.d.tit.

DE EREMITIS.

I. Regula de eremitis habetur cap.vnico.§.fina.de excessibus prælator. in vj.

II. Regula de iisdem habetur xvj. quæst.iij. cap. prælatum §.contrà.

DE XENODOCHIIS, LEPROsariis, orphanotrophiis & similibus collegiis.

De his cauetur Clement. quia contingit. ij. de religiosis domibus. & M.I.C. libr.iij.cap.vlt.

DE MVLIERIBVS ECCLEsiasticis & sanctimonialibus.

I. Regula: De monasterio fœminarum longius à virorum monasterio ædificando cauetur xviij.q.ij.c.monasteria.

De regimine monasteriorum puellarũ.

II. Regula: Puellarum monasteria monachorum præsidio & ministerio regantur.d.q.ij.cap.in decima.

III. Regula: De colloquio monialium cum monachis interdicendo cauetur d.ca.in decima.versic.sed neque abbatem. & d.quæst.ij.cap.diffinimus.§.fin.

IIII. Regula: Ne cum viris concumbat, cauetur xxvij. quæst.j.cap.nec aliqua, cum cap.sequente.

V. Regula

V. Regula: Ne ſimul cum canonicis & monachis conueniant in clero, cauetur xviij. quæſtione.ij. cap. perniciosſam.§.ſimili modo,

VI. Regula: Ne vir monaſterium monialium ingrediatur, cauetur cap. monaſteria. viij. de vita & honeſtate clericor. cap. vnico, in princip verſic. nullique aliquatenus. de ſtatu regularium, in vj. Concordat item M.I.C. libr.iij. cap.ij.reg.ix.

VII. Regula: Ne moniales monaſterium egrediantur, cauetur d.cap.vnico, in princ. Concordat M.I.C. d.regu.ix. Huius regulæ exceptio eſt: Niſi abbatiſſa præſtandi iuramenti fidelitatis cauſa monaſterium egrediatur.d. cap. vnico.§.verum.

VIII. Regula: Ne ſanctimoniales propria receptacula habeant, cauetur xviij.q.ij.cap.perniciosſam, in prin.

IX. Regula: De pœna corrumpentis virginem ſanctimonialem cauetur xxvij.quæſt.j.cap. ſi episcopus. cap. impudicas.cap.ſi qua monacharum.c.ſciendum. cap. ſi quis rapuerit. Nouell.cxxiij.§.ſi quis aſcetriam.

X. Regula: De conſecrandis & velandis ſanctimonialibus cauetur xx.q.j.c.deuotis, cũ ſequentibus, vſque ad c.vlt.

XI. Regula: Abbatiſſa vel alia ſanctimonialis ſanctimonialem velare prohibetur.xx.q.ij.c.ſtatuimus.

XII. Regula, De profeſſione facienda & veſte profeſſarum, habetur xx.q.j.cap.vlt.xxvij.q.j.cap.omnes.

XIII. Regula, itidem de veſtitu monialium, habetur diſtin.xxiij cap.ſanctimonialis.

XIIII. Regula, De viſitandis monialibus & earum officio, habetur Clement.vltima de ſtatu monachorum.

XV. Regula: Eadem in monialibus, quæ in monachis, iura ſunt obſeruanda.cap.vlt.§.fin.de ſtatu monachor. Concordat M.I.C.lib.iij.cap.v.de mulieribus, reg.j.

XVI. Regula: Veſtimenta altaris & vaſa ſacra mulieres eccleſiæ contingere, & incenſum circa altaria deferre prohibentur diſtinct.xxiij.cap.ſacrata.

XVII. Regula: Sanctimonialis viros in conuentu docere non debet.diſtinct.xxiij.cap.mulier.

XVIII. Regula: Sanctimonialis nuptias cõtrahere prohibetur per ea quæ habentur ĵ.lib. prox.c.de exceptionibus aduerſus nuptias ex perſonis contrah.except.xxx.

XIX. Regula: De orationibus & meritis mulierum eccleſiaſti-

clesiasticarum cauetur distinct.lxxxj.cap.vlt.

DE ABBATISSA ET PRIORISSA.

I. Regula: Abbatissa moniales benedicere, confessiones audire, & publicè prædicare non potest. c. noua quædam.10. de pœnitentiis.

II. Regula: De electione abbatissæ & priorissæ cauetur cap.indemnitatibus.xliiij.de electione,in vj.

DE DIACONISSA.

De ordinatione Diaconissæ.

Diaconissa non nisi quadraginta annorum ,& cum diligẽti probatione est ordinanda. xxvij.quæst.j. cap. diaconissam. Concordant ea quę habentur M.I.C. lib.iij.ca.v.de diaconissis. vbi plures de ea regulæ proponuntur. Sed & plura de ecclesiasticis tum viris,tum mulieribus vide d.cap.v.

DE REBVS ECCLESIAE in genere. Cap. XII.

HActenus de personis ecclesiasticis tàm in genere quàm in specie actum est. Nunc de rebus ecclesiasticis similiter agendum, primùm quidem in genere, hinc in specie.

I. Regula: Res ecclesiæ in nullius bonis sunt,nec quisquã eas tanquam proprias sibi potest vindicare. cap. ratio. iij. de præbendis.xvj.q.vij.c j.§.has verò decimas.vers.sed sint.omnia communia .xxiij.q.vij.c. quod autem. §. si autem priuatim. Concordant ea quæ habentur M. I. C. lib. viij. cap. xij. diuis. iij.§. rerum quæ nullius.

II. Regula: In res ecclesiæ non succeditur iure consanguinitatis.c.j.de præbendis.c. consuluit.xv. de iure patronatus.xvj.q.j.c. in canonibus.§. generaliter.vers. similiter & ij.

De successione rerũ Ecclesiasticarum.

III. Regula: Res ecclesiasticas laicus possidere non potest.xvj.q.vij.in prin.§.laici autẽ. c.j.in prin. c. nullus laicorũ

IIII. Regula: Ecclesiastica laicis non conferenda. nec committenda.d.§.laici autem.&.c.quanuis. xvij.de decimis. item dist.89.c. indicatum.

De rerum Ecclesiasticarum dispositione.

V. Regula: De rebus ecclesiasticis laici disponere vel statuere non possunt.dist. 96. in prin. cum sequentibus.xvj.q.vij.c. nullus laicorum. c.non placuit.c.laicis.c.si quis principum. c.quicunque.§.si ergo. Vbi Gratianus distinctionem adiicit. de qua dicetur ĩ.c.xiiij. Concordant item ea quæ proposita sunt s̃.cap.j.reg. vij.

VI. Regula: Ecclesiastica laicus conferre non potest.ca. dudum.

dudum.xxxj.§.cæterùm. verſ.cum ſacrilegij. de decimis.ca. nullus. xvij. de iure patronatus. Concordat ſ. reg. prox. Sed & plura de regula propoſita vide ſ.cap.vij.reg. xvij.& cap. x. quæſt.ij.reg.v.

VII. Regula : Eccleſiaſticæ res non niſi ab epiſcopo, eiusúe conſenſu conferendæ ac poſſidendæ ſunt.xvj.q.vij. c. congregato.cap. & hoc.§. fin. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ.cap.viij. q.x.reg.j. De collatione rerũ Eccleſiaſticarum.

VIII. Regula : De rebus eccleſiæ adminiſtrandis ac diſtribuendis cauetur d.reg.j. cum duabus ſequentibus : item d. capite viij.quæſt.viij.reg.lxvj.cum ſequente.

IX. Regula : De rebus eccleſiæ vindicandis cauetur xvj. q.iij. cap.j.in in fine.c.inter memoratos.§.fin. item De rebus eccleſiæ alienandis cap.ſi quis.vj.§.fin.

X. Regula: Res ſterilis vel oneroſa eccleſiæ, redhiberi debet authori ſuo.x.quæſt.ij.cap. hoc ius.§.ſicut. Nouell.vij. §.ſicut autem.

XI. Regula : Alienatio rerũ eccleſiaſticarum regulariter prohibetur.c.nulli liceat.v.c.ſi quis.vj.de rebus eccleſiæ alienaudis.extrauag. comm.vnica,eod.tit.c.fraternitatem. ij.de donationib. c.vt commutationes.ij.de rerum permut. c. j. c. cũ nos.iij.& c.tua nuper.viij.de his quę fiunt à prælato.c.hoc conſultiſſimo.ij. de rebus eccleſiæ non alienandis, in vj.x.q. ij.in prin.cum c.ſequẽte.xij.q.ij.in prin.c.apoſtolicos,c. quiſquis.c.nõ liceat.c.indignè.c.Vulteranæ.c.ſtatuimus.c.epiſcopus verſ.ſi quid de eccleſia.c.diaconi. ca. quidquid.c.alienationes.c.abbatibus.c.ſi qua de.c.precarię.c.ſicut.§.his omnibus.c.placuit.c.ſine exceptione,in prin.& §.epiſcopus.xvj.q. j.c.quia iuxta.c.poſſeſſiones.xvij.q.iiij.c.j.c.ratio.xviij.q.ij.c. quum ſit,in prin.x.q.ij cap.ea enim.l.xiiij.verſ. ea enim.C.de ſacroſanctis eccleſiis. Concordat item M. I. C.lib.iij c. vj.de non alienandis rebus eccleſiæ, in princ. Huius regulæ exceptio prima eſt : Niſi emphyteutico iure res eccleſiaſtica fuerit alienata. Quæ exceptio approbatur certo modo x. q. ij. cap.hoc ius.§.perpetua. Nouell.vij.§.emphyteuſin autem.& Nouell.cxx.§.emphyteuſes. Contradicit cap.nulli liceat.v.§. alienationis. verſ.& emphyteuticum perpetuum.cap.ad audientiam.ix.de rebus eccleſiæ non alienandis. c. hoc conſultiſſimo.ij.§.nõ cõcedendo.eod.tit.in vj.extrauag.com.vnica, in prin.verſ.nec non infeudationẽ.eod.tit.Cõtradicit item x. q.ij.cap.de precariis. Ex quibus patet, exceptionem propo- De alienatione rerum eccleſiaſticarũ.

ficam iure pontificio reprobari. Planè admittitur in terra non fertili & de fyluis extirpata.c.ad aures.vij.d.tit.item admittitur in rebus folitis in emphyteufim concedi.d.verf.nec non in feudationem.Huius exceptionis in cafibus iam propofitis approbatæ replicatio prima eft: Nifi emphyteuta biennio continuo non foluerit canonem:hoc enim cafu emphyteufis poteft reuocari.d.§.perpetua.verf.qui rem.Nouel. vij.§.fcire autem. Altera replicatio eft:Nifi emphyteuta rem fecerit deteriorem.d.§.perpetua.verf.qui rem fecerit. Plura de exceptione propofita vide M.I.C. d.c.vj.de nō alienandis reb.except.ij.Altera propofitæ regulæ exceptio eft: Nifi res ecclefiaftica fuerit ad tempus locata.cap.veftra. ij. de locato & conducto. Nouell. cxx. §. locationes. Cuius replicatio prima eft: Nifi vltra triginta annos locatio fit facta. d §. locationes. Quæ replicatio mutatur & coarctatur in triennium, extrauag. comm. vnica, in princ. verf.locationem & conductionem. de rebus ecclefiæ non alienandis. Altera replicatio eft: Nifi ecclefiæ laicis locentur.c.fecundū.vj.in fine. ne clerici vel monachi fæcularibus negociis. Tertia propofitæ regulæ exceptio eft: Nifi res ecclefiaftica pignori fit obligata.Nouell.cxx.§.quod fi vfu veniat.Contradicit d.extrauag. vnica,in prin. verf. hypothecam. Huius exceptionis iure ciuili approbatæ replicatio prima eft: Nifi facra vafa, veftes aut alia donaria ad religionē neceffaria pignori data fint.c.j.de pignoribus.l.xvij.C. de facrofanctis eccl ef.Cuius duplicatio prima hæc eft:Nifi neceffitas vrferit.d.cap.j.verf. nifi iuftiffima neceffitate. Altera duplicatio eft: Nifi pro redemptione captiuorum obligentur.d.l. xvij.verf.excepta videlicet. Altera replicatio eft: Nifi pro alieno debito res ecclefiaftica pignori fit obligata.c. fi quorundam.ij.de folutionib. Quarta exceptio eft:Nifi feudum,de quo antea quis inueftitus eft ei redintegretur. c. per tuas.v.de donat. Quinta exceptio eft: Nifi feudum apertum alij rurfus in feudum concedatur.c.ex parte. ij. de feudis. Sexta exceptio eft: Nifi per tranfactionem res ecclefiaftica fit alienata. c. ftatuimus. ij. c. contingit. iij. de tranfactionibus. Cuius replicatio prima eft:Nifi fine cōfenfu prælati vel fuperioris facta fit tranfactio.d.cap.ij.verf.de affenfu epifcopi.c.veniens.viij.eod.tit. Cuius duplicatio eft,quòd ipfe tranfigens dum viuit,nihilominus obligetur.d.c. viij.verf.ne pacta inter alios.c.de cætero.v.eo.tit. Altera replicatio eft:Nifi clerici de beneficio inter fe

De rebus Ecclefiafticis in Emphyteufim concedendis.

ter se transegerint: hoc enim non licet. c. constitutus.iiij.d. tit.c.cum pridem.iiij.de pactis.c.nō fine.ij.de arbitris.Cuius duplicatio prima est,ꝙ mediatori transactio ista noceat.cap. ex literis. vj. de transactionibus. Altera duplicatio est: Nisi gratis nullo dato vel promisso, transactio de beneficio facta sit,c.super eo.vij. eod. tit. Hæc de secunda replicatione. Tertia propositæ exceptionis replicatio est.Nisi de iure patronatus aliquo accepto sit transactum.c.præterea. ix. d.tit. Quarta replicatio est:Nisi de subiectione spirituali sit trāsactum. c.præterea. x.eod.tit. Hæc de sexta exceptione. Septima exceptio est: Nisi ob æs alienum vrgens res ecclesiastica sit alienata. Quæ exceptio approbatur certo modo x. q.ij.c.hoc ius,in prin. xvij.q.iiij.ca.nullus res. Nouell.cxx.§. sed & hoc.Plura de hac exceptione vide M.I.C.lib.iij.c.vj.de rebus ecclesiasticis non alienandis,excep.vij. Octaua exceptio est: Nisi propter redemptionem captiuorum res ecclesiæ alienentur.x.q.ij.c.j.in fine.xij.q.ij.c.apostolicos,in prin. vers.excepta causa.c.& sacrorum.c.sacrorum.c.sicut omnino.c.aurum.l. xvij. vers.excepta videlicet. C.de sacrosanctis ecclesiis. Concordant item ea quæ habentur M.I.C. d.cap. viij.except.xij.Nona exceptio est: Nisi propter redemptionem terræ sanctæ alienatio sit facta.c.vlt.§.fi.de voto. Decima exceptio est: Nisi in alimoniam pauperum alienatio sit facta.xij.q.ij.c.gloria c.aurum.Distinguitur Apostol.canon. 37.in fine. Vndecima exceptio est:Nisi religionis intuitu res ecclesiastica monasterio alienetur.xij.q.ij.c.si episcopus.ca. vlt.& q.v.c.quia Ioannes.xvj.q.j.c. possessiones.vers.aut monasteriis. Huius replicatio est: Nisi id quod religionis intuitu alienatur, quinquagesimam vel centesimam partem rerū ecclesiæ excesserit.xij.q.ij.c. penult. Duodecima exceptio est Nisi clericis in stipendium datum sit.xij.q.ij.c.sæpe fit. Decimatertia exceptio est: Nisi pro remuneratione obsequij.datum sit.d.ij.c.quicunque.c.ecclesiasticis.xvj q.cap. possessiones.vers. nisi fortè. Cuius replicatio est:Nisi in perpetuū pro renumeratione res immobilis data sit.d.c.possessiones.vers.sic tamen vt hæc.& d.q.j. cap. prædicator.§.illud autem. Decimaquarta exceptio est:Nisi miserationis intuitu serui ecclesiæ manumittantur. xij.q.ij.c.cum redemptor. Decimaquinta exceptio est: Nisi episcopus seruo ecclesiæ à se manumisso quid donauerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur d. q. ij. cap. si quos de seruis. Decimasexta

sexta exceptio est: Nisi peregrinis necessitate exigente largitio sit facta. xvj. q. j. c. possessiones. & c. vlt. in prin. Decimaseptima exceptio est: Nisi in fabricam ecclesiæ donatio sit facta. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur xvij. quæst. iiij. cap. questi sunt. Decimaoctaua exceptio est: Nisi oblata ei quem professionis pœnituit, seu aliâs beneficio priuatur, restituantur. d. quæst. iiij. c. hanc ergo. §. sed notandum & c. quod ad te. iij. §. fin. de clericis coniugatis. Decimanona exceptio est: Nisi oblata ei qui postea filios est sortitus, restituantur. d. q. iiij. c. vlt. §. quam laudabile. Vicesima exceptio videtur: Nisi Papa alienauerit. Sed reprobatur xij. q. ij c. non liceat Papæ. Vicesimaprima exceptio est: Nisi Imperio vel Imperatori res ecclesiastica sit permutata. e. j. de rerum permutat. x. q. ij. cap. hoc ius. §. sed & permutare. Nouell. vij. §. vt autem. vers. finibus ergo. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. d. ca. vj. de rebus ecclesiæ non alienandis, except. j. Vicesimasecunda exceptio est: Nisi alij ecclesiæ res ecclesiastica sit permutata, non alio modo alienata. ca. j. de rebus ecclesiæ non alienandis. c. ad quæstiones. vj. de rerũ permut. x. q. ij. ca. hoc ius. §. sibi inuicem. Concordat M. I. C. d. cap. vj. except. ix. Huius replicatio est: Nisi prębendæ vel dignitates inuicem permutentur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ habentur s̄. ea. vij. reg. exvj. Vicesimatertia exceptio est: Nisi ædes ruinosæ aut destructæ alienentur. Quæ exceptio approbatur certo modo x. q. ij. c. hoc ius. §. si quas verò. Concordat M. I. C. d. cap. vj. except. iij. Vicesimaquarta exceptio est: Nisi vsusfructus tantùm rei ecclesiasticæ sit alienatus. x. q. ij. c. si œconomus, cum c. sequente. l. xiiij. §. sanè ne omnis. C. de sacrosanctis ecclesiis. Concordat M. I. C. d. c. vj. except. iiij. Cuius replicatio habetur Clement. j. de reb. ecclesiæ non alienandis. Vicesimaquinta exceptio est: Nisi res mobilis, non soli sit alienata. Quæ exceptio constat ex prædictis canonibus, quibus tantùm immobilium rerum alienatio prohibetur. Cuius replicatio prima est: Nisi mancipia vel coloni adscriptij alienentur. Nam horum alienatio specialiter prohibetur, certo tamen modo. cap. mancipia. iij. & c. iniustum. iiij. de rerum permutat. x, q. ij. c. j. xij. q. ij. cap. iniustum. Altera replicatio est: Nisi vasa sacra, vestes, aut alia donaria ad religionem necessaria fuerint alienata. d. c. j. vers. vel vasa. item xij. q. ij. c. Augustin. c. Apostolicos. item extrauag. com. vnica, in prin. vers. & preciosa mobilia. de rebus ecclesiæ non alienandis.

alienandis. Concordant item M.I.C.d.cap.vj.except. v. repl. iij. Huius replicationis duplicationes vide s. except iij.repl. j. Tertia replicatio est: Nisi cum quis iuramentum præstitisset de non alienandis rebus ad mensam suam pertinentibus, nonnullas res mobiles ad mensam pertinentes, vel de quibus dubitatur an ad mensam pertineant, alienauerit.ca. vt super. viij. de rebus ecclesiæ alienandis. Vicesimasexta exceptio est:Nisi res alienata inutilis sit,& multis præstationibus onerata.d.c.vt super.viij.§.fin.xij.q.ij.c.hoc ius.§.prædium.c.huiusmodi.§.fin.xij.q.ij.c.non liceat Papæ. vers.nisi tãtummodo.c.fine exceptione.§. fin.c. terrulas,cũ c.sequẽte c.iniustũ.vers.cũ canonica. Nouell.cxx.§.porrò si qua.Vicesimaseptima exceptio est: Nisi res nimiũ remota fuerit alienata.d.c.terrulas.ver.aut longè positas Nouel.131.§.si legatũ. Vicesimaoctaua exceptio videtur:Nisi res ad mensam prælati vel capituli pertinẽs fuerit alienata. Sed reprobatur c.vt super.viij. & c.possessiones. x.in princ. de rebus ecclesiæ non alienandis. Vicesimanona exceptio est: Nisi modica res sit alienata.c.cæterùm.iij.de donationibus.Tricesima exceptio est: Nisi cõsuetudo vel statutũ loci alienationem permittat. Quæ exceptio approbatur certo modo d. c. iij.vers. & illius terræ consuetudo. Cuius replicatio est:Nisi constitutio loci laicorũ sit.c.vlt.de rebus ecclesię non alienandis.Cõtradicit c.fine exceptione.xij.q.ij.Tricesimaprima exceptio videtur: Nisi episcopus alienationi consenserit. Sed reprobatur xvij. q.iiij.c.in vẽditionibus.§.etiamsi.Tricesimasecũda exceptio videtur:Nisi Imperator iusserit alienari.Sed & hęc reprobatur xxiij.q.viij.c.conuenior.Nouell.vij.§.quia verò.Tricesimatertia exceptio est:Nisi Papa permiserit & confirmauerit alienationẽ.xij.q.v.c.quia Ioannes. Tricesimaquarta exceptio est: Nisi ecclesiæ conditio per alienationem melior sit facta. xij.q.ij.c.sicut ecclesia.§.fin.c.sine exceptione. Tricesimaquinta exceptio est:Nisi prælatus alienans de suis rebus tantum det ecclesiæ,quantũ est in re alienata.d.q.ij.c.si quis qualibet.& xij. q.v.c.si episcopus. Tricesimasexta exceptio est: Nisi cum consensu capituli & solenni decreto interueniente facta sit alienatio.c.pastoralis. vij. §.fi.de donationib. x.q.ij.c.huiusmodi.§.quod si necessitas.xvij.q. iiij. cap. nullus res. Nouell.xlvj.lxvij. §.quoniam verò. & cxx. §. verùm enimverò. item §. quidem si. Tricesimaseptima exceptio: Nisi capitulum sciens alienationi non contradixerit. c. con-

tinebatur.ij.de iis quæ fiunt à prælatis.Tricesimaoctaua exceptio:Nisi capitulū alienationem postea ratam habuerit.e. cū nos iij.in fine.eo.tit.Tricesimanona exceptio est:Nisi laicus decimas,quas ab vna ecclesia habet,alij ecclesiæ donauerit.c.cum apostol.vij.eo.tit. Quadragesima exceptio est:Nisi laicus ius suum patronatus,quod in ecclesia habet, eidē vel alij ecclesiæ contulerit.ca.j.in prin.de iure patronatus, in vj. Quadragesimaprima exceptio est,quòd quamuis alienatio facta non valeat, tamen alienans eam retractare non possit. cap. inter dilectos. viij. de donationibus. Quadragesimasecunda exceptio videtur. Nisi alienatio iuramento sit firmata. Sed reprobatur cap. hoc consultissimo.ij.§.contractus autem.de rebus ecclesiæ non alienandis, in vj. Quadragesimatertia exceptio videtur: Nisi longi temporis præscriptione alienatio sit firmata. Sed & hæc reprobatur d. §. contractus autem.vers.nec præscribendi etiam.

REPLICATIONES PRÆCEDENTIVM exceptionum generales.

Hactenus exceptiones aduersus prohibitionem alienationis rerum ecclesiasticarum exposuimus, quarum tamen nonnullæ supersunt replicationes generales siue communes,quæ plerisque istis exceptionibus obiici possunt.Harum prima est:Nisi sine consensu capituli & solemni decreto non interueniente facta sit alienatio. d.ca.hoc consultissimo.ij.in prin.ver.& casibus à iure permissis.Contra dicit tamen glossa ibidem in verbo Non concedendo.Ideóq; replicatio proposita magis videtur reprobanda,quàm approbanda. Altera replicatio est: Nisi sine consensu prælati alienatio sit facta. c.præterea.viij.& c.cum clerici.xj.de censibus.xvij.q.iiij.c.in venditionibus,in prin. Huius duplicatio est in c.j.in prin. de iure patronatus,in vj.De quo dictum s̄.except.40.Tertia replicatio generalis est:Nisi sede vacante nullo defensore constituta alienatio facta sit.ca.j.de rebus ecclesiæ non alienand. in vj. Quarta replicatio est: Nisi princeps aliquis sæcularis res ecclesiæ alienauerit. cap.qui res.ij.de rebus ecclesiæ non alienandis.xij.q.ij.c.de rebus.Quinta replicatio est: Nisi spirituale cum temporali sit permutatum.ca.vlt.de rerum permutat.Sexta replicatio est: Nisi dispensatoribus ecclesiarum liberísve eorum, cognatis vel adfinibus alienatio sit facta. cap. cum clerici. xj. de censib. x. quæst. ij.cap. huiusmodi. §. quibuscun-

quibuſcunque.xvj.q.j.c.in canonibus.§.generaliter.Apoſtol. canon.75.Concordat item M. I. C.lib.iij.cap. vj. replicat. general.ij. Septima replicatio eſt: Niſi ipſa eccleſia ſeu monaſterium alienetur. Quæ replicatio approbatur ſimul & diſtinguitur xvj.q.vij.c.nemini. Concondant ea quæ habentur s.cap.j.reg.x. Sed & concordat M. I. C. d.cap.vj.replic.general.iij.Octaua replicatio eſt: Niſi res alienata ab Imperatore ad eccleſiam fuerit profecta.x.q.ij.c.hoc ius,in prin.Nouell. 120.§.quæ verò.Hæc de vndecima regula,eiúſque exceptionibus ac replicationibus ſint dicta.Sequuntur nunc euentus ac pœnæ prohibitæ alienationis.

XII. Regula: Euentus ac pœna prohibitæ alienationis definitur pro varietate ſpecierum alienationis d. ca. hoc ius. §.qui verò. & Nouell.vij.§.quia verò.

XIII. Regula: De pœna ſuſpenſionis & excommunicationis, & vt de ſuo eccleſiam indemnem præſtet, cauetur ca. qui res.c.ſi quis præſbyterum. vj. de rebus eccleſiæ non alienandis. c. hoc conſultiſſimo.ij.§.& nihilominus, vſque ad §. ex contractibus.eod.tit.in vj.item extrauag.comm.vnica.§. ſi quis autem.eod. tit.x.q.cap.vlt.xij.q.ij. cap. apoſtolicos. §. quiſquis autem.c.de rebus,in fine.c.ſtatuimus,in fine.c.epiſcopus in fine. cap. diaconi. verſ quod ſi fecerint. xvj. quæſt. j.cap. in canonib. §. generaliter. xvij. q. iiij. cap. omnes.cap. nullus res, in fine.

XIIII. Regula,De re alienata vindicanda ſeu reſtituenda,x.q.ij.ca.vlt.xij.q.ij.c.monemus,in fine. ca.quiſquis.§.fin. Quilibet ex clero rem repetere poteſt.d.ca.ſi quis præſbyterum.vj.§.fin.Concordant ea quæ propoſita ſunt s.reg.ix.

XV. Regula: De euictione præſtanda ei,cui res alienata fuerit euicta, cauetur c. ad audientiam.ix.§.fin.de rebus eccleſiæ non alienandis.x.q.ij.cap.hoc ius. §.qui verò. verſ. ſed aduerſus eum. xij.q.ij.cap. Vulteranæ.§.ſit emptoribus.

XVI. Regula: Si res eccleſiaſtica licitè alienata eſt, is cui ea eſt alienata,eam vltra debitum & naturam contractus vſurpare non debet.cap.hoc conſultiſſimo.ij.§.ex contractibus.de rebus eccleſiæ.non alienandis,in vj.

XVII. Regula, De precariis eccleſiaſticis: qualiter fieri debeant,definitur x.q.ij.ca.precariæ à nemine. De renouatione precariorum

XVIII. Regula: De precariis quolibet quinquennio renouandis cauetur d. quæſt.ij.ca.precario de quinquennio. & c.j.de precariis. Huius exceptio videtur: Niſi ita factum

sit precarium, ne nunquam reuocari possit. Sed reprobatur c. de precariis.ij.d.tit.& d.q.ij.c.de precariis. Plura de precariis vide j.lib.v.cap.iij.reg.xxiiij.cum duab.sequentib.

DE DECIMIS, PRIMITIIS. & oblationibus. Cap. XIII.

HActenus de rebus ecclesiasticis in genere actum est: sequitur de iisdem in specie. Sunt autem res ecclesiasticæ perinde ac aliæ, partim corporales, partim incorporales. Incorporales sunt, veluti decimæ, primitiæ & oblationes, quæ in solis ecclesiarum bonis præcipuè numerantur.c.causa.xiij.in prin.de verb.signif.de quibus in hoc capite agetur: & primùm de decimis.

I. Regula: De iure quo decimæ introductæ sunt, cauetur De consecrat. distin.v.c.quadragesima.§.fin.xvj.q.j.c.decimas, in prin.q.iij.c.iubemus.§.decimæ.q.vij.ca.j.§.oportet autem.cap.decimas.

II. Regula, De definitione seu potius descriptione decimarum, habetur c.tua nobis.xxvj.§.verùm si ad. vers.quæ tributa.de decimis.xvj.q.j.c.decimæ,in prin.

III. Regula: De quatuor generibus decimarum iuris veteris cauetur cap.j.in prin.d.tit.

De exigendis & soluendis decimis.

IIII. Regula: Quòd decimæ exigi possint, ac soluendæ sint, cauetur c. parochianos.xiiij.ca.tua nobis.xxvj.§.verùm si ad c.in quibusdam.xxxij.§.fin.de decimis.xvj.q.j.c.reuertimini, cum c.sequente.q.ij. c.admonemus.c.præcipimus.ca.nam qui.q.vij.c.j.§.oportet autem. ca.quicunque.ca.omnes. item dist.xxxij.præter hoc.§.deinde.Huius regulæ exceptiones vide in regulis proximè sequentibus.

Quibus decimæ persoluendæ?

V. Regula: Sacerdotibus decimæ persoluendæ. Que regula ex præcedentibus patet. Cuius exceptio hæc videtur: Nisi sacerdotes mali sint. Sed reprobatur: cap. tua nobis. xxvj.§. penult.de decimis.

VI. Regula: Eius ecclesiæ sacerdotibus, in qua infantes grauati baptizantur,& sacramēta grauatus percipit, decimæ sunt persoluendæ.xvj.q.j.c.de decimis.c.quæsti sunt.c.statuimus.c.in sacris.item de Decimis c.cum contingat.xxix.§.vnde inquisitioni.ca.cum in tua.xxx.§.fin. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi consentiente episcopo alij ecclesiæ soluantur.d.cap.statuimus.§.fin.& d.cap.in sacris. Altera exceptio est:

ptio est: Nisi consuetudo loci aliud introduxerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. cum sint. xviij. cap. ad apostolicæ. xx. de decimis. Tertia exceptio est: Nisi in alio loco prædia, ex quibus decimæ præstantur, sita sint: tunc enim illi ecclesiæ, in cuius territorio prædia sita sunt, decimæ persoluendæ. cap. vlt. de parochiis. Quanquam contradicere videtur xiij. q. j. per totam. Quarta exceptio est: Nisi alius decimas præscripserit, vel iusto titulo adquisierit. cap. cum in tua. xxx. de decimis.

VII. Regula: Non alij quàm cui debentur, decimæ sunt persoluendæ. xvj. q. ij. c. nullus.

VIII. Regula: Ab omnibus regulariter decimæ sunt persoluendæ. ca. à nobis. xxiiij. de decimis. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi clerici vel alij. sint religiosi: hi enim à decimis persoluendis sunt immunes. c. nouum. ij. eod. tit. xvj. q. j. c. de decimis. §. fi. c. questi. c. decimas. §. cæterùm. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi prædia sua non propriis laboribus vel sumptibus. sed per colonos colant: hoc enim casu à decimis immunes non sunt. d. c. questi, in fine. & d. q. j. c. vlt. in fine. Altera replicatio est: Nisi clerici sint coniugati, qui ab aliis clericis spiritualia recipiunt. d. ca. nouum. ij. vers. illi profectò clerici. & ibi glossa. Tertia replicatio videtur: Nisi monachi sint, quibus populus ad regendum non committitur. Sed reprobatur xvj. q. j. cap. cunctis. §. de his verò. Quarta replicatio est in prædiis, quæ clerici & monachi à laicis comparauerunt, d. c. cunctis. §. fi. cum c. sequente. item c. commissum. iiij. c. nuper. xxxiiij. de decimis. ca. statuto. ij. §. cæterùm. eod. tit. in vj. c. quanto. xviij. §. fin. de vsuris. Quinta replicatio est in prædiis conductis, c. dilecti. viij. de decimis. Sexta replicatio est in prædiis veteribus, non de nouo cultis. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. ex parte. x. eo. tit. Declaratur c. quid per. xxj. de verb. signifi. Huius duplicatio prima est: Nisi de nutrimentis animalium & hortis suis: de his enim quamuis veteribus non pręstantur decimæ. d c. x. ver. & de nutrimentis auimalium. Altera duplicatio est: Nisi monachi sint Cistercienses, templarij vel hospitalarij. d. cap. x. vers. sed prædecessor noster. & ca. ad audientiam. xij. eod. tit. Huius duplicationis rriplicatio est: Nisi clericis sui ordinis: his enim decimas debent. cap. j. §. cæterùm dicti. de verb. signif. in vj. & ibi glossa. Plures huiusmodi triplicationes vide in replicationibus præcędentibus & sequentibus:

A quibus decimæ persoluendæ.

puta s̄.replic.iiii. vbi de Cistercienſis ordinis monachis habetur c.nuper.34.de decimis.item j̄.excep.prox.repl.iij.Tertia duplicatio eſt niſi nouale vetus factum ſit. cap. vltim. de priuilegiis.Hæc de prima exceptione.Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi ſpecialiter priuilegiati ſint de decimis non ſoluendis. c. à. nobis.xxiiij.verſ.niſi à præſtatione ipſarum.de decimis,Cuius exemplum eſt.s̄.excep.prox.repl. vj.dupl.ij.Eius autem replicatio prima eſt: Niſi cum priuilegium eſſet impetratum de immunitate noualium, agatur de decimis noualium tempore impetrati priuilegij poſſeſſis c.dudum.xxxj.de priuilegiis.c.ſtatuto.ij.in prin. de decimis, in vj.Alera replicatio eſt:Niſi agatur de decimis ante priuilegium impetratum promiſſis. c.ex. multip'ici. iij. de decimis. Tertia replicatio eſt:Niſi priuilegiati per triginta vel quadraginta annos decimas ſoluerinr. cap. ſi de terra. vj. de priuilegiis.Concordat.s̄.lib.j.cap.iij.de priuilegiis,reg.iij.except.vj. Quarta replicatio eſt:Niſi in certis rebus priuilegiati de aliis rebus conueniantur. d. cap. ſtatuto. ij. §. diœceſani. Cuius exemplum habetur c.ex parte.x. §. fin.c. licet.xj. de decimis. Cui concordant ea quæ propoſita ſunt s̄. except. j. replic.j. Quinta replicatio eſt in prædiis conductis, c. in quibuſdam. xxxij.de decimis.xxv.q.ij.c.vlt.§.fin.Sexta replicatio videtur in prædiis poſtea adquiſitis & noualibus.Sed reprobatur cap. quia circa.22.de priuilegiis.c.ex parte. 27.de decimis. Septima replicatio eſt: Niſi princeps. aliquis laicus priuilegium immunitatis conceſſerit.c.tua.xxv.in prin.eod.tit.Octaua replicatio eſt: Niſi priuilegiatorum bona nimium creuerint.c. ſuggeſtum.viiij.eod.tit. Hæc de ſecunda exceptione. Tertia exceptio videtur in Iudęis,qui miniſterio eccleſiaſtico Chriſtianorum non vtuntur.Sed reprobatur c.de terris.xvj.de decimis.c.quanto.xviij.§. fin. de vſuris. Quarta exceptio eſt in leproſis, c. cum dicat.ij. §. fin. de eccleſiis ædificandis. *Hæc* de octaua regula.

IX. Regula:Vtrum dominus an colonus decimas ſoluere teneatur.definitur cap. tua nobis. xxvj. §. & cum de cunctis. de decimis.

De quibus rebus decimæ persoluendæ.

X. Regula: De omni fructu tam mobilium quam immobilium rerum decimæ ſunt perſoluendæ. d. §.& cum de cunctis.& c.peruenit.v.item cap.nuncios. vj.cap. ex parte.xxj. c. non eſt xxij.& c.ex tráſmiſſa.23.eo.tit.item xvj.q.quicunque cap.omnes in princ. Huius regulæ exceptio prima videtur

infru

in fructu prædiorum,quæ quis ita comparauit,ne ex iis soluerer decimas. Sed reprobatur xvj.quæst.j.cap.si quis laicus. cap.de decimis.§.sed & illa. Altera exceptio videtur in fructibus, quorum decimæ per multos annos non sunt solutæ. Sed & hæc reprobatur cap.cum in tua.xxx.de decimis. Tertia exceptio videtur in fructib.noualiũ. Sed & hæc reprobatur cap.quoniam.xiij.& cap.ex parte. xxvij.eod.tit. Quarta exceptio videtur in fructibus seu lucris artificiorum, negociationis, vel militiæ. Sed & hæc reprobatur cap.pastoralis. xxviij.§.ad quod respondemus. versi.& de residuo.eod.titu. xvj.quæst.j.cap.decimæ.§.de militia. Quinta exceptio videtur in censibus atributis. Sed & hæc reprobatur c.cum non sit.xxxiij.§.fin.versi.vel saltem hi.de decimis.

XI. Regula: Decima pars omnium frugum debetur.cap. j.in pcin.& cap.cum homines.vij.de decimis. Quantum decimarũ nomine soluendũ.

XII. Regula: Non deductis expensis decimæ persoluendæ.d.vap.vij.& cap.non est.xxij.§.fin.versi. antequam vllas.cap.tua nobis.xxxj.cap.pastoralis.xxviij.eod.titu. Huius regulæ exceptio est: Nisi ex lucro pecuniæ negociationis decimæ sint persoluendæ.d. cap. xxviij. versic.licet circa res adquisitas.

XIII. Regula: Decima beneficiorum alicui concessa, ei debetur secundum taxationem eius loci consuetam, & monetam currentem. Clement.si beneficiorum.ij. in princ. de decimis.extrauag.com.vnica,eod.tit.

XIIII. Regula: Statim collectis fructibus decimæ soluendæ.cap.cum homines.vij.d.tit. Quando decimæ persoluẽdæ.

XV. Regula: Ante solutionem tributorum ac censuum decimæ soluendæ.cap.cum non sit.xxxiij.d.tit.

XVI. Regula: De nihil dando pro decimis cauetur xvj.quæst.vij.cap.decimas. Euentus solutionis decimarũ.

XVII. Regula: Vt captis pignoribus decimæ exigantur. Hæc regula recipit exceptionem in calicibus,libris & ornamentis ad diuinum cultum deputatis. Clemen.si beneficiorum.ij.§.nec per.de decimis.

XVIII. Regula: De pœna excommunicationis non soluentium decimas cauetur xvj.quæst.vij.cap.omnes.§.fin. Concordant ea quæ habentur s.reg.iiij.

XIX. Regula: Cum decimæ non soluuntur,annonæ caritas & indictio fisci euenit.xvj.quæst.j.c.reuertimini.§.quia mihi.quæst.vij.cap.maiores.

XX.Reg

XX. Regula: De pœna fraudis, quæ fit ab exemptis circa decimas, cauetur Clement.j.de decimis. Hæc de soluendis decimis sint dicta.

De distribuẽdis decimis. XXI. Regula: De persona distribuentis decimas & modo cauetur xvj.quæst.vij.cap.j.§. has verò decimas. distinct. xxxij.cap.præter hoc.§.deinde.versic. & vt ipse. Plura de distribuendis decimis vide s̃.cap.viij.quæst.viij. reg. xlvj.cum reg.sequente.item quæst.10.reg.j.cum sequentib.

De conferendis decimis. XXII. Regula: Laicis decimæ non sunt conferendæ. cap.ad hęc.xv.cap.quamuis.xvj.& c.prohibemus.ix.de decimis.j.quęst.iij.cap.peruenit.xvj.q.j.c.vlt.§.quod autem.q.iij. c.iubemus.§.item decimæ.q.vij.in princ.§.laici autem.c.j.in prin. Huius regulæ exceptio est: Nisi episcopus loci consenserit.d.§.quod autem.vers.episcopo tamen loci. Contradicit tamen d.quæst.vij.cap.peruenit.

XXIII. Regula: Monachis decimæ concedi possunt. xvj.quæst.j.cap.vlt.in prin.

XXIIII. Regula: Laici decimas aliis conferre non possunt.cap.dudum.xxxj.& cap.vlt.de decimis.

Qd quãtúmq; cẽseatur esse collatum? XXV. Regula: Decimis collatis, noualium decimæ non debentur.cap.tua.xxv.§.fin.ca.cum contingat.xxix. de decimis.& cap.statuto.ij.§.fin.d.tit.in vj.

XXVI. Regula: Priuilegium decimas noualium concedens pro ea portione, qua veteres contingunt priuilegiatos, quid quantúmque contineat, definitur d. cap. statuto. ij. in princ.

XXVII. Regula: Priuilegiati super decimis recipiendis, ecclesiis parochialibus gratis assignare debent portionem pro debitis oneribus supportãdis.d.c.statuto.ij.§.vbi autem. Hæc de decimis. Sequitur de primitiis & oblationibus.

DE PRIMITIIS.

XXVIII. Regula: Origo primitiarum exponitur cap.j. §.at verò.de decimis.

De primitiis exoluendis. XXIX. Regula: Primitiæ perinde ac decimæ sacerdotibus sunt soluendæ.dist.xxxij.c.præter hoc.§.deinde. Quantum autem primitiarum nomine soluendum, definitur d.§. at verò.versi.traditionem.quoque.

XXX. Regula: Primitiæ perinde ac decimæ sunt in dispositione episcopi.d.§.deinde.versic.& vt ipsæ.

XXXI. Regula: Pomorum primitiæ episcopo & præsbyteris

sbyteris domum mittuntur, non super altare. Apostol. canon. omnium. iiij.

XXXII. Regula: Primitiæ inter diaconos & alios clericos diuidendæ. d. c. omnium. iiij. §. manifestum.

DE OBLATIONIBVS.

XXXIII. Regula: Definiantur oblationes cap. causa. xiij. §. oblationes. & cap. cum inter. xxix. de verbor. signific. xij. quæst. j. cap. videntes. versi. ipse enim.

XXXIIII. Regula: Solius ecclesiæ bona sunt primitiæ, decimæ & oblationes. d. c. xiij. in prin.

XXXV. Regula: Ad missarum solennia omnes aliquid Deo debent offerre. De consecrat. distin. j. c. omnis Christianus. Concordat xvj. q. j. c. reuertimini. Item pro eo qui pœnitens morte præuentus est, antequam sacerdotem habere potuit à quo absolueretur, oblationes sunt faciendæ. per ea quæ habentur j. reg. xlj. except. j. De oblationibus Deo faciendis.

XXXVI. Regula: Semel oblatum Deo non est reuocandum nec retinendum. xvij. q. iiij. cap. sunt qui opes, cum cap. sequente Sacrilegium. xiij. q. ij. cap. clerici.

XXXVII. Regula: Excommunicantur, qui defunctorum oblationes retinent, nec soluunt. xiij. q. ij. c. qui oblationes. qui oblationes. cap. clerici.

XXXVIII. Regulæ: Oblationes diffidentium fratrum non accipiendæ. distinct. xc. cap. oblationes. c. neque.

XXXIX. Regula: Oblationes eorum qui pauperes opprimunt, non accipiendæ. d. ca. oblationes. & cap. eorum. ead. distinct. 90.

XL. Regula: Oblationes ex reb. turpiter quæsitis non accipiendæ. xiiij. q. v. cap. immolantis. Vide item j. de eleemosynis. Contradicit d. quæ. v. cap. scriptum. §. econtrà. Soluitur hæc obiectio ibidem c. sequente Dixit.

XLI. Regula: Oblationes iniustorum non accipiendæ. d. cap. scriptum.

XLII. Regula: Oblationes eius qui filium suum exhæredauerit, non accipiendæ. xvij. q. iiij. c. vlt. in prin.

XLIII. Regula: Oblationes excommunicati vel pro excommunicato factæ non sunt recipiendæ. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. lib. j. cap. viij. quæst. 10. reg. xviij. Sed & huius regulæ exceptio est: Nisi excommunicatus pœnitens, antequam absolueretur,

ueretur, morte fuerit præuentus, dum sacerdotem inuenire non potuit.xxvj quæstione sexta.cap. si aliquis, in princ. & quæstione septima.cap.sacerdos.§.pœnitentes verò. Vide insuper plures exceptiones infra libr. proxi. cap.vij.de eleemosynis, reg.vij.

XLIIII. Regula: Religiosis seu monachis oblatum episcopus vsurpare non debet.c.nimis.xvj. de excessib.prælator.

XLV. Regula: Oblationes ad dispositionem episcopi pertinent, sine cuius consensu ab aliis non sunt vsurpandæ. xvj.q.j.c.in canonib.c.quia iuxta.§.cum ergo.

XLVI. Regula: Oblationes laicis non concedendæ: cap. causa.xiij.§.quicunque igitur.de verborum significatio.10. quæst.j.cap.quia sacerdotes.c.sanctorum.ca.hanc consuetudinem. Concordant item ea quæ habentur s.reg.xxij.

DE IVRE PATRONATVS.
Cap. XIIII.

HACTENVS de decimis, primitiis & oblationibus actum est. Nunc de iure patronatus dicemus.

I. CAVSÆ EX QVIBVS IVS patronatus competit.

I. Causa: Ex constructione ecclesiæ consensu episcopi facta competit ius patronatus.cap. nobis.xxv. in princ.de iure patronatus.

II. Causa: Successione quoque adquiritur hoc ius.de qua re j.quæst.prox.reg.j.dicetur.

III. Causa: Ex cessione hoc ius non competit.de qua re ibidem reg.ij.dicetur.

II. QVIBVS COMPETIT ius patronatus?

I. Regula, De successore vniuersali, vt vasallo. Ad hunc ius patronatus transit cum vniuersitate.c.ex literis.vij.de iure patronatus. Idem est de liberis & propinquis patrono succedentibus.xvj.quæst.vij.cap.filiis.

De cessione iuris patronatus. II. Regula, De eo cui patronus ius suum cessit vel alienauit. Huic non competit.c.quod autem.v.§.fi.& c.quia clerici.vj.c.illud.viij.in prin.c.cum pastoralis.xj.c.de iure.xvj.ca. preterea.xxiij.de iure patronatus.xvj.quęst.vij.c.quicunque.

§.hic

§.hic autem distinguendum. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est; Nisi loco religioso cesserit.d.c.illud.viij. versi.licet religioso.item c.vnico,in prin.de iure patronatus, in vj. Huius exceptionis replicatio est: Nisi sine consensu episcopi loco religioso ius patronatus sit concessum.c.quod autem.v.§.fin.c.cura pastoralis.xj.& cap.nullus laicus.xvij. de iure patronatus. Contradicit d.cap. vnicum,in princ.eod. titu.in vj. Planè propositæ replicationis duplicatio est: Nisi episcopus postea ratum habuerit quod gestum est, vel locus cui concessum est,præscripserit. Quæ duplex duplicatio approbatur d.c.cum pastoralis.xj. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi frater fratri cohæredi ius suum cesserit.c.ex insinuatione.xiiij.d.tit.de iure patronatus.

III. QVÆ SINT IVRA patronatus?

I. Regula, De iure præsentandi. Vacante ecclesia,non nisi ad præsentationem patroni aliquis est instituendus vel ordinandus.xvj.quæst.v.c.j.§.ædificatori verò. quæst. vij.ca.quicunque.§.fin.c.decernimus.c. monasterium.versi.liceátque. item c.illud viij.§.fin.& c.ex insinuatione.xiiij.c.nobis. xxv. §.cæterùm.versic.secus tamen.de iure patronatus. Concordant item ea quæ habentur s̄.c.iiij.q.vj.reg.viij.Huius regulæ exceptio prima hæc est:Nisi conuentualis ecclesia sit quæ vacat. Quæ exceptio approbatur d.§.cæterùm. Concordant ea quæ proposita sunt s̄.c.10.quæst.ij.reg.v. Altera exceptio est: Nisi patronus aliquem antea præsentauerit, vel ecclesiam ei concesserit. Hæc exceptio approbatur quidem ipso iure: verùm eius replicatio prima est: Nisi ecclesia nondum vacante aliquem præsentauerit, vel ecclesiam alicui concesserit: hoc enim casu vacante postea ecclesia non prohibetur alium præsentare. cap. illud.viij.in princ.de iure patronatus. Altera replicatio est: Nisi antea ignorante vel non consentiente episcopo ecclesiam alicui concesserit. Quæ replicatio approbatur cap.cum laici.10.cap. suggestum. xx.& cap.vltim.d.titu. Hæc de secunda exceptione, eiúsque replicationibus sint dicta. Tertia propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi episcopus loci alium antea ad titulum fecerit ordinari. Hæc exceptio reprobatur cap. postulasti. xxx.d.tit. de iure patronatus. Quarta exceptio est: Nisi cum patronus clericus esset, legatus Pontificis præsentationem sibi reser-

referuauerit.cap. dilectus.vj. de officio legati.de qua re vide plura s̄.cap.vij.reg.xxij. Quinta exceptio est:Nisi intra tempus constitutum,postquam ecclesia vacare cœpit. neminem præsentauerit. Hæc exceptio approbatur cap.sicut.ij.§.fi.de supplenda negl.prælator. Tempus autem præsentandi laicis quidem patronis constitutum est quatuor mensium, ecclesiasticis verò sex mensium.cap. vnico.§. verum licet. de iure patronatus, in vj. Sexta exceptio est: Nisi controuersia sit de iure patronatus, quæ intra tempus præsentationi constitutum,non fuerit finita. Hæc exceptio approbatur cap. quoniam.iij.§.fin.cap.si verò.xij.ca.eam te.xxij. & cap.cum propter.xxvij.de iure patronatus.

II. Regula: Ex pluribus patronis singuli alternis vicibus præsentare possunt.Clement.plures.ij.§.&.vt facilius.de iure patronatus.

III. Regula: Plures possunt præsentari,vt ex ijs episcopus vnum eligat. d. Clement. plures.ij.§. fin.

IIII. Regula: Qui & quales præsentandi,vide.s̄.cap.iiij. quæst.ij.&.ca. vij. reg.iiij.cum sequentib.

V. Regula: Seipsum vel liberos suos.patronus præsentare non potest.c.consuluit.xv.& c.per nostras.xxvj.de iure patronatus. Concordant ea quæ habentur s̄.cap. vij.reg. xij

VI. Regula: Patronus à præsentato Nihil potest exigere temporale,nisi quod in ipsa fundatione constat impositum. c.præterea.xxiij.de iure patronatus.c. sicut.ij.de supplenda negl.prælator.

VII. Regula: Si in præsentando patroni discordent: præfertur sententia maioris partis.c.quoniam.iij. de iure patronatus. Huius regulę exceptio prima hęc est: Nisi sine scandalo maioris partis sententia proferri non possit: tunc enim episcopus pro suo arbitrio ordinare aliquē potest. d.c. quoniam. iij.§. si autem hoc. Altera exceptio est: Nisi ex pluribus patronis vnus decesserit pluribus hæredibus relictis: tunc enim isti hæredes omnes vnius duntaxat vocem habent. Clement.plures.ij. in princ eod.tit.

VIII. Regula:Si propter discordiam patronorum ecclesia caret administratore: cessatur in ecclesia à diuinis, tolluntur reliquę,& ostia clauduntur,si aliter sine scandalo ecclesiæ prouideri non potest. c.j.cum c.sequente. de iure patronatus.xvj.q.vij.c.si plures.

IX. Regula: Pręsētatus à patrono, si est idoneus, ab episcopo.

ſcopo eſt recipiendus.c.ſignificaſti.xviij.de iure patronatus. Hæc de præſentationis iure,quod patrono competit.

X. Regula: Ius inſtituendi ac deſtituendi patronus in eccleſia non habet.cap.præterea.iiij.c.quod autem.v.§.fin.cap. querimoniam.ix.cap.cum laici.x.conſuluit.xv.& cap.ſuggeſtum.xx.de iure patronatus.

XI. Regula: Bona eccleſiæ ratione iuris patronatus adminiſtrare non poteſt.d.cap.præterea. iiij. verſ. poſſeſſionem quoque.x.q.j.cap.ſic quidam.cap.nouerint

XII. Regula: Cedere alteri ius ſuum vel eccleſiam patronus non poteſt,per ea quæ propoſita ſunt s̄.q.prox.reg.ij.

XIII. Regula: Patrono debetur proceſſionis honor.cap. nobis.xxv.§.fin.de iure patronatus.xvj q.vij.cap.piæ mentis, in fine.& c Frigentius,in fine.

XIIII. Regula: Si patronus eiusue liberi ad inopiam vrgeant,ab eccleſia illis eſt ſuccurrendum. d. c. nobis.xxv.§. fin. & d.q.vij.cap.quicunque.

XV. Regula: Patronus nihil proprij iuris in eccleſia habet,nec poteſt eius reditus in ſuos vſus conuertere. d. c. piæ mentis,in fine. & d.cap.Frigentius,in fine. & d.c.quicunque. §.fin.item d.quæſt.vij.c.filiis.§.ipſis tamen hæredibus. item cap.ſicut.ij.de ſupplenda neglig.prælatorum.

XVI. Regula: Prouidentia & admonitione epiſcopi à patrono eccleſiæ honorari debent. xvj.quæſt. vij. cap. conſiderandum.

XVII. Regula: Sine conſenſu patroni eccleſia vel eius diſpoſitio non poteſt mutari.d. quæſt.vij. cap. monaſterium. & cap. rationis.

XVIII. Regula: Patronus habet ius prouidendi, & ſollicitudinem pro eccleſia.d.q.vij.c.quicunque.§.fin.cap.filiis. cap. decernimus.

XIX. Regula: Eccleſia inter hæredes patroni non eſt diuidenda.c.j.in prin.de iure patronatus.

XX. Regula: Alienato iure patronatus,non minuitur in iſta eccleſia ius epiſcopale.cap.cum ſæculum.xiij.d.tit. Hæc de iure patronatus.

DE REBVS ECCLESIAſticis corporalibus in ſpecie.

Cap. XV.

HACTENVS de rebus ecclesiasticis incorporalibus in specie actum est: quanquam inter eas etiam referri poterant priuilegia ecclesiarum.Sed de iis actum est s̄.cap.j. Nunc eodem modo de corporalib. rebus agemus, quæ partim mobiles sunt, partim soli seu immobiles. De hisce primum,postea de illis in hoc capite tractabitur.

DE ECCLESIIS ÆDIFICANDIS.

I. Regula: Non propter quæstum, sed propter sanctorum patrocinium ecclesiæ sunt ædificandæ. de consecrat. distinct.j.cap.si quis basilicam.

II. Regula: Si populus ecclesia indigeat, potest ædificari, iuramento de rebus ecclesiæ non alienandis non obstante cap.vlt.de ecclesiis ædificandis.

III. Regula: Leprosi peculiarem sibi ecclesiam possunt ædificare.cap.cum dicat.ij.d.tit.

IIII. Regula: Si pagus à sua parochia longius distet, potest sibi peculiare oratorium ædificare. cap. ad audientiam.iij.d.tit.

V. Regula: Ne sine consensu episcopi noua ecclesia ædificetur.c.cum olim.xiiij.§.insuper ecclesias.de priuilegiis.c. authoritate.iiij.in prin.eod.tit.in vj.xviij.q.ij.c. quidam monachorum.c.qui religiosis, in fine.c.de monachis.c.cellulas. c.nullus.item De consecrat.distin.j.c.omnes basilicæ. §. vbi autem plures.cap.nemo ecclesiam. Nouell.lxvij.§.deinde.

VI. Regula, De sumptibus & reditibus prius decernendis,quibus ecclesia eiúsque ministerium sustentari queat.d. cap.nemo ecclesiam. vers. & antè persiniat.cap.j.in princ. de censibus.j.quæst.ij.cap. j. §.hoc tamen.xvj.quæst.vij.cap.piæ mentis.vers.collata prius.

VII. Regula,De sumptibus ex reditibus ecclesiæ ad nouum opus conferendis. cap.de his. iiij.de ecclesiis ædificandis. Ne autem vltra quinquagesimam vel centesimam partem ex reditibus ecclesiæ ad nouum opus conferatur,cauetur cap apostolicæ.ix.de donationib.xvj.quæst.j.cap.ecclesię cap.quicunque.cap.de decimis. §.j.cap.decimas.§.quod autem.cap.plures.§.fin.cum cap.sequente.

VIII. Regula: De area, in qua ædificandum est, prius consecranda cauetur. De consecrat.dist.j.c.nemo ecclesiam, in prin.M.I.C.lib.iij.cap.vj.de monasterio ædificando,quæst. j. reg.j. Vtri hoc casu ius consecrandi competat, definitur cap.

cap.j.de religiosis domibus.

IX. Regula: Absque præcepto sedis apostolicæ non dedicandum, per ea quæ j. lib. prox. cap. iiij. reg. xxj. dicentur.

Cui competat consecrandi Ecclesiã.

X. Regula: Ne aliquid pro dedicatione exigatur. j. quæst. ij. cap. j. in prin.

XI. Regula: De loco in quo ædificanda ecclesia. In loco congruo & vtili. de consecrat. distin. j. cap. ecclesias per congrua. item xvj. quæst. vij. cap. ecclesias per congrua.

XII. Regula: Maior ecclesia per circuitum quadraginta passus habere debet, minor triginta. xvij. quæst. iiij. cap. sicut antiquitus, in prin.

XIII. Regula: Claustra iuxta ecclesiam constituenda. xij. quæst. j. cap. necessaria. in prin.

XIIII. Regula: In atrio ecclesiæ non nisi clericorum ædificia ponenda. xij. quæst. j. cap. nulla.

XV. Regula, De monasterio fœminarum longius à virorum monasterio ædificando. xviij. q. ij. cap. monasteria.

De impetratione priuilegiorum, nouæ Ecclesiæ.

XVI. Regula: Priuilegia nouæ ecclesiæ impetrari non possunt, antequam clerici vel monachi in eo existant. cap. ad audientiam. v. §. fin. de ecclesiis ædificandis.

XVII. Regula: Ne per nouam ecclesiam veteri parochiali præiudicetur, neque ea dehonestetur. cap. cum dicat. ij. §. caueant. c. ad audientiam. iij. vers. prouidens tamen. d. tit.

XVIII. Regula: Nouum opus cum sua dote ad ordinationem episcopi pertinet, per ea quæ proposita sunt s. cap. viij. quæst. x. reg. j.

XIX. Regula, De ecclesia ædificata dedicanda & consecranda, xvj. q. vij. cap. piæ mentis. cap. Frigentius.

XX. Regula, De refectione ecclesiarum. Omnium sumptibus, qui in iis beneficia obtinent, reficiendæ. cap. j. de eccles. ædificandis.

XXI. Regula, De ecclesiis superfluis destruendis, de cõsecrat. dist. j. c. omnes. §. vbi autem plures. c. ecclesiæ, in fine.

XXII. Regula: In domibus ecclesiarum non debet iudex laicus iudicare, nec hospitium vindicare. ca. j. de immunitate ecclesiar. c. decet. ij. §. cessent in ecclesiis. eod. tit. in vj.

Vbi Ecclesiæ causæ agi debẽt.

XXIII. Regula: In templis, cœmeteriis & aliis locis ecclesię causæ sanguinis agi non debent. cap. cum ecclesia. v. de immunitate eccles. & d. cap. decet. ij. §. cessent. in ecclesiis.

XXIIII. Regula: De portis monasteriorum claudendis cauetur cap. j. §. & quoniam parum. de statu regularium, in vj.

in vj. Concordant M. I. C. libro iij.cap. ij. reg. x. De templis claudendis cauetur l.j.in prin. C.de sacrif.paganor.

De supellectile reponenda.

XXV. Regula: Suppellex in tēplis reponi non debet, nisi necessitate cogente.c.relinqui.ij.de custodia eucharistiæ.

XXVI. Regula: Mulier quæ menstrua patitur, templum intrare prohibebatur distinct.v.in prin.§.item mulier. Quod tamen mutatur d.distinct.v.c.vlt.§.quæ tamen mulier.

XXVII. Regula: Mulieres post partum intra certos dies templum ingredi prohibebantur d. distinct. v.in prin.§. in lege namque. & cap. cum enixa. Tollitur hæc regula d.§. in lege namque.vers.nunc autem statim & d.distin. v. cap. si mulier cap.vnico, de purificatione post partum.

XXVIII. Regula: Qui per somnum visus est sibi coire, vsque ad vesperum ecclesiam ingredi prohibetur cap. j. in princ.distinct.vj.

XXIX. Regula: Baptisterium in monasterio non permittitur fieri.xviij.quæst.ij.cap.pridem.

XXX. Regula: Ne in templis aliud agatur, quàm quod diuinis ministeriis conuenit. distinct. xlij. cap. non oportet. cap.nulli.c.oratorium.cap.vlt.

XXXI. Regula: Quæ in ecclesiis agenda vel non agenda, definiuntur per iam proposita: sed & definiuntur cap. decet.ij.de immunitate ecclesiarum, in vj.

DE ORATORIIS PRIVATIS.

XXXII. Regula: Oratoria priuata permittuntur certo modo De consecrat. dist.j.cap.vnicuique.

XXXIII. Regula: In oratoriis priuatis campanæ publicæ haberi non debent.c.patentibus.x.de priuilegiis.

DE ALTARIBVS.

XXXIIII. Regula, De altaribus sine permissu episcopi non erigendis, de consecrat.distin.j.cap.nullus præsbyter.

XXXV. Regula, De altaribus superfluis destruendis, d.distinct.j.cap.ecclesiæ, in fine.

XXXVI. Rehula, De altaribus sine sanctorum reliquiis institutis, rursus destruendis, d. distinct.j.cap.placuit.

DE SACRARIO.

XXXVII. Regula: Sacrariū ingredi prohibentur subdiaconi & ministri non sacrati.dist. xxiij.c.non oportet subdiaconos.& c. non oportet in sacratos. Hæc de rebus ecclesiasticis immobilibus sint dicta: nunc de mobilibus dicendū.

DE

DE CAMPANIS.

XXXVIII. Regula: Religiosi mendicantes plures companas habere prohibentur, exceptis certis casibus. cap. vnico, de officio custodis, in extrauag. comm.

DE IMAGINIBVS SANCTORVM.

XXXIX. Regula, De imaginibus sanctorum non violandis, de consecrat. distinct. iij. ca. perlatum.

XL. Regula: Imagines sanctorum memoria sunt & recordatio præteritorum. d. distinct. iij. c. venerabiles.

DE SACRAMENTIS.

XLI. Regula, Eucharistia & chrisma debent fideliter sub clauibus custodiri cap. j. de custodia eucharistiæ. Pœna non bene custodientis proponitur De consecrat. distinct. ij. cap. qui bene.

XLII. Regula: Eucharistia in loco singulari mundo & signato semper honorificè debet conseruari. cap. sanè. x. in prin. de celebrat. missar.

XLIII. Regula, De vasculis eucharistiæ, ne sint lignea, sed aurea, vel argentea, aut saltem stannea, de consecrat. dist. j. cap. vasa. cap. vt calix. item cap. vlt. de celebrat. missarum. Plura de sacramentis vide j. lib. prox. cap. iij.

DE AQVA LVSTRALI.

XLIIII. Regula, De ratione & vsu aquæ lustralis, habetur De consecrat. distin. iij. c. aquam, & distin. iiij. cap. nec quenquam. Ante sacramentum, non post, aqua ista est sumenda. d. distin. iiij cap. in sabbatho.

DE RELIQVIIS SANCTORVM.

XLV. Regula: Publicè venerari reliquias nemo debet, nisi prius authoritate Papæ fuerint approbatæ. cap. j. & cap. vltim. §. inuentas autem. de reliquiis. De veneratione reliquiarum.

XLVI. Regula: De reliquiis extra capsam non ostendendis, nec venalibus exponendis, cauetur d. cap. vlt. in prin. l. iij. C. de sacrosanctis ecclesiis.

XLVII. Regula: Ne occasione reliquiarum homines variis figmentis, aut falsis documentis decipiantur. d. cap. vltim. §. fin.

XLVIII. Regula, De reliquiis transferendis. Ex quibus causis transferendæ? de consecrat. distinct. j. cap. tribus ex causis

XLIX. Regula: Ne sine authoritate principis, episcoporum, vel synodi transferantur, cauetur d. dist. j. c. corpora.

L. Regula: Ne ad loca prophana transferantur. l. xxvj. C. de episcopis & clericis.

DE VASIS ET VESTIMENTIS ECCLESIÆ.

LI. Regula: Vasa & vestimenta ecclesiæ debent munda reponi. cap. vltim. §. sunt & alij. & §. præcipimus. de custodia eucharistiæ.

LII. Regula, De vestimentis sacris lauandis, de consecrat. distin. j. cap. nemo per. §. pallas verò, item distin. iiij. cap. omnis præsbyter, in fine.

LIII. Regula: De iis custodiendis cauetur d. §. pallas verò. vers. idcirco intra.

LIIII. Regula: De non tergendis manibus ad vela vel vestimenta sacra. d. c. nemo. §. fin.

De cõtrectatione Vasorum et Vestimentorũ sacrorum

LV. Regula, De vasis & vestimentis sacris non nisi à sacratis hominibus contrectandis, d. distin. j cap. in sancta. cap. vestimenta. itèm distin. xxiij. c. non oportet subdiaconos. cap. non oportet insacratos, cum duobus sequentibus. Nec à sacratis mulieribus contrectanda. d. distin. xxiij. c. sacratas.

LVI. Regula, De iis ad alios vsus, quàm quibus dedicata sunt, non transferendis, d. cap. vestimenta. & d. distin. j. cap. ad nuptiarum. Huc pertinet de mortuis non obuoluendis vestimentis altaris. d. distin. j. c. nemo per, in prin.

LVII. Regula: De vestimentis nouis comparandis, d. distin. j. c. nemo per. §. pallas verò. vers. sed peluis noua.

LVIII. Regula: De materia panni altaris cauetur d. dist. j. cap. consoluto.

LIX. Regula, De vestimentis & vasis sacris vetustate consumptis incendendis, d. distin. j. c. altaris.

DE LIGNIS ECCLESIÆ DESTRUCTÆ, VEL ECCLESIÆ DEDICATIS.

LX. Regula: De lignis ecclesiæ destructæ vel ecclesiæ dedicatis ad laicorum vsus non transferendis cauetur d. distinct. j. cap. ligna. Hæc de rebus ecclesiasticis corporalibus sint dicta. De quibus vide plura M.I.C. lib. iij. cap. vj.

LIBRI TERTII FINIS.

METH-

METHODI IVRIS PONTIFICII LIBER IIII.

DE ACTIBVS ECCLESIASTICIS.



ACTENVS de personis & rebus ecclesiasticis tam in genere, quàm in specie actum est. Superest vt de actibus ecclesiasticis agamus.

DE FIDE ET DOCTRINA Christiana, necnon de concionibus & orationibus.

Cap. I.

I. QVID CREDENDVM AC docendum sit?

PRIMA Regula: De libris qui sequendi sunt, vide J. quæstione iij. reg.v.

II. Regula: De canonibus apostolorum cauetur dist. xvj. c. sexaginta. c. Clementis. c. placuit. c. Isidorus. c. sextam.c. habeo.c.quoniam. Contradicit d.distinct.xvj.in prin. cum c. sequente: item d.c. Clementis.

III. Regula: De decretis quatuor conciliorum cauetur dist.xv.c.j.c.sicut.c.sancta.item dist.xvj.c.sancta c. sexta. c.septuaginta.c.viginti.item M.I.C.lib.iij.cap.vij.de fide,reg.iij.

IIII. Regula: De aliorum præter ista quatuor conciliorum decretis cauetur dist. xv. cap.sicut.§.quintum verò.cap. sancta.§.sed etsi qua.item distinct. xvj.c.sancta.ca.sexta.cap. prima.c.vlt. Vide item J.c.de conciliis.

V. Regula: De sexta synodo cauetur dist.xvj.cap.sextam. cap.habeo.cap.quoniam.

VI. Regula: De decretis ac rescriptis Pontificum vide S.lib.j.cap.iij.de canonib.reg.iiij.item cap.iiij.

VII. Regula: De trinitate quid sit credendum, definitur c.j.in prin.vsque ad §.vna verò est.item cap.damnamus.ij.de summa trinitate.item De consecrat.dist.iij.ca.vlt. Vide item

§. lib. prox.cap.xj. de Christo de spiritu sancto. item M. I. C. libro.iij.cap.vij.de fide, reg.ij.

VIII. Regula: De sancta Maria, quòd in peccato mortali non sit concepta, & de festo conceptionis habetur.c. grauem. ij.de reliquiis sanctorum, in extrauag.com.

IX. Regula, de anima Clement.j. §.porrò. doctrinam. de summa trinitate.xxxij.q.ij.c.quod verò.§.hic de anima. cap. Moyses.de pœnitent.dist.j. c.resuscitatus.dist.ij.c. illa anima.

X. Regula: De prædestinatione quid sit credendum vel sentiendum, differitur xxiij.q.iiij.c.cum quisque.§.est & alia. c.sicut non.c. obtineri.c. Nabuchodonosor. c. vasis. item De pœnitent. distin.ij.ca.firmum.c.nullus.c.talibus. c. si enim.§. fin. c.Apostolus. ca.mirandum.c.multi.ca.citius.c.vlt.in prin. vsque ad §.charitas.item De pœnitent. dist. iiij. c.si ex bono. ca.benedictus.c.nouit Deus.c.in domo.c.hanc societatem.

DE IVSTIFICATIONE ET peccatorum remissione.

CAVSÆ EX QVIBVS QVIS IVSTIficatur & peccatorum remissionem. consequitur.

XI. Regula, De pœnitentia & fide iustificante, c.j.§.fin.de summa trinitate.xv.q.j.c.firmissimè, in prin.de pœnitent.dist. j.c.vide. vers.quia si teipsum. c.secunda.cap.quia diuinitatis. cap.ne forsitan. de consecrat. dist.ij.c.vt quid.c.credere.item De consecrat. distin. iiij.c.filius Dei. Huius regulæ exceptio est: Nisi pœnitentia sit simulata, & fides sine operibus de pœnitent.distin.iiij c.peccatum.§.fin.item cap.j.§.quia verò Christus. vers.inter scapulas. de sacra vnctione. de pœnitentia dist.iij.c.in tantum. §.fin.cum sequentibus, vsque ad cap. sceleratior. vers.in quo illorum etiam. Declaratur exceptio hæc definitione fictæ vel falsæ pœnitentiæ, de pœnitent.dist. v.cap.falsas. & cap.vlt. Plura de regula proposita vide j. cap. v.reg.xxxxv.

XII. Regula: Gratia Christi nos iustificat. de consecrat. distin.iiij.c.gratia.c.placuit vt quicunque.c.penul.& vlt.

XIII. Regula: Ecclesiæ charitas peccata dimittit ac tenet.d dist.iij.c.ecclesiæ.

XIIII. Regula: Continentia & virginitas saluos facit. xxxiij.q.v.ca.qui sitit. Exceptio est: Nisi alia desint opera.d.

quæst.

quæst.v.c.hoc solum.cap.qui fecit.§.fin.

XV. Regula, De operibus. Et hæc iustificant, si bona sint. de pœnitent.distin.iij.cap.pium est, cap.si quando.cap.cauendum.c.quid ergo.c.vlt.in prin. Exceptio prima est: Nisi virginitatem seu continentiam non seruauerit. d. c.hoc solum. Altera exceptio est: Nisi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua non cohibeatur.de consecrat.distin.v.c.nihil enim, cum duob.cc.sequentib.

XVI. Regula, De eleemosyna iustificante, xiij.quæst.ij. c.animæ, in prin.§.vbi illud etiam. c.tempus.§.neque negandum.de pœnitent. distin.j.ca.medicina.cap.medicamentum. Vide item j.cap.vij.de eleemosynis.

XVII. Regula: Si malè quæsitis bene vtatur, per hoc non iustificatur.xiiij.q.v.c.neque enim.c.denique.

XVIII Regula: Si oret Pater noster, iustificatur.de pœnitent.distin.iij.c.de quotidianis.

XIX. Regula: Si offerat se pro populo, remissionem peccatorum consequitur.d.dist.iij.ca.illud verò.

XX. Regula: Si moriatur in bello contra hæreticos ac infideles, iustificatur.23.q.v.c.omnium.q.viij.c.omni timore.

XXI. Regula: Si in hac vita pœnam sustinuerit, iustificatus per hoc est in altera vita. Quæ causa seu regula approbatur simul & distinguitur d.q.v.cap.quid ergo.de pœnitent. distinct.iij.cap. sunt plures.§.authoritas illa.ca.ignis succensus.cap.quærat.

XXII. Regula, De igne purgatorio, habetur c.vnum.§. vnde Augustinus, vsque ad fin.c.qualis. ca.qui in aliud. dist. xxv.item c.vlt.§.non promittimus tamen, cum sequentib.de pœnitent.distinct.vij.

XXIII. Regula: Curatio funeris non præstant remissionem peccatorum.xiij.q.ij.cap.animæ.§ curatio.

XXIIII. Regula: Conditio sepulturæ, & pompa exequiarum non remittit peccata.d.§.curatio.& §.si aliquid.

XXV. Regula: Si corpori defuncti aliquid impendatur, per hoc non iustificatur. xiij.quæst.ij.c.non æstimemus. §.corpori.

XXVI. Regula: Si in loco sacro defunctus sepeliatur, hoc ei non prodest ad remissionem peccatorum. d. quæst.ij. cap.quibus peccata.cap.animæ.§.curatio.vers.conditio. Admittitur tamen hæc causa in leuibus peccatis, d.quæst.ij.cap. cum grauia.

XXVII. Regula: Si apud ecclesiam martyrum sepeliatur, quodammodo adiuuatur. d. quæst. ij. cap. non æstimemus. §. finali.

XXVIII. Regula: Si sacrificium vel eleemosyna fiat pro defuncto, per hoc iuuatur. d.c. non æstimemus, in prin. & .d. quæst. ij. cap. tempus. §. neque negandum. De diebus huiusmodi sacrificij differitur d.c. tempus. §. fin. cum ca. sequente. quia alij.

XXIX. Regula: Si oblatio fiat pro viuo vel defuncto, iuuatur. d.q. ij. c. pro obeuntibus. c. animæ. in prin. Exceptio est: Nisi iniustus offerat. xiiij. quæst. v. cap. scriptum.

XXX. Regula: Si cognati pro defuncto ieiunauerint, iuuatur. d. cap. animæ, in prin.

XXXI. Regula: Si oratio fiat pro defuncto, iuuatur. d.c. non æstimemus, in prin. & §. diligentius, item d.q. ij. cap. in præsenti. c. pro obeuntibus. c. animæ, in prin.

XXXII. Regula: Si genuit filios in virginitate permansuros, prodest defuncto ad iustificationem. xxxiij. q. v. c. tunc saluabitur. c. qui sitit. §. fin.

XXXIII. Regula: Verbum Dei remittit peccata. de pœnitent. dist. j. cap. verbum, in prin.

XXXIIII. Regula: De eucharistia & baptismo, quatenus iustificent, infra peculiariter tractabitur.

XXXV. Regula, de indulgentiis prælati vel pontificis. Hæ quoque præstant remissionem peccatorum. Quia prælatis ius ligandi & soluendi competit, per ea quæ proposita sunt s̄. lib. j. cap. xiij. q. iij. reg. ij. Exemplum indulgentiarum proponitur c. vnico. §. fin. de celebrat. missarum, in extrauag. cum. Aliud exemplum habetur cap. j. de reliquiis & venerat. sanctor. in extrauag. com. Aliud exemplum indulgentiarum, quæ conceduntur iis qui centesimo quoque anno, quem iubileum appellant, basilicas Petri. & Pauli apostolorum visitant habetur c. j. de pœnitent. in extrauag. com. Harum indulgentiarum annus centesimus mutatur in quinquagesimū, c. vnigenitus. ij. eo. tit. Tandem mutatur in annū vicesimumquintum c. quemadmodum. iiij. eo. tit. Propositę regulæ exceptio prima est: Nisi indulgentiæ postea sint reuocatæ. Quæ exceptio approbatur exemplo c. vlt. d. tit. de pœnitent. in extrauag. com. Altera exceptio est: Nisi à non competente iudice indulgentiæ sint concessæ. Quæ exceptio approbatur c. quod autem. iiij. de pœnitentiis. Iudex autem competens indul-

De tempore visitationis basilicarum Petri & Pauli apostolorum

gentiarum concedendarum est archiepiscopus & episcopus intra suam prouinciam.cap.nostro.xv.d.tit.Abbas autem iudex competens non est.c.accedentibus.xij.de excessib. prælatorum. Tertia exceptio est in peccatis, quorum absolutio Papæ specialiter est reseruata. Quæ exceptio approbatur simul & declaratur cap.etsi dominici.iij.& c.vlt.de pœniten.in extrauag.comm. Quarta exceptio est: Nisi indulgentia modum excedat. Hæc exceptio declaratur definitione modi seu quantitatis indulgentiarum.c.cum ex eo.xiiij.§.ad hæc quia vsque ad fin.de pœnitentiis.cap.j. in fine,eod.tit.in vj.c. licet.iiij.§.nec illa prædecessor.de trãslatione episcopi.Hæc de indulgentiis. De officio verò quæstoris indulgentiarum dicetur j.vbi de eleemosynis agetur.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENtium regularum seu causarum iustificationis generalibus.

Hactenus causas enumerauimus, ex quibus homines iustificari seu remissionem peccatorum consequi secundum ius Pontificium credendum est: quarum tamen causarum aliquot supersunt exceptiones generales hic ordine subiiciendæ. Harum prima hæc est: Nisi peccatum sit in spiritum sanctum: hoc enim est irremissibile.de pœnitent.distin. j.cap.si sacerdos.§.potest etiam secundum.versi. ego autem dico. Hæc exceptio declaratur definitione huiusmodi peccati j.quæst.j.cap.ita fit verbum. Altera exceptio est:Nisi pœnitentiam non egerit peccator.de pœnitent. distin.j.c. neminem.c.non sufficit. Tertia exceptio: Nisi non fuerit confessus peccatum.d.distin.j.c. non potest.c.ecce.§. his verbis.cap. non potest.cap.non sufficit.Quarta exceptio est: Nisi non restituerit ablatum.xiiij.quæst.v.cap.nemo,in prin.quæst.vj.c.j. de pœnitent.distin.v. cap.falsas.§. bona quidem. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non habeat vnde reddat.d.c.nemo.& d.c.j.§.j. Huius replicationis duplicatio est: Nisi non sit verberatus.d.c.j.§.verùm quidem. Altera replicatio est: Nisi res sit consecrata. Huius duplicatio est:Nisi æstimatio eius ab episcopo reddatur. d.quæst.vj.cap.comperimus. Tertia replicatio est: Nisi eos quibus reddat,inuenire non possit.xiiij.q.v.c.nemo. Hæc de quarta exceptione. Quinta exceptio est:Nisi nõ fuerit precatus remissioné peccatorum. de pœnit.dist.j.c.vide.§.ẽ.c. prædixerat. Sexta exceptio est:Nisi pœnam non soluerit.d.dist.j.c.nullus.Septima

exceptio

exceptio est: Nisi eleemosynas & ieiunia omiserit pecator. d.distinct.j.cap.non sufficit. Octaua exceptio est: Nisi charitatem non habeat peccator.de pœnitent.distinct.ij.cap.j.§. fin.cap.quia radix. Vide item j̃.regu.xlviij.item j̃.de pœnit. exceptiones. Nona exceptio est: Nisi non fuerit baptizatus peccator. Vide j̃. de baptismo, effectus. Decima exceptio est: Nisi corporis & sanguinis Christi non fuerit particeps factus. Huius replicatio est: Nisi fuerit baptizatus de consecrat.distinct.iiij. cap.in ecclesia.cap.nulli est. Vndecima exceptio est: Nisi defunctus, pro quo intercessio facta est, remissionem peccatorum suis operibus non promeruerit in vita.xiij.quæst.ij.cap.non æstimemus,in princ.cap.tempus.§. sed hæc eis,vsque ad § fin. de pœnitent. distin.j.c.multiplex. §.si autem aliquis. Duodecima exceptio est: Nisi iustus non perseuerauerit vsque ad finem. de pœnitent.distinct.ij.cap.si enim §.fi.c.apostolus.cap.mirandum.cap.multi,in prin.item De pœnitent.distinct.iiij.cap. si ex bono.c.in domo.Vide insuper s̃.reg.10. de prædestinatione. Planè huius exceptionis replicatio videtur in peccato remisso: hoc enim amplius imputari non videtur, quamuis postea rursus peccauerit. Quæ tamen replicatio est controuersa.Primùm enim reprobatur d.distinct.iiij.in prin. cum cap.j. sequente. item c.constat,cum sequentib. vsque ad §.eorum verò. item d.distinct. iiij.cap.quid est quod dicitur.cap.qui recedit.§.finis huius §. fin.cum sequentibus, vsque ad cap.intermittentes.item d.c. intermittentes.§.fina.cum cap. væ eis, sequente.cap.vlt.§.sicut ergo, vsque ad fin. Deinde in contrarium approbatur replicatio proposita d distinct.iiij.cap.quid est quod dicitur. cap.qui recedit, in prin.c.væ eis.§.fi.cum sequentibus,vsque ad cap.vlt.item d.c.vlt.in princ.item De consecrat.distin.iiij. cap.quomodo.§.nam redite dimissa. Hæc antinomia soluitur per distinctionem remissionis quæ fit secundũ iustitiam, & eam quæ fit secundum præscientiam,de pœnitent.distinct. iiij.cap. peccatum.§.eorum verò. cap.si ex bono.§.finis ergo.cap.in domo patris.§. sic itaque.c.hanc societatem.§.qui ergò peccata. Sed & alia solutio adfertur à Gratiano d.dist. iiij.cap.vlt.§.sed his authoritatibus.

QVIBVS REMITTENDI ius competit?

Hactenus de causis iustificationis,harúmque exceptionibus

nibus actum est. Nunc, quibus remittendi ius competat, videndum.

XXXVI. Regula: Solus Christus & spiritus sanctus peccata dimittit. de consecrat. distin. iiij. cap. nemo tollit. item j. quæst. j. cap. vt euidenter.

XXXVII. Regula: Hæretici peccata dimittere non possunt. xxiiij. quæst. j. cap. didicimus. §. fin. Plures huiusmodi regulas vide j. de pœnitentium absolutione: item s. lib. j. cap. xiij. quæst. iij.

EVENTVS REMISSIONIS,

XXXVIII. Regula: Etiam remissa peccata puniũtur. de pœnitent. dist. j. cap. si peccatum. cap. sicut primi.

XXXIX. Regula: Quamuis bona opera non proficiãt ad remissionem peccatorum, non tamen debent omitti. xiij. quæst. ij. cap. animæ. versi. non ideo tamen. Hæc de iustificationis articulo sint dicta.

DE CHARITATE QVID CREdendum sit, & docendum?

XL. Regula: Definitio seu potius descriptio charitatis habetur De pœnitent. distin. ij. cap. charitas est, in prin. vsque ad §. ergo si charitatem.

XLI. Regula: Charitas appellatur vnctio inuisibilis d. distinct. ij. cap. vnctio.

XLII. Regula: Charitas dicitur aqua d. distinct. ij. cap. charitas est aqua.

XLIII. Regula: Diuisio charitatis in perfectam & imperfectam, d. distin. ij. cap. charitas in quibusdam.

SPECIES CHARITATIS.

XLIIII. Regula: Dilectio Dei quid sit, definitur d. distin. ij. charitas est. §. & quid est Deum. Qualis dilectio Dei esse debeat, definitur d. ca. charitas est. §. ergo si charitatem. versi. si tamen Deum. & §. illi verò plus quàm se.

XLV. Regula: Dilectio proximi specialiter describitur d. c. charitas est. §. proximos, vsque ad d. §. illi verò plus quàm se. item xxiij. quæst. iiij. cap. debet.

XLVI. Regula: De charitate sui ipsius seu philautia, quatenus concessa, d. c. charitas est. §. corpus nostrum.

XLVII. Regula: Ordo charitatis peruersus quis sit, definitur d. c. charitas est. §. ordinem dilectionis.

PROPRIA CHARITATIS,
& effectus.

XLVIII. Regula: Sine charitate non remittitur peccatum. de pœnitent. distinct. ij. c. j. §. fin. cap. charitas est aqua. §. sine charitate. §. Amen, Amen. cap. ego sum. ibi. distinct. vij. cap. nullus. §. scriptum est.

XLIX. Regula: Charitatem habens non peccat. d. dist. ij. cap. j. §. fin. c. ficta charitas. §. fin.

L. Regula: Charitas liberat à mundanis cupiditatibus. d. dist. ij. c. valida. c. charitas est, in princ. versi. mors criminum. §. ergo si charitatem. versi. seculi blandimenta.

LI. Regula: Charitas facilè peccato resistit. d. §. ergo si charitatem. §. quoniam si ex toto corde.

LII. Regula: Charitas omnia difficilia perficit. d. §. ergo si charitatem. versi. & omnia.

De excellentiori via ad Deum. LIII. Regula: Charitas est excellentior via ad Deum. d. cap. charitas est. §. hæc est charitas.

LIIII. Regula: Charitas omnia tollerat. de pœnitent. distinct. iij. c. vlt. §. hæc propter.

LV. Regula: Omnium bonorum radix est charitas. de pœnitent. dist. ij. cap. quia radix.

LVI. Regula: Qui charitatem habet, non sitiet in æternum. d. dist. ij. c. charitas est aqua, in prin.

LVII. Regula: Bona opera sine charitate non prosunt. declaratur de pœnitent. dist. iij. c. vlt. in princip.

LVIII. Regula: Charitas non excidit, vel deseri nequit. de pœnitent. distinct. ij. c. charitas quæ cap. radicata. c. charitas est, in prin. vers. corruptionis nescia. c. charitas nunquam. cap. vnctio. cap. ficta. c. firmum. Contradicit d. distinct. ij. c. vt cognouerunt. c. si enim. cap. vlt. §. charitati, vsque ad fin. Vide item j. de pœnit. inter exceptiones. Distinguitur regula proposita in charitate imperfecta, d. dist. ij. cap. charitas est aqua. §. fin. cap. super tribus.

LIX. Regula: Subiectum charitatis. An charitas sit in reprobis, & iis qui aliquando peccaturi sunt criminaliter, differitur d. dist. ij. cap. j. §. fin. c. si enim. §. fin. c. apostolus. cap. mirandum. cap. multi bene. §. j. An charitas fuerit in Adamo, antequam peccaret, vide j. reg. lxxxj.

De charitatis contrario. LX. Regula: Contrarium charitatis est odium. de pœni. distin. ij. cap. tolle charitatem. Hæc de charitate.

LXI. Regula: De obedientia differitur viij. quæst. j. cap. sciendum.

ſciendum.xj.quæſt.iij.cap.non ſemper.cap.ſi dominus.c.quid ergo vide item s.lib.proxi.cap.v.reg.xl.

LXII. Regula: De ſtudio pietatis diſſeritur diſtin.xlvij. cap.comes.

LXIII. Regula:De iuſtitia diſſeritur 24.q.j.ca.vbi ſana.

LXIIII. Regula: De liberalitate, quis eius ſit modus, definitur diſtinct.lxxxvj.cap.donare,cum duobus cc.ſequentibus.cap.non ſatis,cum ſequentib.vſque ad cap.qui dementiam. Plura de liberalitate vide s.lib.proxi.ca. viij.q.viij. reg. xxxvij.& cap.v.reg.xliiij. De modo liberalitatis.

LXV. Regula, De conſcientia,xj.quæſt.iij.c. quid obeſt. cap.ſenti.cap.in cunctis.cap.cuſtodi.cap.inter verba.cap.non ſunt.xij.quæſt.j.cap.nolo.

LXVI. Regula, De timore Dei, xj. quæſtio.iij.cap.qui omnipotentem.

LXVII. Regula, De ira Dei, de pœnitent. diſtinct. iij. cap.productior.§.fin.

LXVIII. Regula,De miſericordia,xxiij.quæſt.iiij.cap. eſt iniuſta.cap. ne amiſſo.cap.duo iſta.item diſtinct.lxxxvj.c. qui clementiam.

LXIX. Regula, De ſapientia, de pœnitent. diſtinct.ij. cap.ſapiens.

LXX. Regula. De perſecutione,xxiij.quæſt.iiij.c.qui ſecundum.c.ille gladium.§.porrò.c.nimium.§.item ſi ſemper, cum ſequentibus.item xxiij.q.v.c.non vos.xxiiij.q.j.ca.à recta. Vide item s.lib.j.cap.xvij.quæſt.j.

LXXI. Regula, De Martyrio, de pœnit.diſtin.j. cap.poteſt fieri, in princ.

LXXII. Regula, De continentia, xxxiii.quæſt.v. cap. ſecundum.

LXXIII. Regula, De virtutibus & vitiis in genere.cap. ſæpe.diſtinct.xlj.de pœnitent.diſtinct.ij.ca.charitas eſt aqua. §.fin.cum ſequentibus.vſque ad cap.ſciendum.item d.diſtin. ij.cap.ſuper tribus.

LXXIIII. Regula, De præmiis virtutum & bonorum operum, item de pœnis vitiorum, de pœnitent.diſt.j.c.nunquid.cap.ſi cui.§.ſicut.de pœnitent.diſtin. iij.cap. pium eſt.c. ſi quando.c.cauendum.c.quid ergo.c.vlt.in prin.de pœniten. diſtin.iiij.c.ſi euerterit.c.hoc nobis. ca. de pertuſo.cap.intermittentes,in princ.vſque ad §.porrò.cap.vlt.§.ſic & bona. de pœnitent.diſtinct.v.cap.j.§.Pium.

LXXV.

LXXV. Regula, de malis, quæ sint, xv. quæst.j.cap.illa cauenda.§.fin.

LXXVI. Regula, De delitiis, distinctione. xlj. cap. delitiæ.

LXXVII. Regula, De negligentia, distinct.lxxxiij.cap. vlt.§.sicut autem.

LXXVIII. Regula, De charitate annonæ, xvj.quæst.j. cap.reuertimini.§.si quando.q.vij.cap.maiores.

LXXIX. Regula, De creatione hominis: quare non simul, sed alter ex altero sit creatus, differitur xxxiij.quæst.v.c. vlt.in prin. Quid sit quod ad similitudinem Dei dicitur homo creatus, de pœnitent.distinct.j.c.similem.

LXXX. Regula, De Adamo. Hic natus est immortalis. de consecratione, distin.iiij.c.placuit igitur.

LXXXI. Regula: In Adamo charitas fuit, antequã peccaret.de pœnitent.distinct.ij.c.tolle.c. quomodo c.princeps. c.quando Adam. c.primus homo.c. illa anima.c. similem.c. sapiens.c. sed nec Adam. c. vt cognouerunt, in princ. & §. j.

De afflictione Dæmonum. LXXXII. Regula, De diabolo. Hic affligens homines ipse plus affligitur. de pœnitent. distinct. j. c. potest fieri. §. ægritudo. & ibi glossa.

LXXXIII. Regula, De Lucifero, de pœnitent.distinct. ij.c.penult. §.hinc etiam diabolus.c. vlt. in prin. vsque ad §. charitas.

LXXXIIII. Regula, De iactantia & confidentia, vj. q.j.c.imitare xvj. q.j. c. reuertimini. §. si quis doctus. xxxij. q. v. c. si Paulus.

LXXXV. Regula, De conuersione hominis, xxxij.q. ij.c. ancillam. §. fin. de pœnitent. distin.j.c. conuertimini, in prin.de pœnitent.dist. vij.c.j. c.vlt. §. quod quamuis.

LXXXVI. Regula, De inconstantia dictorum factorúmque, xxij.q. iiij.c. vnusquisque. §.fin.c. incommutabilis. c. non semper. c. magnæ. de pœnitent. dist. j.c. si agamus.c. quamobrem. Vide item. j̄. de pœnitentia, vsum eius.

LXXXVII. Regula, De lege & Euangelio, xxiij.q.iiij c. hæc autem. §. ex his omnibus, vsque ad fin.c.cum in lege.

LXXXVIII. Regula, De veteris & noui testamenti differentia, xxxj.q.j.c. si quia fuerit. §. sed in veteri.

LXXXIX. Regula, De Augustino & Hieronymo, ij. q.vij.c. quanquam.

XC. Regula, De veneratione sanctorum. Sine Papæ licentia

tia non licet aliquem pro sancto venerari. ca. j. de reliquiis.

XCI. Regula: De nuptiis, carnibus & vino non abominandis cauetur Apostol. canon. 50. & 51. Vide item s. lib. j. ca. xvij. quæst. iij. causa xv. cum sequente. Hactenus, quid credendum vel docendum sit, est ostensum. Sed & plures huiusmodi regulas vide passim sub suis speciebus, vt de vnitate ecclesiæ s. lib. prox. cap. j. reg. ij. vbi de ecclesia tractatur. Sic etiam de eucharistia, de baptismo, & aliis huiusmodi locis quid credẽdum vel docendum sit, sub singulis istis locis exponetur. Quid non sit credendum, vide s. lib. j. cap. xvij. de hæresi. Hæc de prima fidei quæstione sint dicta.

II. DE VI ET EFFECTV FIDEI.

I. Regula: Fides iustificat. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæst. proxim. reg. xj.

II. Regula: Fides operatur per dilectionem, de pœnitentia distinct. ij. cap. circuncisio.

III. Regula: Fides non deficit. d. distin. ij. cap. firmum. Concordant ea quæ habentur s. quæst. prox. reg. lviij.

IIII. Regula: Quod ex fide non est, peccatum est. 28. quæst. j. cap. omnes. §. illud verò. de pœnitent. distinct. iij. cap. quærat. §. etsi fides desit.

V. Regula: Sine recta fide non valent bona opera. xxiiij. quæst. j. cap. odi ca. vbi sana.

III. ACCIDENTIA FIDEI AC doctrinæ Christianæ.

I. Regula: De symbolo prædicando cauetur de consecrat. distinct. iiij. cap. symbolum.

II. Regula: Laici de fide disputare nõ debent. c. quicunq; ij. §. inhibemus. de hæreticis, in vj. l. ij. C. de summa trinitate. Quibus de fide disputare liceat

III. Regula: Sine authoritate Papæ nec noua religio constituenda, nec ordo nouus introducendus. cap. vltim. de religiosis domibus. cap. j. in prin. eod. tit. in vj.

IIII. Regula: Ad fidem quatenus quis sit cogendus, differitur xxiij. quæst. v. cap. ad fidem.

DE SACRORVM LIBRORUM lectione.

V. Regula: Ratio huius lectionis & vsus habetur distin. xxxviij c. sicut. c. iuxta. c. qui ea. M. I. C. libro iij. cap. ij. reg. ij.

VI. Regula: Qui libri sint legendi, vel non? definitur distinct. xv. cap. sancta. §. iam nunc subiiciendum, vsque ad §.

cæterum.Apostol. canon.lxxxiiij.

VII. Regula: Quo tempore singuli libri legendi,definitur d.§.cæterùm,vsque ad fin.

VIII. Regula:Veterum librorum fides ex Hebræis,nouorum ex Græcis voluminibus petenda. distinct. ix. cap. vt veterum. Nouell. 146.

IX. Regula: Si quid parum rationabile in libris canonicis inuenitur:quid de eo censendum sit, definitur d.distinct. ix.c.ego solis.& cap.si ad scripturas.

IIII. DE CONCIONIBVS, ET primùm de personis concionatorum.

I. Regula: De non ordinatis ad concionandum non admittendis cauetur cap.excommunicamus. xiij.§.quia verò. de hæreticis

II. Regula: De muliere ad concionandum non admittenda cauetur distin.xxiij. c.mulier.item De consecrat. dist. iiij.c.mulier.item c.noua quædam.x.de pœnitent.

III. Regula: De laicis ad concionandum non admittendis cauetur d.distinct.xxiij.c. mulier.§.laicis item De hæreticis cap.cum ex iniuncto.xij.& cap.sicut.xiiij.

IIII. Regula: De monachis ad concionandum non admittẽdis cauetur c.j.de capellis monachor.item xvj.q.j.c. de monachis.§.fin.c.monachus non.c.adiicimus.cap.hinc est.§. item illud.item c.vnico.§.personis quoque.de religiosis domibus,in vj.Huius regulæ exceptio prima hæc est:Nisi monachus in clericum fuerit ordinatus.xvj.q. j. c.sunt nonnulli. §.fin.cũ duob.ce.sequẽtibus,vsque ad §.non est humilitatis. Altera exceptio est : Nisi monachus sit canonicus regularis. c.quod Dei timorem.v.de statu monachorum. Tertia exceptio est : Nisi diuina gratia intus commoniti monachi concionentur.xvj.q.j.c.placet rationabilis.§.ostẽdit ergo.Quarta exceptio est : Nisi monachi consulantur ab aliis habitum monachalem suscepturis.d.quæst.j.cap.iuxta Calcedonensis vers. & à populorum.

V. Regula : De concionatoribus à solo episcopo ordinandis cauetur cap.j.de capellis monachor.

VI. Regula: Qualis debeat esse concionator definitur viij.quæst.j.cap.oportet.

VII. Regula: Omnes ad audiendam concionem admittendi.

tendi.de consecrat.distinct.j.cap.episcopus nullum.

VIII. Regula: Vt diligenter concionibus auscultetur.j. quæst.j.cap.interrogo.

IX. Regula: Vt stantes Euangelium audiant, de consecrat.distinct.j.cap.apostolica.

X. Regula: Ne ante finitam concionem,& missarum solennia peracta exeant, cauetur d.distinct. j. cap.omnes fideles,cum duobus cc.sequentibus.Apostol.canon.ix.

XI. Regula, De admonendo in concionibus populo, vt decimas & alia ecclesiæ fideliter soluant. cap. j. de decimis, in vj. Clement.cupientes. iij. §.illos etiam, vsque ad finem. de pœnis.

XII. egula: De admonendo in concionibus populo, vt operas sibi inuicem exhibeãt,cauetur xj. q.j.c.te quidem §. fin.cum c.sequente Sicut. Hæc de concionibus:de quibus tamen vide plura s.lib. proxim. cap. xj. de præsbyteris & de parochis.

V. DE ORATIONIBVS.

I. Regula: Vt oratio Dominica matutinis & vespertinis subiungatur, cauetur de consecrat.distinct.v.cap.id semper.

II. Regula: Vt præmittatur præfatio Sursum corda, de consecrat.distinct.j.cap.quando.

III. Regula:Non verbis tantùm,sed & corde orandum, de consecrat.distinct.v.cap.non mediocriter. & d.c. quando.

IIII. Regula: In oratione genua flectenda,vel prostrato corpore orandum. Quæ regula ipso quidem iure subsistit. Cui concordat xxvj.q.vij.c.sacerdos. §.diebus etiam remissionis.verùm eius exceptio prima hæc est:Nisi in die Dominico, & per omnes dies Paschæ vsque ad Pentecostem. dist. xxx.c.vlt.§.similiter.dist.lxxvj.c. scire debet,in prin. vers.neque ad exorandum.item De consecrat.dist.iij.cap.quoniam.

V. Regula, De oratione pro sæculari potestate habenda, de consecrat.dist.j.cap.de hymnis.§.componuntur.

VI. Regula,De orando pro mortuis.d.dist.j.c.visum.Huius regulæ exceptio prima hæc est:Nisi pro crimine. vltimo supplicio sint affecti. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit,verùm eius replicatio est: Nisi pœnitẽtiam in vita egerint.xiij.q.ij.c.quæsitum.Altera exceptio est:Nisi in furto vel latrocinio deprehensi occisi sunt.d.q.ij.cap.penult.& c.fures ij. de furtis. Tertia exceptio est: Nisi seipsos occiderint. xxiij.quæst. v.c.placuit. Quarta exceptio est: Nisi clerici in bello, Pro quibus orandum.

bello rixa, aut gentilium ludis decesserint. xxiij. q. viij. c. quicunque. Quinta exceptio est: Nisi excommunicati ante absolutionem fuerint mortui. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ annotata sunt s. lib. j. cap. viij. quæst. x. reg. xviij. Sexta exceptio est: Nisi non fuerint baptizati. Hæc exceptio distinguitur in eo qui in confessione nominis Christiani mortuus est, cap. apostolicam. ij. de præsbytero non baptizato.

VII. Regula: Oratio Dominica delet leuia peccata. de pœnitent. distinct. iij. cap. de quotidianis. Nisi à peccato non desistatur. d. distinct. iij. cap. nihil prodest, in prin. xxiiij. q. j. c. odi. Plura de hac exceptione vide s. quæst. j. reg. xxxv, except. generali xij.

VIII. Regula: Coniunx sine consensu coniugis orationi vacare non potest. xxxiij. quæst. iiij. ca. nec vxorem. §. hæc autem. cap. apostolus. Plura de hac regula vide, j. de debito coniugali, in princ.

IX. Regula: Nec cum excommunicato vel clerico deposito preces coniungantur, cauetur Apostol. canon. x. cum sequente. Nec cum hæretico. Apostol. canon. xliiij. & lxiij.

X. Regula. De oratione quæ dicitur in secreta in festo S. Leonis immutata, cap. cum Marthæ. vj. §. tertio loco de celebrat. missar. Hæc de orationib.

DE DIVINIS OFFICIIS & sacris mysterijs.

Cap. II.

I. A QVIBVS DIVINA OFFICIA & sacra mysteria peragenda?

PRIMA regula: De non ordinato cauetur c. j. de clerico non ordinato. item xvj. q. j. c. generaliter. §. fin. & cap. cunctis, in prin. item De consecrat. distin. j. c. j. §. si autem, vt legitur. cap. sicut non, in prin. c. hic ergo. vers. aut ab episcopo.

II. Regula: De suspenso vel deposito cauetur cap. j. cum quinque cc. sequentibus. item c. penult. & vltim. de clerico excommunicato.

III. Regula: De concubinario vel fornicario cauetur cap. vestra. vij. & cap. vlt. de cohabitat. clericor.

IIII. Regula: De eo cui manus mutilata est cauetur c. præsby-

præſbyter.ij.de clerico ægrotante.

V. Regula: De leproſo cauetur cap. de rectoribus.iij. & cap.tua nos iiij.eod.tit.

VI. Regula; De eo qui cum mulier rem habuit præcedente nocte, à ſacris myſteriis arcendo. xxxiij. quæſt.iiij.in prin.cum duob cc.ſequentib.

VII. Regula: De eo qui per ſomnum ſibi viſus eſt coire, diſſeritur diſtinct.vj per totam.

VIII. Regula: De eo qui in crimen lapſus eſt, cauetur c.vlt.de tempor.ordinat. diſtinct.50.cap.ſi poſt,in princ.cap. qui ſub.cap.præſbyteros.

IX. Regula: De Simoniacis & aliis hæreticis cauetur j. q.j.c.fertur.cap.ſicut.ca. ſi præſbyter.§.quod autem,cum ſequentibus,vſque ad c.intra catholicam. Obiicitur d.q.j.cap. ſi iuſtus,cum cc.ſequentibus, vſque ad cap.remiſſionem.§. ſed notandum. Solutio per diſtinctionem ſubiicitur d.§.ſed notandum, cum ſequentib. vſque ad c. hi quoſcunque. Sed & concordat huic ſolutioni d.quæſt.j.cap.viliſſimas.§. patet. item cap.per Eſaiam.§.ſed obiicitur.

X. Regula, De valetudinario.vij.quæſt.j. cap. illud. §.fin. quæſt.ij.in prin.cum ſequentib.vſque ad quæſt.viij.

XI. Regula: De non ieiuno cauetur vij. quæſt. j. cap.nihil. §.nullus.

XII. Regula, De eo qui idolis ſacrificauit. diſtinct. 50. cap.præſbyteros.

XIII. Regula: De monachis cauetur Clement.j.de priuilegiis.item xvj.q.j.in prin. cum ſequentibus,vſque ad cap. monachus.item d.q.j.c.alia cauſa. c. placuit,cum ſequentib. vſque ad c. qui vero. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi monachus factus ſit clericus.d. q. j.c. ſi quis monachus. Vide item ſ.c.prox. de concionibus,reg.iiij.except.j. Altera exceptio eſt: Niſi monachus præſbyter ſit factus .d. q.j. cap. adiicimus.§.monachi autem.item c.doctus,cum ſequentib. vſque ad c. ſic viue.item c.ſi quis monachus.c.in parochia.c. placet rationabilis. §.ecce ſufficienter , vſque ad fin. Tertia exceptio eſt: Niſi ſibi inuicem monachi miniſtrent. xvj.q.j. cap.j.§.quamobrem.verſ.niſi ſibi inuicem. Quarta exceptio eſt: Niſi in monaſterio diuina celebrent.d.quæſt.j.cap. Agapitus.cap.vbicunque.

XIIII. Regula: De iis qui malis moribus præditi ſunt. Hi diuina officia celebrare nõ prohibentur; nec inde offen-

diculum est sumendum.j.q.j.c.significastis,cum sequentibus, vsque ad c.sacerdotes.Contradicit d.q.j.cap.sacerdotes,cum sequentib.vsque ad c.interrogo.item c.neque potest,in prin. Soluit Gratianus hanc contrarietatem d.cap.neque potest.§. cum vita,vsque ad ca. baptizandis. Plura de hac regula vide s.c.prox.de sacramentis in genere ex persona ministrantis.

XV. Regula: Sacra ministeria à quo cœpta sunt, perfici debent. vij.quæst.j.cap.nihil contra.§.non tamen quod naturæ.§.nullus.post.item De consecrat.distinct.j.cap.nullus episcopus.§.cum verò ingressus.

II. QVI AD SACRA MYSTEria admittendi?

I. Regula: De excommunicatis & interdictis ad diuina non admittendis cauetur c.in Lateranensi.xxxj. in prin.vers. nec excommunicatos.de præbendis,c.cum & plantare. iij. §. excommunicatos. de priuilegiis. cap.is qui. xviij. in prin.de sentent.excom.in vj.Concordant item ea quæ habentur s.lib. j.cap.viij.q.x.reg.xxij.&.cap.ix.q.iiij.reg.j.

III. VBI DIVINA OFFICIA celebranda?

I. Regula: In oratoriis vel ædificiis priuatis orare quidem licet, alia autem officia diuina peragere non licet. de consecrat.distin.j.c.j.§. si enim Iudæi. vers.& non in aliis.& §.fin.c. sicut non alij.c.hic ergo.c.vniquique,cum cap.sequente Clericos.M.I.C. lib. iij.cap.vij.de sacrificiis, reg.ij. Excipiuntur hospitalia propter consuetudinem, Clement.quia contingit. ij. §.fin.de religiosis domibus. Excipitur item causa necessitatis d.c.j.§.si enim Iudæi.vers.& hæc si summa.& d.cap.sicut non alij.vers.nisi summa coegerit. & vers.nisi pro summa.

II. Regula: In ecclesia polluta diuina officia non celebranda.c.is qui.xviij.in prin.de sententia excom.in vj.

III. Regula: In locis interdictis diuina officia non celebranda,per ea quæ proposita sunt s.lib.j.c.ix.q.iiij.reg.j.

IIII. QVANDO ET QVO ordine diuina officia celebranda?

I. Regula: De horis canonicis, quæ sint, & quæ illarum sit ratio, explicatur ca.j. in prin.item vers. propheta dicente,

vſque ad fin. de celebrat. miſſar.

II. Regula: Vt horæ canonicæ ſtudioſè ac deuotè obſeruentur, cauetur d. ca.j.in prin. & c.dolentes.ix.eod. tit. item Clement.j.eod.tit. De obſeruatione horarum canonicarum.

III. Regula: Vt ordo in diuinis officiis celebrandis æqualiter ab omnibus obſeruetur, cauetur ac declaratur de conſecrat. diſtinct. v. cap. conuenit. Concordat j. quæſt. proxi. reg.iij.

IIII. Regula: Ordinem, quem metropolitani tenent, comprouinciales eorum obſeruare debent. de conſecrà.diſt. j.c. altaria.§.ad celebranda.

V. Regula: Clerici commenſales domeſtici cardinalium & epiſcoporum poſſunt ſe illis in diuinis officiis celebrandis coaptare. Clement. dignum.ij.de celebrat. miſſarum.

V. MODVS ET ADIVNCTA diuinorum officiorum celebrandorum.

I. Regula, An cantando diuina celebrari poſſint? Deciditur quòd ſic, de conſecrat.diſtin.j.cap.de hymnis, cum cap.ſequente Hi duo.

II. Regula, De laſciua melodia in cantando vitandâ, ca.j. de vita & honeſtate clericor.in extrauag.comm.

III. Regula: Vt omnes vnum & eundem modum ac ordinem in ſpallendo ſeruent, cauetur diſtinct.xij.cap.penult.& vlt.Concordat ſ.q.prox.reg.v.

IIII. Regula: In cœna Domini Gloria in excelſis Deo cantanda.de conſecrat.diſtin.j.c.porrò Gloria.

V. Regula: Surſum corda in præfatione dicendum.d.diſt. j.cap.quando autem.

VI. Regula: De nouem præfationibus miſſarum cauetur d.diſt.j.c.inueniemus. Additur decima diſt.lxx.c.vlt.§.fin.

VII. Regula: In die reſurrectionis, Pentecoſtes, & aliis diebus quid quantúmque canendum vel legendum ſit, definitur De conſecrat.diſt.v.c.in die reſurrectionis.

VIII. Regula: Vt celebrans diuina officia ſemper habeat alium adiunctum, qui eo deficiente vices eius ſuppleat, de conſecrat.diſtinct.j.cap.vt illud.cap.epiſcopus.c.iubemus. cap. hoc quoque.item vij. quæſt.j. cap.illud diuini, cum c.ſequente Nihil contra.

IX. Regula: Vt laici à clericis loco ſint ſeparati, & ne laici ad altare accedant, vel præſbyterium ingrediantur, ca.j.

de vita & honestare clericor.c j.§. fin. de cohabitat. clericor. item De consecrat.dist.ij.c.sacerdotum.

X. Regula: Ne sine igne & aqua sacrificetur.c.vlt.de celebrat missar.

X I. Regula; De sale cœlesti in sacrificiis offerendo cauetur De consecrat.dist.iiij. c.sal cœlestis.

VI. EVENTVS DIVINORVM officiorum.

I. Regula: De effectu sacrificiorum differitur xxiij.q.ij.c. tempus.§.cum sacrificia.vsque ad §.de obseruatione.

II. Regula: Ne aliquid pro diuinis officiis detur vel exigatur, cauetur j.q.j.cap.baptizandis, cum sequentibus, vsque ad c.statuimus decretum.

III. Regula: Diuinis peractis ægroti visitandi, postea exeundum ad opus rurale. cap.j. §. deinde peractis. de celebrat.missarum.

VII. DE MISSA SEQVVNtur specialia.

I. Regula, De origine missæ, habetur De consecrat.dist. j.cap.Iacobus.

II. Regula, De causa missæ & vsu, habetur ca.cum creatura.xj.de celebrat.missar.

A QVIBVS MISSA SIT celebranda?

III. Regula: Ab episcopis, non corepiscopis, nec aliis non sacratis missa celebranda.de consecrat.dist.j.c.j§.si enim Iudæi. vers.ab episcopis.c.sicut non alij, in prin.c.hic.ergo.

IIII. Regula: A diacono missa non celebranda. cap. ex literis.ij.de clerico non ordin.

V. Regula: A concubinario missa non celebranda. cap. nullus, cum c.sequente Præter, in prin.vsque ad §.præcipientes.distin.xxxij. Obiicitur simul & obiectio soluitur d.cap. præter.§.verum principia.

VI. Regula: Ab eo qui in mortali crimine constitutus est, missa non celebranda.cap.de homine.vij.de celebratione missarum.

VII. Regula: A ieiuno missa est celebrāda, non ab ebrio, qui nondum crapulam concoxit.de consecrat.distinc.j. cap. sacramenta. item cap. si constiterit. xij. de accusationibus.

VIII. Regula: A Simoniaco missa celebranda non est. c.tanta.vij.§.item omnis.de Simonia.

VBI MISSA SIT CELEBRANDA.

IX. Regula: Non nisi in sacratis locis missa est celebranda. de consecrat. distin. j.in prin.& c.j.§.si enim Iudæi, vers.& non in aliis.c.sicut non alij.c.missarum.ca.hic ergo.ca.nullus præsbyter. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi necessitas exigat alio loco missam celebrari. d distin.j.in princ. vers.absque magna necessitate,& d.vers.& non in aliis.ibi: & hæc si summa.item d.c.sicut non alij.vers.nisi summa.& vers. nisi pro summa. Huius exemplum proponitur d.distinct.j.c. concedimus. Altera exceptio est: Nisi episcopus in altari viatico missam celebret, vel celebrari sibi faciat. cap. vlt.de priuileg.in vj. Tertia exceptio est: Nisi in oratoriis priuatis. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur. De consecrat.distin.j.c.si quis etiam. Distinctioni concordat d.distin. j.c.vnicuique,in fine.

X. Regula: In monasterio missa celebranda non est.xviij. q.ij.c.abbas in monasterio. vers. neque ab episcopo. c.abbatem cuilibet,in fine.c.luminoso.Contradicit d.q.ij.c.dudum. vers.aut si fortè ad peragenda.item c.penult.§ fin.

XI. Regula: Non in eodem altari præsbyter missam celebrare debet, in quo episcopus eo die celebrauit. de consecrat.distin.ij.c.vlt.

XII. Regula: Vbi paganus sepultus est, missam celebrare non licet. de consecrat.dist.j.c.ecclesiam.

XIII. Regula: Non super monumentis mortuorum missa est celebranda. d.distinc.j.c.non oportet.

XIIII. Regula: Missæ priuatæ in loco publico non sunt celebrandæ.d.distin.j. c. & hoc attendendum.

XV. Regula: Tam in metropolitana, quàm in aliis ecclesiis missa est celebranda. de consecrat.distin. ij.c.institutio.

XVI. Regula: Vbi episcopus tenetur chrisma conficere, ibi missam quoque eo die celebrare debet, non alibi. c.te referente. xij. de celebratione missarum.

QVANDO MISSA CELEBRANDA.

XVII. Regula: Ante horam diei tertiam missa non est celebranda Quæ regula approbatur simul & distinguitur

De consecrat. dist. j. c. nocte sancta. c. & hoc attendendum. vers. quæ hora tertia. Contradicit d. dist. j. c. necesse est. vers. nisi prima diei parte.

QVOTIES MISSA CELEBRANDA?

XVIII. Regula: Non nisi vna missa singulis diebus ab vno sacerdote est celebranda. de consecrat. dist. j. c. sufficit. item De consecrat. missarum c. consuluisti. iij. & c. te referente. xij. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi in die natiuitatis. Quæ exceptio approbatur d. c. consuluisti. iij. vers. excepto die natiuitatis. Cui concordat d. c. nocte sancta. Altera exceptio est: Nisi necessitas aliud suadeat. Quæ exceptio approbatur d. cap. iij. vers. nisi causa necessitatis.

QVOMODO MISSA CElebranda?

XIX. Regula: Ad modum metropolitanæ ecclesiæ in aliis quoque ecclesiis missa est celebranda. de consecrat. dist. ij. c. institutio.

ANTECEDENTIA.

XX. Regula, De alterius parochiano prius ab ecclesia eiiciendo, ix. q. ij. c. in dominicis, cum c. sequente Nullus.

ADIVNCTA MISSÆ.

XXI. Regula: De habitu missificantis cauetur dist. xxiij. c. ecclesiastica. Etiam sine pallio & sandalis missa celebrari potest. ca. vltim. de authoritate pallij.

XXII. Regula; De verbis canonis missæ, quæ ab Euangelistis dicta non fuerunt. c. cum Marthæ. vj. in prin. vsque ad §. quæsiuisti. de celebratione missarum.

XXIII. Regula, De iis quæ in missa sunt decantanda, habetur c. consilium. iiij. d. tit. item De consecrat. distinct. j. cap. porro gloria.

XXIIII. Regula: De nouem præfationibus missæ cum adiecta decima vide s. quæst. v. reg. vj.

XXV. Regula De precibus tempore missæ perorandis, habetur c. vnico, de celebrat. missar. in extrauag. com.

XXVI. Regula. Vt pro defunctis oratio habeatur, de consecrat. dist. j. c. visum. Huius regulæ exceptiones vide s. cap. prox. quæst. v. reg. v.

XXVII. Regula: De nō recitandis nominibus eorū, pro quibus oratio fit cauetur d. c. visum. §. fin. cum cap. sequente.

XXVIII.

XXVIII. Regula: De denunciandis festiuitatibus cauetur De consecrat.dist.iij.in princ.

XXIX. Regula: De missa singulis diebus audienda cauetur c.quidam.ij.de celebrat.missarum.

XXX. Regula: Vt auditores semper aliquid offerant, cauetur De consecrat.dist.j.cap.omnis Christianus.

XXXI. Regula: Clericus baculo aut capite velato ad celebrandum missarum solennia ne ingrediatur, cauetur d. distin.j.c.nullus episcopus, in prin. Hæc de missa: de qua tamen vide plura in præcedentibus de diuinis officiis, & s.cap. proxi. de concionib. & de orationibus.

DE SACRAMENTIS.

Cap. III.

I. DE SACRAMENTIS IN GENERE.

PRIMA regula, De definitione sacramenti, habetur j. quæst.j.cap. multi sæcularium.§.sacramentum. de consecrat. distinct.ij.'cap. sacrificium. Declaratur d. distinct.ij. cap. signum.

II. Regula, De ratione nominis, habetur d.cap.multi.§. sunt autem sacramenta.vers.quæ ob id sacramenta, vsque ad vers.quæ ideo fructuosa.item d.distinct.ij.c. qui manducant. §.ista ideo dicuntur sacramenta.

III. Regula, De diuisione sacramentorum in sacramenta necessitatis & dignitatis, habetur j.quæst.j. cap. remissionem.§.sed notandum est.

IIII. Regula: Species sacramentorum enumerantur d. q.j.c.multi sæcularium.§.sunt autem sacramenta.

V. Regula: Omnia sacramenta crucis signaculo perficiuntur.de consecrat.dist.v.c.nunquid non.

VI. Regula, De sacramentis non iterandis, cap.j.& cap. presbyter.iij.de sacramentis non iterandis.item distin.lxviij. in prin.cum duob.cc. sequentibus.j. quæst.vij. cap.etsi illa.§. breuiter, cum duob.cc.sequentibus. Huius regulæ exceptio est: Nisi sacramentum ab eo sit administratum, qui eius administrandi ius non habet. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ iam proposita sunt. vide item de regula proposita infrà in sacramento baptismatis.reg.lx.

VII. Regu-

VII. Regula, De effectu sacramentorum. Spiritus sanctus sacramentorum effectum latenter operatur. j. quæst. j. c. multi sæcularium. §. sunt autem sacramenta. versic. quæ ideo fructuosè. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi is qui sacramenta administrat, malus sit, vel non idoneus, aut ius administrandi ea non habeat. Hæc exceptio reprobatur j. q. j. cap. si iustus, cum sequentibus, vsque ad cap. remissionem. §. sed notandum. item d. quæst. j. cap. intra catholicam, cum sequentibus, vsque ad cap. ita fit verbum. item d. quæst. j. cap. cum scriptura, cum sequentibus, vsque ad c. sacerdotes. Contradicit d. q. j. c. sacerdotes, cum sequentib. vsque ad c. neque potest. §. cum vita. Soluitur hæc obiectio d. §. sed notandum, cum sequentib. vsque ad c. hi quoscunque. item soluitur d. q. j. cap. villissimus. §. patet ergo. & d. §. cum vita, cum tribus cc. sequentibus. Concordat item huic solutioni dist. xxxij. cap. præter. §. verùm principia. item xv. q. viij. cap. j. & cap. penult. Planè admittitur exceptio proposita in Simoniacis & aliis hæreticis, d. q. j. c. fertur. c. sicut. c. si præsbyter. §. quod autem, vsque ad c. maledicam. §. hoc ergo. item xxiiij. q. j. cap. subdiaconus. §. fina. Huius replicatio prima est: Nisi in extremis positus ab hæretico pœnitentiam acceperit. d. xxiij. q. j. cap. si quem. Altera replicatio est: Nisi baptismá ab hæretico acceperit. Quæ replicatio approbatur per ea quæ habentur j. de sacramento baptismatis, reg. lx. except. j. cum sequētibus. Hæc de prima exceptione. Altera exceptio est: Nisi laicus sacramenta administret. Quæ exceptio approbatur d. cap. subdiaconus. §. fina. Tertia exceptio est: Nisi indignus sit is qui sacramentum accipit. Quæ exceptio approbatur j. quæst. j. cap. quod quidam. §. ex his, vsque ad fin. cap. per Esaiam.

VIII. Regula: Ne pro sacramentis aliquid exigatur, cauetur per ea quæ proposita sunt s. cap. prox. q. vj. reg. ij.

IX. Regula: De iniuria sacramentis illata vindicanda cauetur xxiij. quæst. v. cap. si propterea.

II. DE EVCHARISTIA.

Hæc de sacramentis in genere dicta sunt: nunc de iisdem in specie dicetur, & primùm de sacramento eucharistiæ.

De veneratione sacramenti Eucharistiæ.

I. Regula: Inter omnes oblationes hoc sacramētum præcellit, & ab omnibus venerandum est. de consecrat. dist. ij. c. nihil in sacrificiis. cap. vtrum. §. intra sanctam.

II. Regula,

II. Regula, De nomine & nominis ratione, habetur j.q. j.cap.multi.§.sunt autem sacramenta, versi.cuius panis.

III. Regula: Ratio & vsus Eucharistiæ proponitur cap. j.§.vna vero est.versi. cuius corpus & sanguis.de summa trinitate.item Clement.j.§.transiturus de reliquiis sanctorum. item De consecrat.dist.ij.c.quia corpus,c.quia passus. c.cum frangitur.c.quia morte.c.semel immolatus.c.in Christo.cap. corpus.c.iteratur.c.quid sit sanguis.§.prouidens enim. De vsu huius sacramenti.

IIII. Regula: Simile huius sacramenti est Manna & aqua in deserto.de consecrat.distin.ij.cap.inquit Apostolus. Aliud simile habetur d.distin.ij.cap.accipite.

V. Regula: Proprium. Christus ipse comedens comeditur.d.dist ij.c.nec Moyses.c.sacerdos.

VI. Regula: Partes huius sacramenti sunt visibile & inuisibile.d.distin.ij.cap.hoc est quod. De partibus sacramenti Eucharistiæ.

VII. Regula, De conficiendo sacramento Eucharistiæ. Non nisi à sacerdote ordinato conficiendo.cap.j.§.vna vero. versic.& hoc vtique. de summa trinitate. Et plus vini quàm aquæ sumendũ.c.perniciosus.xiij.de celebrat.missarũ. Plura de hoc sacramento conficiẽdo vide j.reg.xiiij.cum sequent.

VIII. Regula: A quibus sunt contrectanda ac custodiẽda sacramenta Dominica, cauetur de consecrat.dist.ij.c. tribus gradibus, in prin.

DE SACRAMENTO EVCHARistiæ offerendo ac sumendo.

A QVIBVS OFFERENDVM.

IX. Regula: Vt per se, non per alium sacerdos Eucharistiam offerat, cauetur De consecrat.distin.ij.cap.peruenit.

X. Regula: Vt ieiunus offerat, cauetur De consecrat.distinct.j.cap.sacramenta altaris.

XI. Regula: De malis, an etiam ij cum effectu possint offerre eucharistiam, dictum est s. eod.cap.quæst.j.reg.vij. except.j.

XII. Regula, De hæreticis. Ab his non sumendum.xxiiij. quæst.j.cap.penult.in princ.& cap.vlt.

QVIBVS OFFERENDVM, ET à quibus sumendum est?

XIII. Regula: Omnibus regulariter offerendum, & ab omnibus

omnibus ſumendum eſt.de conſecrat. diſtinc.ij.cap.peracta. cap.ſi non ſunt.cap. & dixit. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt:Niſi excommunicatis,interdictis vel dignis excommunicatione. Quæ exceptio approbatur d.cap.ſi non ſunt.& d.diſtin.ij.cap.in cœna.verſi. exceptis iis. cap.epiſcoporum. viij.verſi.aut excommunicatos publicè.de priuilegiis, in vj. Altera exceptio eſt: Niſi magis, hiſtrionibus & ſimilibus non pœnitentibus. Hæc exceptio approbatur d.diſtin.ij.cap. pro dilectione. Vide inſuper j.reg.xxix. Tertia exceptio eſt: Niſi exteris.d.diſtinct.ij.cap.tribus gradibus.§. præcipimus etiam. Quarta exceptio videtur in malis. Sed hæc exceptio reprobatur d.diſtinct.ij.cap.non prohibeat.cap. penult.item diſtin.iiij.ca.eſt vnitas. Quinta exceptio eſt: Niſi ei qui proxima nocte cum vxore concubuit.xxxiij.quæſt.iiij.c.j. Concordat j.reg.xxviij. Cuius replicatio eſt: Niſi procreandæ ſobolis cauſa concubuit.d.q.iiij.cap.vir cum.§.ſi quis verò. Sexta exceptio videtur: Niſi ei,qui proxima nocte viſus ſibi eſt coire. Hæc exceptio reprobatur diſtinct.vj.in prin.cum ſequentibus. Septima exceptio eſt: Niſi mulieri menſtruo laboranti. Hæc exceptio iure antiquo approbata, iure nouo reprobatur diſtinct.v.in prin.§.item mulier quæ.& cap.vlt.§. ſanctæ quoque. Octaua exceptio eſt: Niſi non ieiunis.de conſecrat.diſtinct.j.cap.ſacramenta altaris.& diſtinct.ij.cap. liquidò. Nona exceptio eſt: Niſi hæreticis. xxiiij.quæſt.j.c. penult.in princ.& cap.vlt.

QVID ET QVANTVM OFFERENDUM AC ſUMENDUM EſT?

XIIII. Regula: Panis & vinum aqua permiſtum offerendum.de conſecrat.diſt.ij.in prin. cum ſequentibus, vſque ad c.didicimus.item c.cum omne.§. ſed ſi neceſſe ſit, vſque ad finem.c.in calicem. Aqua tamen vinum ſuperare non debet.c.perniciosus.xiij.de celebrat.miſſarum.

XV. Regula: Præter iſta tria nihil offerendum.d. diſt.ij. cap.non oportet.c.in ſacramento. Apoſtol.canon.iij. Diſtinguitur d.cap.iij.verſi,excepto nouo.

XVI. Regula: Non panis fermentatus, ſed hoſtia debet offerri.c.vlt.de celebrat.miſſarum.

XVII. Regula: Vuæ non offerendæ vel immiſcendæ.d. diſtin.ij.cap.didicimus.c.cum omne.§.nam quod de expreſſo. Diſtinguitur Apoſtol.canon.iij.verſi.excepto.

XVIII. Regula: Ne lac pro vino offeratũr, neque eucharistia intincta vel quid simile, cauetur d.c.cum omne, in prin. vsque ad §.sed si necesse.d.cap.iij.

XIX. Regula: Ne panis sine vino & aqua offeratur.d. distinct.ij.cap.comperimus.

XX. Regula: Non plures, sed vna hostia offerenda, in quibus singulis totus ac integer est Christus.d. distinct.ij.ca. in Christo.cap.quid sit sanguis.§.tanta est ecclesiæ.cap.singuli.cap.vbi pars.

XXI. Regula: Tantum offerendum, quantum populo sufficere potest.de consecrat.distin.ij.c.tribus.§.tanta.

EXPLICATIO EVCHARISTIÆ & verborum eius.

XXII. Regula: Quid sit Christum manducare & sanguinem eius bibere, declaratur De consecrat. dist.ij.c.quid est Christum.c.vt quid paras.c.qui manducant.

XXIII. Regula: Aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem.c. cum Marthæ.vj. quæsiuisti etiam. de celebrat. missar. Non in pituitam.c.in quadam.viij.eod.tit.

XXIIII. Regula: Species, non substantia panis & vini offertur.de consecrat.distin.ij. cap.species.c.quia corpus.ca. panis & calix.c. ante benedictionem.c. panis.c.omnia c.corpus.cap.in Christo.§.fin.

XXV. Regula: Verum corpus & verus sanguis Christi offertur.d.distinct.ij.cap.in quibus, cum sequentibus, vsque ad c.prima quidem, item c.panis est.c.corpus.c.non omnis.c. sicut Iudas.c.reuera.c. vtrum sub figura.c.quid sit sanguis.c. omnia.c.corpus.c.necessariè.c.in Christo.§.de naturali enim. §.fin.c.sicut est.c.tunc eis.c.corporeum.c.accesserunt.

XXVI. Regula: Non carnaliter, sed spiritualiter offertur corpus & sanguis Christi.d.distinct. ij.ca. prima quidem. cap.non hoc corpus.cap.quid est Christum.ca.hoc est quod. cap. dupliciter.cap. qui manducant.cap.de hac quidem.cap. in illo sacramento.cap.si credis. Quomodo autem spiritualiter corpus Christi sit accipiendum, declaratur d.distinct.ij. cap.credere.c.panem.

XXVII. Regula: Quare tres partes fiant ex corpore Christi, explicatur distinctio.secunda. cap.triforme. Plures huiusmodi explicationes vide infra regula quadragesima-octaua, cum sequentibus.

QVOMO

QVOMODO EVCHARISTIA OFFErenda & sumenda sit? item antecedentia & adiuncta.

XXVIII. Regula: Ab vxore abstinendum tribus, quatuor aut octo diebus antè, ab eo qui communicaturus est. d. distin. ij. cap. omnis homo, cap. tribus. §. fina. Vide item. s. reg. xiij. except. v.

XXIX. Regula: Probet se prius quàm sumat. d. distinct. ij. cap. qui scelerate. c. timorem decet.

XXX. Regula: Prius dimittendum debitoribus. d. dist. ij. cap. panem.

XXXI. Regula: Pura conscientia eucharistia offerenda, & pura mente sumenda, deposita voluntate peccandi. d. dist. ij. c. nihil in sacrificiis. ca. quotidie. c. qui scelerate.

XXXII. Regula: Vt in eleuatione hostiæ, vel cum eam præsbyter ad infirmum defert, populus se reuerenter inclinet, c. sanè cũ. x. §. sacerdos verò quilibet. de celebrat. missar.

XXXIII. Regula: Cùm eucharistia defertur ad infirmum, deferri debet in decenti habitu, & cum lumine. d. c. sanè cum. x. §. quam in decenti.

XXXIIII. Regula: De instrumento seu poculo in quo est offerenda, dictum. s. lib. prox. cap. vlt reg. xxxxiij.

XXXV. Regula. Vt nihil ad altare præter oleum in cãdelabro & incensum oblationis tempore admoueatur. Apostol. canon. iij. in fine.

QVANDO ET QVOTIES EVCHARIstia offerenda ac sumenda sit?

XXXVI. Regula: In Pascha, Pentecoste, & Natali Domini præcipuè offerenda ac sumenda est. de consecrat. dist. ij. c. etsi non frequentius. c. sæculares. ca. omnis homo. item De pœnitent. c. omnis vtriusque. xij. vers. ad minus in pascha.

XXXVII. Regula: Biduo ante Pascha non offertur. de consecrat. dist. iij. c. sabbatho. §. quod vtique.

XXXVIII. Regula: Etiam in cœna Domini eucharistia sumi potest. de consecrat. distinct. ij. c. in cœna.

XXXIX. Regula: Quotidie potest accipi. d. dist. ij. c. quotidie. c. si quotiescunque.

XL. Regula: Omnibus diebus Dominicis sumi potest. d. c. quotidie, in prin.

XLI. Regula: Ter ad minus singulis annis communicandum. d.distin.ij.c. etsi non frequentius. aut ad minimum semel.cap.omnis vtriusque.xij.de pœnitent.

XII. Regula: Quisque sacerdos, quoties missam celebrat, toties eucharistiam sumat.de consecrat. distinct.ij.cap. peracta.cap.relatum.

EVENTVS ET CONSEQVENTIA Eucharistiæ.

XLIII. Regula, De eo quod superest consumendo, & ab eo qui detulit communicando.d.distin.ij.c.tribus.§.quod si remanserint.item De celebrat. missæ cap.ex parte. v.& ibi glossa.Apostol.canon viij.

XLIIII. Regula: De oratione quæ post oblationem fit, differitur De consecrat. dist.ij.cap.species.

XLV. Regula; Pax non ante, sed post dicenda d. distin. ij cap pacem igitur.

XLVI. Regula, De ieiunando à ministris post sumptam reliquam eucharistiam. d. distinct. ij. cap. tribus. §. qui autem residua.

XLVII. Regula: Si de sanguine Christi aliquid stillat per negligentiam, pœna & euentus. d. distinct. ij. cap. si per negligentiam.

XLVIII. Regula: Si quis eucharistiam euomuerit. d. distinct.ij.cap.si quis per ebrietatem.

XLIX. Regula: Eucharistia sumpta non incorporatur sicut reliquus cibus & potus.d.distinct.ij cap.non iste.

L. Regula: Quamuis per partes Christus manducetur, integer tamen manet.d.distinct.ij.cap. inuitat.c.quid.sit sanguis.§.fin.cap.qui manducat.cap.singuli.

LI. Regula: Non est reiteratio passionis Christi, sed commemoratio. d.distinct.ij.cap. cum frangitur.cap.iteratur.ca. vtrum sub figura.§.iteratur autem.

LII. Regula: Significat immolationem corporis Dominici in cruce, & sanguinis de latere effusionem.d. ca.cum frangitur. Vide s̄.reg.iij.

LIII. Regula: Operatur remissionem peccatorum.d.dist. ij.cap.ante benedictionem, in fine. cap.corpus.c.quid sit sanguis. §. item mysterium.vers. prouidens enim. Huius exceptio est: Nisi quis indignè sumpserit. Quæ exceptio approbatur d.dist.ij.c.qui scelerate.c.timore.c. quid est Christum

cap.credere.c.qui discordet.cap.& sancta.c sicut Iudas.item De consecrat.distinct.iiij.cap.qui in maternis.§.fin.

LIIII. Regula: Assumens vnitur Christo, & consequitur vitam æternam.d.dist ij.c.quid est Christum. c. Christus panis.c.qui manducant.c. credere. c.commodauit. c. hoc sacramentum.cap.reuera.§. ista autem esca.cap.omnia.vers.& cum dignè.cap.in Christo.

LV. Regula:Per eucharistiam benedicimur, asscribimur in cœlo, de visceribus Christi esse censemur,à bestiali sensu exuimur,&c.distinct.ij cap.vtrum.§.hanc igitur.

LVI. Regula,De pœna non communicantium, habetur d.distinct.ij.cap. si quis intrat.c.sæculares. c.hi qui intrant.c. omnis homo. Hæc de eucharistia.

III. DE BAPTISMATE.

I. Regula:Ratio & vsus baptismatis proponitur De consecrat.d.distinct.iiij.cap.j.c.si baptizata.c.quisquis.

II. Regula: Efficit baptismus, ne peccatum baptizato obsit,sed proficit ei ad salutem.d.dist.iiij.c.ij.ca.quod autem c. ex quo instituta.c. filius Dei,in prin.c.vt ostenderet. cap.à paruulo.c.quisquis c.non ex quo §.item meminisse.item c.j. §.sacramentũ.de summa trinitate Clement. j.§.ad hoc.vers. quod celebratum.eod.titu.& c.maiores.iij. in princ.vers.sed per sacramentum baptismi de baptismo,item dist. xxvj.cap. deinde. § sed obiicitur. & c.vna tantùm.vers.sed intelligere. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi baptismo Ioannis sit baptizatus.de consecrat.dist.iiij.c.non regenerabuntur.Altera exceptio videtur in actuali,non originali peccato. Sed reprobatur d.dist.iiij.c. regenerante. Planè admittitur exceptio proposita in nõ consentiente baptizari:in hoc enim actuale peccatum non remittitur.d.c.maiores.iij.§.verùm quidam. Tertia exceptio est in non consentiente: huic enim nec originale peccatũ per baptisma remittitur, exceptis paruulis.d.c.iij.§.sed adhuc quæritur. Quarta exceptio est: Nisi baptizatus postea non crediderit vel peccauerit. Quæ exceptio approbatur d.dist.iiij.c.paruuli,in fine.& cap. non dubito. Cuius replicatio est: Nisi postea pœnitentiam egerit.c.j.§.sacramentum. vers.etsi post.de summa trinitate. Quinta exceptio est: Nisi malus baptizauerit. j.q.j.c. etiam corde, cum sequentibus, vsque ad c. si quis confugerit. Huius replicatio est:Nisi malus baptizauerit in forma ecclesiæ. d.quæst.j. c. sicut vrgeri.§.fin.& c.hi qui baptisma.§. sed notandum.

tandum. Concordant ea quæ habentur j. reg. lx. except. j. cum sequentibus. Sexta exceptio est: Nisi verbum non accesserit.d.q.j. c.detrahe verbum. Septima exceptio est: Nisi extra ecclesiam sit baptizatus.d.q.j.c.firmissimè tene,cum c. sequente. Octaua exceptio: Nisi baptizatum non pœniteat veteris vitæ.de consecrat.dist.iiij.c.omnis qui.Cui contradicere videtur d.dist.iiij.c.sine pœnitētia.de qua re vide j.reg. xxx.Nona exceptio est:Nisi baptizatus fidem & charitatem non habeat.d.distinct.iiij.cap.solet.§.quanquam ad salutem. c.verus. Huius replicatio est: Nisi per necessitatem desit:vt in paruulis.d.dist.iiij.c.baptismi.§.sicut autem.& §.fin.c.paruuli.c.nihil est.c.quæris.§.j.§.fin.c.in ecclesia. c.paruuli. cap. mater.c. quis autem. Plures huiusmodi exceptiones colligi possunt ex regulis sequentibus,præsertim j.reg.lx.

III. Regula: Per aquam baptismi terrenus fit cœlestis. de consecrat.dist.iiij.cap.per aquam. De effectu baptismatis.

IIII. Regula: Baptizati Christo incorporantur, & eius membra fiunt.d.distinct.iiij.cap.ad hoc baptismus.

V Regula: Per baptisma confertur gratia tam paruulis quàm adultis. Clement. j. §. ad hoc. vers. verùm quia quantum. de summa trinitate. Quæ gratia postea augetur vel minuitur. de consecrat.distin.iiij.cap.nec quenquam. §. planè eadem gratia. Non tamen amittitur per malitiam parentum baptizati.d.distinct.iiij.cap.quæris à me,in princ.vsque ad §. difficillimum.

VI. Regula:Diabolus nequitiæ vires amittit in baptismo d.cap.nec quenquam.§.quod si aliquis.

VII. Regula:Vetus infirmitas per baptismum non prorsus absumitur,sed vires amittit.d.distinct.iiij.c. non ex quo.

VIII. Regula: Baptisma non recipit maius & minus. d. distinct.iiij.cap.cum tantum.

IX. Regula: Sine baptismate originale peccatum non soluitur,nec gratiam vitæ cælestis quis consequitur.de consecrat. dist.iiij.c. firmissimè tene.c.non potest.c.filius Dei.§. fin.cap.nulla præter. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi fide,suppleatur baptismus,qui capi non potest. d. distin. iiij. c.baptismi vicem.& c.sicut in sacramentis. Altera exceptio est: Nisi Deus non baptizato sua benignitate succurrat. d. cap.baptismi vicem.§.& sicut in illo. Tertia exceptio videtur: Nisi non baptizatus rectè vixerit. Sed reprobatur d. distin.iiij. cap. cathecuminum,in prin. Quarta exceptio est:

Nisi martyrio defunctus sit d.cap. catechumenum. Quinta exceptio est: Nisi non contemptu baptismi, sed alio impedimento non fuerit baptizatus. d. distinct. iiij. cap. non dubito.

Quibus cõstet baptisma.

X. Regula: Baptismus constat aqua & spiritu. de consecrat dist. iiij. cap. j.

XI. Regula: Baptismus constat verbo & aqua: quorum altero deficiente, non perficitur. c. j. §. sacramentum. de summa trinitate. c. p. penult. de baptismo.

XII. Regula: De pœna præsbyteri baptizare nolentis cauetur De consecrat distinct. iiij. cap. quicunque.

XIII Regula: De vase ex quo baptizandum, cauetur De consecrat. distin. iiij. cap. omnis. præsbyter.

QVI BAPTIZANDI?

XIIII. Regula: De paruulis baptizandis cauetur cap. maiores iij. in prin. vsque ad § verum quidam. de baptismo. distinct. v. c. j §. fin. & cap. baptizari. de consecrat. distinct. iiij. cap. illud perscrutari. cap. filius Dei. §. paruuli etiam. cap. si qui apud. §. fin. cap paruuli alio. cap. nihil est aliud. cap. minor. cap. placuit vt qui.

XV Regula: De adultis baptizandis cauetur d. distin. v. cap. j. §. fin. & cap. baptizari. item cap. j. §. sacramentum. de summa trinitate.

XVI. Regula: De infirmis baptizandis cauetur d. dist. iiij. cap paruuli cap. ægrotantes.

XVII Regula: De furiosis, dormientibus ac inuitis baptizandis cauetur c. maiores. iij §. itẽ quæritur. de baptismo.

XVIII. Regula: De malis baptizandis cauetur d. distin. iiij. cap. est vnitas.

A QVIBVS BAPTIZANDI?

XIX. Regula: Non nisi à sacerdotibus baptizandum. de consecrat. distinct. iiij. cap. constat. Huius regulæ exceptio est: Nisi periculum mortis immineat absente sacerdote: hoc enim casu etiam laicus baptizare potest. d. cap. constat, in fine. & d. distinct. iiij. cap. mulier. cap. in necessitate. c. sanctum est. item distinct. xciij. cap. diacones. §. absque, in fine.

XX. Regula: Diaconus non nisi consensu episcopi vel præsbyteri baptizare debet. Quæ regula approbatur simul & distinguitur d. cap. constat. & d. §. absque. Nec item præsbyter sine consensu episcopi, nisi sub eadem conditione. d. distinct. iiij. cap. omni tempore. §. præsbyter verò. & dist. xcv. cap. penult.

XXI. Regula: De hæreticis & aliis proponetur j. reg. lx.except.j.cum sequentibus.

VBI BAPTIZANDVM?

XXII. Regula: In priuatis domibus non est baptizandum. Quæ regula approbatur simul & distinguitur Clemēt. j.de baptismo.

XXIII. Regula: Quisque in sua ecclesia est baptizandus, per ea quæ proposita sunt s. capite viij. q. viij. reg. xliij. Cuius exceptio est: Nisi baptizandus peregrinetur, vel certum domicilium non habeat: hoc enim casu in ea ecclesia, quam elegerit, baptizari potest.x.q. iij.cap.nec numerus,in princ.vers.aut in electa.&ibi glossa.

XXIIII. Regula: In monasterio baptizandum non est xviij.quæst.ij.cap.pridem.

QVANDO BAPTIZANDVM?

XXV. Regula: Generale baptisma non nisi sabbatho sancto Paschæ & Pentecostes celebrandum. de consecrat. distin.iij.c.celebritatem.§.eodem quoque. & distinct. iiij. c. non ratione.c.duo tēpora.c.propriè.c.de cathecumenis.c.venerabilis.c. baptizandi. Huius regulæ exceptio est: Nisi baptizandus sit infirmus, vel aliâs in periculo vitæ constitutus. hic enim cæteris solennitatibus quandocunqne baptizari potest.d.c.de cathecumenis,in fine, cum c.sequente. d.c.venerabilis,in fine.& d.cap.baptizandi vers.excepto.

XXVI. Regula: In die epiphaniæ baptizandum non est. d.distinct.iiij.cap.si quis autem.

XXVII. Regula: Non in diem mortis instantis baptismus debet differri.d.distinct.iiij.cap.quando quis.

ANTECEDENTIA BAPTISMVM.

XXVIII. Regula: Baptizandus prius in fide instituendus est atque examinandus.d. distin. iiij.c.ante baptismum, cum sequentibus, vsque ad cap.postquam se.item ca.Iudæi.

XXIX. Regula: Ante tres septimanas Paschæ baptizandi suscipiendi sunt.d.distinct.iiij.cap.non liceat,in prin.

XXX. Regula: De pœnitentia prius à baptizando agenda cauetur d,distinctio.iiij. cap.agunt. cap.ne quod absit. Huius regulæ exceptio est in exteriori satisfactione, & afflictione, quæ solet in pœnitentia exigi, d. distinct. iiij. cap.sine pœnitentia.& ibi glossa.

XXXI. Regula: Baptizandi à vino & esu carnium aliquamdiu debent abstinere.d.distin.iiij. cap.baptizandi. & ca. ne quod absit.

MODVS ET ADIVNCTA baptismatis.

XXXII. Regula, De offerendo baptizando. A quo possit offerri? Non plures, sed vnus debet offerre.d.distin.iiij. c. non plures.item cap.quamuis. iij. in prin. de cognatione spirituali, in vj.

XXXIII. Regula: Maritus & vxor eundem offerre non debent.xxx.q.iiij.c.penult.§.fin.& c.vlt.

XXXIIII. Regula: Idem potest esse compater in catechismo, baptismo, & in confirmatione. de consecrat. distin iiij.cap.in catechismo.

Qui offerre possint & qui nõ. XXXV. Regula: Qui ipse baptizatus non est, nec confirmatus, offerre non potest.d.dist.iiij.c.in baptismate.

XXXVI. Regula: Abbas vel monachus offerre non potest.d.dist.iiij.c.nonlicet.c.monachi.

XXXVII. Regula: Compater fideiussor apud Deum pro suscepto existit.d.distin.iiij.cap.vos ante.

XXXVIII. Regula, De oblatione in baptismate viua voce facienda, Nouell.123.§.ad hæc iubemus.

XXXIX. Regula, De promissione in baptismo præstita seruanda, de consecrat.distinct. iij. cap.celebritatem.§. ipsis etiam.

XL. Regula: De nomine à baptizandis dando cauetur De consecrat.distin.iiij.c.baptizandi.

XLI. Regula: De aqua consecranda cauetur d. dist. iiij. cap.deinde à sacerdote.§.fin.cum duob.cc.sequentibus. Vide item j.reg.lx.except.ix.

XLII. Regula: De exorcismis & exsufflationibus præmittendis cauetur d.dist. iiij.c.siue paruuli. c.ante viginti.ca. postquam.c.sicut nostis.c.dehinc iterum.

XLIII. Regula: De renunciando diabolo & eius operib. cauetur d.dist.iiij.c.prima.c.primum.

XLIIII. Regula: Vt vices baptizandi, qui loqui non potest, alius suppleat, cauetur d.distin.iiij.c.paruuli.ca.ægrotantes.c.cum pro paruulis.

XLV. Regula: Si loqui potest baptizandus, ne per alium respondeat, cauetur d.cap.cum pro paruulis.

XLVI. Regula: De orationibus super baptizando habendis cauetur d.distin.iiij.c.exhinc iam.c.emersisti.

XLVII. Regula: De trina mersione cauetur d.dist.iiij. c.postquam vos.ca.si quis præsbyter.cap.de trina.cap.eodem modo.cap.multi sunt. cap.in synodo.cap.propter vitandum. Apostol.canon.49.

XLVIII. Regula: Vt in nomine trinitatis baptizetur, cauetur d. c.si quis præsbyter.& d. c multi sunt.& d.cap.in synodo.item De summa trinitate c.j.§.sacramentum. Apostol. canon.48.

XLIX. Regula: De sale benedicto in os baptizandi dando cauetur d.dist.iiij.cap.exhinc iam.c.sal cœlestis.

L. Regula: De naribus & auribus baptizandi saliua tangendis cauetur. d. distinct. iiij. cap. postea tanguntur, cum cap.sequente.

LI. Regula: De adspergendo baptizando aqua benedicta cauetur d.dist.iiij.c.in sabbatho.c.nec quenquam.

LII. Regula,De baptizando signando in corde & fronte, d.distin.iiij.c.postea signatur.

LIII. Regula: De inungendo baptizato cauetur d. dist. iiij.cap.deinde à sacerdote. c.venisti.c.postquam ascendit.ca. emersisti.c.accepisti.c.præsbyteris.ca.præsbyteri. cap. si quis voluerit.c.si quis de alio.c.nullus ministrorum.

LIIII. Regula: Ratio mysteriorum quæ fiunt in baptismate,exponitur d.dist.iiij.c.prima igitur.

CONSEQVENTIA BAPTISMI.

LV. Regula: De candida veste baptizato danda cauetur De consecrat.dist.iiij.c.post baptismum.c.accepisti.

LVI. Regula, A quibus nuper baptizati abstinere debeant,definitur De consecrat.distin.v.c.Neophyti.

LVII. Regula: Post baptismum confirmationis sacramentum præstandum.d.distin.v.cap.j.de quo vide j.eod.cap. membr.iiij.

LVIII. Regula: Non omne quod in homine est, censetur baptizatum.de consecrat.distin.iiij.c.si quidquid.

LIX. Regula: Baptizati prioris sectæ vel fidei ritus dimittere debent.c.quidam.iiij.de apostatis.

LX. Regula: De non reiterando baptismate cauetur cap. vlt.de baptismo.& Apostol.canon.46.distinct.lxviij.cap.j.cap. præsbyteri. §. fin. item j. quæst.j.cap.hanc regulam. item De

consecrat.distin.iiij c.non licet.c.rebaptizare. c. de Arrianis. c.cum itaque §.scimus quidem.c.quibus.cap.eos quos.Concordat item M.I C lib.iij.cap vij.de baptismate:reg ij.Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi baptizans prior ius baptizandi non habuerit, vel non fuerit idoneus.Sed reprobatur j.q.j.c.remissionem §.sed notandum.c.si quis §.cætera.c. dedit.c.sicut vrget,c.hi qui.c.hanc regulam.§.nemo.c.spiritus sanctus.ca.si quis per. Concordant item ea quæ habentur s̄. reg.ij.except.v.repl.j.item j̄. in sequentibus exceptionib. vbi non nullæ distinctiones, quibus exceptio proposita admittitur,adiicientur. Altera exceptio videtur: Nisi paganus,aut hæreticus,aut aliàs malus prius baptizauerit. Sed & hæc exceptio reprobatur De consecrat.distin.iiij.ca.Romanus ca.à quodam.ca.si inter.ca.baptismus.ca.cum baptizat. ca.si qui apud.ca.quamuis,in prin.ca.ostenditur.c.hi de quibus.c.alius est. c nullus autem. c.quomodo excudit.c.non in vobis. c.ab antiqua.c.ecclesia.c.nunc autem. c.cum tantum. ca non est aqua.c.siue hæreticus.item j.q.j.ca quod quidam. item xxiiij.q ij.c.miramur.§.obiicitur tamen.cap.subdiaconus § potest tamen. cap.si quem. Planè admittitur exceptio proposita, si hæreticus non in forma ecclesiæ baptizauerit.j. q.j.ca.hi qui §.sed notandum, cum sequentibus,vsque ad ca. teneamus.item De consecrat. distin.iiij.c.si reuera. c quos à paganis. c.hi verò.ca de Arrianis. Apostol.canon.46.vers.aut pollutum.Tertia exceptio : Nisi non baptizatus baptizauerit Approbatur j q.j.c.si præsbyter.vers.& omnes.Sed reprobatur d.dist iiij.c.solet etiam. Quarta exceptio est:Nisi quis seipsum baptizauerit.cap.debitum.iiij.de baptismo. Quinta exceptio est: Nisi non secundum formam ecclesiæ sit baptizatus. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt paulo superius except.ij.in fine.Sexta exceptio est:Nisi trina mersione non sit baptizatus de consecrat. dist.iiij.ca.eodem modo, in fine. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. reg. 47. Septima exceptio est:Nisi verba hæc,Ego te baptizo:fuerint in baptizando omissa.ca.j.de baptismo. Octaua exceptio videtur: Nisi error interuenerit. Sed reprobatur De consecrat.dist.iiij.c.satis ostendimus.c.si non sanctificatur.c.retulerunt. Nona exceptio est: Nisi aqua non fuerit consecrata. d.dist.iiij. c.per aquam.§.non omnis.§.quare autem.ca.nunquam.c.venit sacerdos, cum c.sequente. Decima exceptio est:Nisi ficto animo,vel mimicè & iculariter quis sit baptizatus

zatus.d.dist.iiij.c.solet etiam.c.quomodo.§.his qui ficto corde. Huius replicatio est: Nisi postea baptizatus ratū habuerit baptisma vero corde.d.dist.iiij.cap.tunc valere. Vndecima exceptio videtur: Nisi non ea intentione paruuli baptizandi fuerint oblati, vt veros baptismi effectus consequatur. Sed reprobatur d.dist iiij.c.non illud c.satis ostendimus. Duodecima exceptio est: Nisi dubitetur an sit baptizatus c.de quibus. ij. de baptismo. & d.dist. iiij.c. paruulos.c. placuit de infantibus.c.cū itaq;.c.si nulla. Decimatertia exceptio est: Nisi matre baptizata, infans in vtero adhuc extiterit. hic enim baptismus infanti non prodest: ideóque rebaptizari potest. d.dist.iiij c.si quidquid. c. si ad matris c. quid in maternis.c. si qua mulier. Decimaquarta exceptio videtur: Nisi primò baptizatus fidem & charitatem non habuerit. Sed reprobatur d.dist.iiij.c. sicut in.§.non interest, vsque ad finem. Decimaquinta exceptio videtur: Nisi baptizatus postea factus sit apostata. Sed reprobatur d.dist.iiij.c.ostenditur.§.sicut enim c.sanctum est.vers.cum in naui quadā.ca.nullus autem.item j.c.quod quidam.

LXI. Regula: Pœna reiterantis baptisma cauetur cap. ij.de apostatis.

ADFINE BAPTISMATIS remedium.

LXII. Regula: Adfine baptismatis remedium est, circumcisio. de consecrat.distin.iiij.c.quod autem, cum cap.sequente. Hæc de baptismate.

IIII. DE CONFIRMATIONE, SEV manuum impositione.

I. Regula: Post baptismum confirmatio præstanda. de consecrat.dist.v.cap.j.c.de his verò, in fine.

II. Regula: Ratio & vsus confirmationis habetur d.dist. v.cap.nouissimè.cap.vt ieiuni.§.fin. De confirmationis vsu.

III. Regula: Confirmatio est sacramentum. d.ca.de his verò. Item est chrismatio frontis.cap.vnico.§.per frontis.de sacra vnctione.

IIII. Regula: Comparatio confirmationis & baptismi habetur d.distin.v.cap.ij.& sequente.

V. Regula: Non nisi ieiuni confirmandi. d.distinct.v.cap. vt ieiuni.

VI. Regula: Non nisi semel confirmandi. d. dist. v.cap. dictum est.c.de homine.

VII. Regula: Non nisi à pontifice confirmandum.d. dist. v.c de his verò.§. & sicut vnum.cap.manus quoque.item De consuetudine c.quanto.iiij. & De sacra vnctione.cap. vnico. §.per.frontis. Contradicit dist. 95. in prin. cum c. sequente. Cui obiectioni respondetur d.distinct.95.c. præsbyteros.

VIII. Regula: Non nisi à ieiuno confirmandum.dist.v. cap.vt episcopi.

IX. Regula: Non nisi ab vno debet offerri confirmandus.c.vlt.§. de confirmatione. de cognat. spirituali, in vj. de consecrat.distinct.iiij.cap.non plures,in fine.

X. Regula: Etiam ab eodem qui in baptismo obtulit, offerri potest.d.dist.iiij.c.in catechismo.

V. CHRISMATE SEV sacra vnctione.

I. Regula: Chrisma est sacramentũ.dist.95.c.illud superfluum.vers.quia genus de consecrat. distinct. iij cap.literis vers.quia nouum.

II. Regula, De eo conficiendo. Quando conficiendum sit definitur d.c.literis.& De consecra.dist.iiij.c.omni tempore.

Quibus vnctionis munus competat

III. Regula, De eo conferendo, Solus sacerdos potest infirmum vngere.cap.quæsiuit.xiiij.in prin.de verb.signifi.

IIII. Regula: Presbyter illud conferre potest dist.95.cap. præsbyteros.§.oleo verò sanctificato.

Do loco & tempore vnctionis.

V. Regula Episcopus quoque illud conferre potest d.cap. præsbyteros.§.fin.cum c.sequente

VI. Regula: Quibus conferendum, quando & quoties, nec non locus inunctionis definitur cap. vnico, §. quia verò Christus, vsque ad §.per.frontis.de sacra vnctione.

VII. Regula: De episcopo vngendo in consecratione cauetur d.cap. vnico, in prin.de quo vide item s.lib. prox.ca.x. quæst.viij.reg.xliij.

VIII. Regula: De vnctione altari consecrando conferenda cauetur d.c.vnico.§.vngitur.

IX. Regula, De chrismate petendo. A quo & per quem petendum sit, definitur. De consecrat. dist.iiij. c. præsbyteri qui,c.omni tempore

X. Regula: De aqua chrismate cõsecrata ad aspersionem

non

non vtenda cauetur distinct.iiij.cap.in sabbatho.Hæc de sacramento eucharistiæ, baptismatis, confirmationis & chrismatis sint dicta. De ordine dictum est s.libr. proxi. vbi de personis ecclesiasticis actum est. De pœnitentia dicetur j. cap.v. De matrimonio j.c.xj.cum sequentibus. Nunc de consecrationibus & benedictionibus agetur.

DE CONSECRATIONIBVS & benedictionibus. Cap. IIII.

PRIMA regula, De consecrationis definitione, habetur xxiiij.q.j.c.pudenda.versi.consecrare enim.

QVÆ CONSECRANDA?

II. Regula: Prælatus electus consecrandus est. Quæ regula approbatur simul & distinguitur s.lib. proxi.c.10.quæst. viij.reg.xxxvj. Sed & plura de consecratione electi vide d.q. viij.reg.xxxvj.cum octo sequentibus.

III. Regula: Templa & aliæ ædes sacræ cum altaribus, vasis, vestibus ad diuinum cultum pertinentibus consecranda.de consecrat.distinct.j. in prin.cum cap. sequente. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi consecratio semel sit facta. d.distinct.j.cap.ecclesiis.item distin.lxviij.c.j.cap.presbyteri. §.quod ergo.c.ecclesiis, in prin.& versi.quia sicut.Cuius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is consecrauerit, qui ius consecrandi non habuit.d.§.quod ergo. Altera replicatio est: Nisi non constet episcopum fuisse qui consecrauit.d. distinct.lxviij.in prin.& cap.presbyteri, in prin.& §.fin. Tertia replicatio est: Nisi locus consecratus effusione sanguinis aut seminis sit pollutus.d.cap.ecclesiis, in prin.& cap. proposuisti.iiij.de consecratione.c.vnico, in princ.eo.tit.in vj.item De consecrat.distin.j.cap.si motum.versi.si homicida. Quarta replicatio est: Nisi ecclesia consecrata fuerit exusta.d.cap. ecclesiis, in princ. Quinta replicatio est: Nisi altare motum vel labis continens sigillum confractus fuerit. cap.j. & cap. quod in dubiis.iij.de consecratione ecclesiæ.item De consecrat.dist.j.cap.si motum.Huius duplicatio est: Nisi non enormis sit læsio.c.ligneis.vj.eo.tit. Sexta replicatio videtur: Nisi tectum corruerit, vel lignea ædificia. Quæ replicatio reprobatur d.cap.ligneis.vj. Septima replicatio videtur: Nisi parietes sint mutati.Sed reprobatur d.cap.si motum.versi.si parietes. Octaua replicatio est: Nisi ecclesia consecrata sit diruta,

ruta, & rursus ædificata. Hæc replicatio reprobatur certo modo De consecrat.distinct.j.cap.de fabrica. Nona replicatio est: Nisi infidelis in loco consecrato sit sepultus Quæ replicatio reprobatur certo modo d. distinct.j. cap. ecclesiam, in fine. Decima replicatio est: Nisi excommunicatus in loco consecrato fuerit sepultus.c.consuluisti.vij. de consecratione ecclesiæ. Vndecima replicatio est: Nisi fidem sanctæ Trinitatis non tenuerit, qui prius ecclesiam consecrauit. de consecrat.distin.j.ca.ecclesiis, in fine,cum tribus cc. sequentibus.duodecima replicatio est: Nisi de hoc ipso dubitetur, an locus sit consecratus. de consecrat.dist.j.c.solennitates.§. de ecclesiarum.cap. ecclesiæ.item distinct.iiij.cap. placuit de infantibus, in fine.

DVPLICATIO PRÆCEDENTIVM replicationum generalis.

Planè replicationum hactenus enumeratarum duplicatio generalis hæc videtur: Nisi ecclesia polluta, vel simili vitio laborans, antea non fuerit consecrata. Sed reprobatur cap.si ecclesia.10.de consecratione ecclesiæ. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione sint dicta.

Altera exceptio est: Nisi infidelis in loco sacro sit sepultus.de consecrat.distinct.j.cap.ecclesiam, cum cap.sequente. Tertia exceptio est: Nisi non studio religionis, sed cupiditate quæstus ecclesia sit ædificata.de consecrat. distinct. j.cap.si quis basilicam. Hæc de tertia regula.

IIII. Regula: Propter altare motum vel lapidem fractum non tota ecclesia consecranda, sed altare tantùm vel lapis.c.j.de consecratione.

V. Regula: Polluta ecclesia, pollutum quoque censetur cemeterium contiguum, non autem remotum: sed contrà, poluto cemeterio, non censetur polluta ecclesia. item, vno cemeterio polluto, non ob id cẽsetur pollutum aliud, quamuis contiguum.c.vnico.§.fin.de consecrat.in vj.

VI. Regula: Plures pluráve simul consecrari possunt.d. cap.vnico.

QVIBVS CONSECRANDI ius competit?

VII. Regula: Episcopo, qui eo loco episcopalia iura exercet, competit.cap.j.de religiosis domibus.item distinct. lxviij.

lxviij.cap.ecclesiis §.fina.

VIII. Regula: Episcopo alterius diœcesis non competit, quamuis in alia diœcesi ecclesiam ædificauerit. xvj.q.v. cap.j.& cap.vlt.in prin.

IX. Regula: Corepiscopis & aliis sacerdotibus ius consecrandi non competit.d.cap.ecclesiis.§. fin. & d. dist. lxviij. c.quamuis.item De consecratione ecclesiæ.c.aqua.ix.

X. Regula: De præsbytero cauetur xxvj. quæst.vj. cap.j. §.fin.cum c.sequente.& cap.ministrare,in prin.item distinct. xxiij cap.ex epistola,cum cap.sequente.

XI. Regula: De schismatico cauetur. xxiiij. quæstione prima.cap.pudenda.

QVA RE CONSECRANDVM?

XII. Regula: Aqua cum vino & cinere benedicta consecrandum.cap.proposuisti.iiij.& cap.consuluisti.vij.de consecrat. ecclesiæ.

XIII. Regula: Oleum non consecratum consecrato misceri potest.c.quod in dubiis.iij.§.fin.d.tit.

VBI CONSECRATIO FACIENDA?

XIIII. Regula: Nonnisi in sacratis locis. de consecrat. dist.j.in prin. Plura de hac regula vide.s.c.ij.reg.ix.

QVANDO CONSECRATIO FACIENDA?

XV. Regula: Singulis annis facienda.d.dist.j.cap. solennitates,in prin.&.c.solennitates.

XVI. Regula: Tam diebus Dominicis, quàm aliis consecrandum.cap. tua.ij. de consecratione ecclesiæ. & distinct. lxxv.in princ.

XVII. Regula: A ieiunis hora tertia consecratio facienda.d.dist.lxxv.in prin.

XVIII. Regula: Octo diebus consecratio facienda.d. cap.solennitates.§. fin.

QVOMODO CONSECRATIO FACIENDA?

XIX. Regula: Non solùm precibus, sed etiam sancti olei vnctione consecratio facienda. de consecratione distin. j.c.j.in prin.vers.& non solùm.c. altaria placuit. Huius exceptio est: Nisi altaria lapidea sint consecranda.dist.j.c.altaria.

XX. Reg

XX. Regula: Sine missa fieri consecratio non debet.d. distinct.j.cap.omnes,in prin.

ANTECEDENTIA.

XXI. Regula: De præcepto sedis apostolicæ in dedicandis ecclesiis prius expectando, cauetur dist.j.cap.de locorum, cum quatuor cc.sequentib.

EVENTVS ET CONSEQVENTIA.

XXII. Regula: Post consecrationem non substantia, sed species remanet. de consecrat. distinct. ij. cap.species.c.quia corpus.cap.panis.c.reuera.

XXIII. Regula: Ne pro consecratione aliquid exigatur, cauetur j.quæstione secunda.cap.placuit, in princ. & cap.sicut in princ.

XXIIII. Regula: Qui ecclesiam fecit consecrari, ad eam dotandam tenetur.c.cum sicut. viij. de consecrat.ecclesiæ.& d.cap.placuit.§.hoc tamen quisque.

AD FINE REMEDIVM SEV de benedictionibus.

XXV. Regula: Hæc de consecratione sint dicta, de qua tamen vide plura (vt dixi) s.libr. proxim. cap. 10.quæst.viij. regu.xxxv.cum nouem sequentibus. item cap. xv.regu.viij. cum sequentib. Consecrationis autem ad fine remedium videtur benedictio, quæ denegatur abbatissæ.cap.noua.10. de pœnitentiis.

XXVI. Regula: Abbatibus quoque denegatur, nisi ad hoc sint priuilegiati. quod priuilegium quousque se extendat, definitur cap.abbates.iij.de priuilegiis, in vj.

XXVII. Regula: Inferior superiorem benedicere potest.distinct.xxj.cap.denique.

XXVIII. Regula: Secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ.cap.j.& c.vir autem.iij.de secundis nuptiis.

De tempore benedictionis. XXIX. Regula: Omni tempore benedictio fieri potest, dummodo à ieiunis & hora tertia fiat. distinct.lxxv.in prin.cum cap.sequente. De benedicendis nuptiis vide j.cap. xij.quæst.vj.regu.v. Sed & quibus benedicendi ius competat vel non, vide paulo superius regu. vij. cum sequentibus. Sequitur de pœnitentia.

DE

DE POENITENTIA.
Cap. V.

PRIMA regula, De definitione pœnitentiæ, habetur De pœnitent.distinct.j.cap.ecce nunc.§.penult.& vlt.ca. tres sunt.§.est enim pœnitentia.cap. quis aliquando.§. illud autem.versi.est enim pœnitentia.& distinct.iij.cap.j.cap.pœnitentia.cap.pœnitentiam.§.fin.

II. Regula, De diuisione pœnitentiæ trimembri, habetur De pœnitentia distinct.j.cap.tres sunt.

III. Regula, itidē de diuisione pœnitentiæ bimembri in veram & falsam, habetur De pœnitent.distin.iij.c.intantum. §.fin.& cap.sceleratior.§.j. Definitionem falsæ pœnitentiæ eiúsque effectum vide s.cap.j.reg.xj except.j.

IIII. Regula, itidem de diuisione pœnitentiæ bimembri in interiorem & exteriorem, habetur De pœnit.distin.j. c.quis aliquando.§.econtrà.versi.est enim pœnitentia.

V. Regula, continens exempla pœnitentiæ, habetur De pœnitent. distinct.j.cap. conuertimini.§. vnde post trinam. distinct.iij c.totam.cap.Achab.

VI. Regula: Quo iure sit introducta pœnitentia, definitur xxxiij.quæst.ij.c.audiuimus.§.quia pro omnibus.

VII. Regula: Ad quem causæ pœnitentiales pertineant, definitur cap.accedentibus.xij. de excessibus prælator.item ix.quæst.ij.c.placuit vt deinceps.

DE POENITENTIA AGENDA.

VIII. Regula, Continens adhortationem ad pœnitentiam agendam, habetur De pœnitent.distinct.j.cap.qui sanctus.cap.ecclesia.c.secunda.c.iudicet. item De pœnitent. distinct.vj.cap.j.§.laboret itaque.

IX. Regula: Pro omnibus illicitis agenda pœnitentia. xxxiij.q.ij.c.audiuimus.§. qui pro omnibus.c.talis. cap.sicut Achab.item De pœnitent.dist.iiij.c.intermittentes.§. porrò. *Ex quibus causis agenda pœnitentia.*

X. Regula: Si multis nuptiis fuerit copulatus, pœnitentiam agere debet.xxxij.q.vij.cap.si quis fuerit.

XI. Regula: Si conscius sit alterius periurij. xxij. quæst. v.cap.si quis peierauerit, in fine.

XII. Regula: Si vxorem suam vel seniorem interfecit, pœniteat.xxxiij.q.ij.c.quicunque.cap.admonere te.

XIII. Regula: Si allexit aliquem turpis lucri gratia, vt fieret

fieret clericus vel monachus.xvj.quæst.vij.cap. penult.& xx. quæst.iij.cap vlt Plures huiusmodi causas speciales vide j. cap prox.de peccatis.

Quando agenda pœnitētia XIIII. Regula: Statim postquam peccatum est, pœnitere debet.de pœnitent.distinct.j.cap.Adam. Contrà faciunt clerici,qui non statim agunt pœnitentiam. d.distin.j.ca.quis aliquando,in prin.

Quoties agēda pœnitentia. XV. Regula: Videtur non nisi semel ad pœnitentiam agēdam aliquem admittendum esse, nec pœnitentiam esse iterandam. distin 50.cap. si quis post.§. potest & aliter. item De pœnitentia distin.j cap. nemo.c. quantumlibet.item distinct. ij.in prin & cap.j.§ fin.item distin.iij.in prin.cum cc sequentibus,vsque ad c.pœnitentia est quædam. Concordant item ea quæ habentur j reg 45. except. vj. Contradicit tamen d. dist.iij.c.quamuis.c.septies.c.ille Rex.c.Naum.§.fin.c.adhuc instant c.in tantum. item dist.l.c.quamuis. Item contradicit c.omnis vtriusque. xxij in prin.de pœnitentiis. Vbi quilibet vel semel in anno confiteri ac pœnitere iubetur. Cui concordat extrauagans com.ij. de hæreticis. item concordat.j. d.except.vj.in fine

Vbi pœnitentia agenda. XVI. Regula: Ab episcopo locus pœnitentiæ deputandus. dist. 81.c.sacerdos.

XVII. Regula: Mutandus est locus in quo peccatum est. d. dist.81.c.valet interdum.

XVIII. Regula: Interdum in monasterium detruditur pœnitens.d. distin. 81.c. dictū. c.si quis clericus.c. Romanus.

XIX. Regula: Episcopus, præsbyter aut diaconus propter fornicationem inter laicos pœnitere debet.d.dist.81.c. si quis episcopus.

XX. Regula: In conspectu ecclesiæ, non clam pœnitentia agenda.de pœnitent.distin.j.c.agite.c.& venit.c.fleat.cap. iudicet, in fine.c.quis aliquando.§.hæc ergo secreta.c.quem pœnitet.§.si peccatum,vsque ad finem.ca.quamuis.item De pœnitentiis cap.j.

Quomodo agenda pœnitentia XXI. Regula: Agenda pœnitentia est cordis contritione, oris confessione, & operis satisfactione. de pœnitent. distin. j.cap.perfecta.distin.iij.cap.perfecta. Declaratur hæc regula difinitione satisfactionis. d. dist. iij. c. satisfactio.

XXII. Regula: Sola cordis contritione potest fieri pœnitentia sine oris confessione, satisfactione. de pœnitentia dist.j.in prin.cum sequentibus, vsque ad c. si quis non. item c.si

cap.ſicut.§.fin.cap.facilius.§.hoc idem.cap.ſcindite.cap.conuertimini.cap.qui natus.§.fin.c.omnis qui.c.quis aliquando. §.econtrà,vſque ad §.econtrà. Contradicit d.cap.omnis.qui §.fin.cum ſequentibus,vſque ad c.nullus.Item contradicit d. diſtin.j.c.agite.c.lis poteſtatis.§.fin.c.ſunt qui. c.voluiſſent.§. ex is itaque,vſque ad finem.c.ſufficit.c.quis aliquando.§. his authoritatibus.& §. econtrà ea quæ, vſque ad finem. Huic obiectioni reſpondet Gratianus d. §. his authoritatibus, vſque ad §. econtrà. Concludendo tamen relinquit quæſtionem hanc arbitrio lectoris,d.diſtinct.j.cap.penult.§. fin.cum cap.ſequente.

XXIII. Regula: Officium pœnitentis definitur diſtinct. 50.c.pœnitentes,cum c.ſequente.xxvj.q.vij.c.affectū.xxij.q.j. c.deuotam.§.prius autem. item De pœnit.diſtin.j.c.ſunt qui. c.qui ſanctus.c.iudicet.item De pœnitent.diſtinct. v.c.j. §.in his omnib.& §.paueat præterea, vſque ad finem. Vide item ſ.reg.prox.item j.regulas ſequentes. Adiuncta pœnitentiæ & officta pœnitis.

XXIIII. Regula: Tempore ieiunij genua à pœnitentibus flectenda,mortui adferendi & ſepeliendi. xxvj.q. vij.c. ſacerdos.§.diebus etiam.

XXV. Regula: Omni tempore ieiunij manus à ſacerdote pœnitentibus imponenda.d.c.ſacerdos.§.omni autem.

XXVI. Regula: Semper pœnitenti dolendum. de pœnitent.diſtinct.iij.ca. pœnitentia.cap.ſi apoſtolus.cap. pœnitentiam.cap.productior.

XXVII. Regula: Quæ à pœnitente conſideranda & dolenda ſint, definitur De pœnitent. diſtinct. v, in princ. cum cap.ſequente.

XXVIII. Regula: Pro pœnitente orandum. diſt.50.ca. in capite.de pœnitent.diſtinct.j.cap.ſufficit,in fine.cap.fleat.

XXIX. Regula: A coitu pœnitens abſtinere debet.33. q.iiij.cap.qui in caſtigatione.

XXX. Regula: Quoniam pænitentis eſt delicta ſua confiteri, vt ſ.reg xxj.& xxiij.eſt oſtenſum: de confeſſione hoc loco peculiariter tractabitur. Eius autem vſus exponitur De pænitent.diſtinct.j. cap.ecce nunc. De cõfeſſionibus.

XXXI. Regula: Deo primùm,hinc ſacerdoti confitendum.d.diſtinct.j.cap.ſufficit.cap.quamuis.c.vlt.

XXXII. Regula: Pænitens eligere ſibi ſacerdotẽ poteſt cui cõfiteatur.d.diſtin.c.quem pænitet.§.quare qui confiteri.item diſtin. vj.in prin.& c.j.in prin. & §.qui ergo confi-

tetur.c.ſacerdos.§.quod autem.Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi extra vnitatem eccleſiæ conſtitutum ſacerdotem eligat.d. diſtin.vj. c.j.§.laboret itaque.verſ.ideo non petat, vſque ad §. ſacerdos itaque. Altera exceptio eſt: Niſi is ſacerdos,cuius eſt parochianus, ſatis ſit idoneus ad confeſſionem audiendam.d. §. quod autem,cum c. ſequente. item xvj.q.j.c.adiicimus. §.ecce in hoc. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi ſuperioris ſui licentia alium ſibi eligat. Quæ replicatio elicitur ex d. diſt.vj.c.vlt.verſ.ſine eius conſenſu.Concordat c.omnis.ij.§.ſi quis autem.de pœnitentiis. Altera replicatio videtur:Niſi conſuetudo loci extet in contrarium. Sed reprobatur.cap. ſi epiſcopus. ij. §.fin.de pœnitent. in vj. Tertia replicatio eſt: Niſi epiſcopus vel alius ſuperior,item inferior prælatus exemptus ſibi alium eligat. cap.vlt.de pœnitent.

XXXIII. Regula: Confeſſio non diuidenda,vt diuerſa diuerſis ſacerdotibus velit confiteri. de pœnitent. diſtin.v. cap.j.§.cautus ſit.

XXXIIII. Regula: Sacerdos cui confitendum eſt debet eſſe irreprehenſibilis. de pœnitent. diſtinct. vj. cap. j. §. ſacerdos itaque.

XXXV. Regula: Si deſit ſacerdos, proximo confiteri poteſt. de pœnitent.diſt.j.cap. quem pœnitet. §.tanta itaque vis. & d.diſtinct.vj.cap.j.§.j.

XXXVI. Regula: Mulieri non confitendum.cap.noua. x.de pœnitentiis.

XXXVII. Regula: Per ſe coràm,non per nuncium vel epiſtolam confiteri debet.d.cap.quem pœnitet,in prin.

XXXVIII. Regula: Factum cum ſuis circunſtantiis & qualitatibus confitendum. de pœnitent. diſtinct. v. cap. j. & diſtinct.vj.cap.j.§.diligens igitur inquiſitor.

XXXIX. Regula: Si peccatum occultum eſt, ſufficit id ſacerdoti tantùm confiteri. de pœnitent. diſtinct. vj.cap.j. §.qui ergo confitetur.verſ.etſi peccatum.

XL. Regula: Officium ſacerdotis,cui fit confeſſio,exponitur d. §. diligens igitur inquiſitor, vſque ad fin. item cap. omnis vtriuſque.xij.§.ſacerdos autem.de pœnitentiis.

XLI. Regula: De non reuelandis peccatis, quæ quis confeſſus eſt,cauetur d.diſtin. vj.c.j.§.fin.cum cap.ſequente, vſque ad §.quod autem. item c.omnis vtriuſque.xij.§.fin.de pœnitentiis.cap.dilectus.xiij.de exceſſib.prælatorum.

XLII.

XLII. Regula: Qui semel cõfessus est, alij postea, quamuis proprio sacerdoti, iterum idem confiteri non tenetur. extrauag.comm.ij.de hæreticis.

XLIII. Regula: Papa potest dare alicui generalem potestatem audiendi confessionem.d.extrauag.ij.

XLIIII. Regula, De absoluendo confesso, distinguitur primùm quidem, Si confessus se non corrigat, ac fateatur se abstinere non posse.cap.peccati.v.de reg.iuris, in vj. Hoc tamen casu confesso crebris & salubribus monitis pænitentia indicenda.c.quod quidam.v.de pænitentiis. Deinde distinguitur, Si ablatum non restituatur.cap.peccatum.iiij.de reg. iuris, in vj. Plura de regula proposita eiúsque exceptionibus vide s̄.lib.j.capite xiij.& j̄.reg.50. Hæc de confessionibus obiter sint dicta. Qui autem ad confessionem sint admittendi vel non, vide j̄.reg.50.

XLV. Regula: Si quis pænitentiam agere nolit, punitur dist.81.c.dictum.xxij.q.j.c.vlt.xxvj.q.vij.cap.erga eum.xxvij. q.j.c.quod si pænitentiam. §. fin. de pænitent. dist.j.cap.tres sunt.§.neque ea dimitti.dist.iij.cap. Achab. dist.vj.cap.j.§.laboret itaque.distin.vij.cap.idcirco fratres.cap.vlt.§.fin. Euentus pœnitentiæ.

XLVI. Regula: Pænitentia mitigat iram Dei, & operatur remissionem peccatorum seu iustificationem. de pænitent.dist.j.c.porrò illi.c. facilius. c.sed & continuò.c.serpens. c.libenter.c.multiplex, in prin.c.potest fieri.§.fin. cap.importuna.cap. nouit.c.si agamus.c, quamobrem. c. quia diuinitatis. c. ne forsitan.item De pænitent. dist. iij.c.quamuis.§.fin. cum sequentibus, vsque ad c.sicut Achab.item De pænitent. dist.vj.c.j.§. laboret itaque.& dist.vij.c. qui egerit.& c.si quis autem.item 32.q.j.c.quod autem.c.non erit c.cum renunciatur.cap.apud misericordem, in princ. Concordant item ea quæ habentur s̄.cap. j. reg. xj. Contradicere quodammodo videtur De pænitent. dist. j.c.si peccatum.c.sicut.vbi dicitur pænitentem nihilominus puniri Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi falsa sit pænitentia. Quæ exceptio approbatur simul & declaratur per ea quæ proposita sunt s̄.d. reg. xj. Altera exceptio est: Nisi pœnitens non speret indulgentiam seu remissionem peccatorum. de pænitent.distinct.j.c. nemo potest, in prin.& c.importuna. Tertia exceptio est: Nisi pæniteus non credat ecclesiam ius ligandi & soluendi habere.d. distinct. j. cap. potest fieri. §. dicis Petro.& ibi glossa. Quarta exceptio est: Nisi in spiritum sanctum

ctum peccauerit pænitens.d. dist j. c. iis potestatis.c.importuna.§.fin.c.si sacerdos.§.ego autem dico. Declaratur exceptio hæc De pænitent. dist.iij.c.inter hæc. §.fin. Quinta exceptio est:Nisi ore non sit confessus peccatum pænitens. de pænitent.dist.j.c.voluissent.§. denique, vsque ad fin. Sed de hac re vide s.reg.xxj. Sexta exceptio: Nisi pænitens præuaricatus sit,à charitate recesserit.& rursus peccauerit. Quæ exceptio approbatur De pænitent.dist.ij.c.j.fin.c.pennata.c. non reuertebantur.cap.ficta.§.ex præmissis.cap. quia radix. item De pænit.dist.iij.c.ille pænitentiam, cum sequentibus, vsque ad cap.qui vult. item c.nihil prodest,in prin. cap.sicut ait.c. Naum. Sed contradicit De pænitent.dist.j.c.nemo potest.item distin.ij.c charitas est.§.fin.cum sequentibus,vsque ad c,sicut tribus.item c.super tribus cc. sequentibus. item c. non est tam.c.vt cognouerunt §.item opponitur,vsque ad finem,cum c.sequente.item c. vlt. §. charitas, vsque ad finem. Item contradicit De pænitent.dist.iij.cap.illud verò.§.ecce. cap.sicut Achab. §.fin.dist.iiij.cap. peccatum. §. fin.& c. si ex bono. §. finis ergo. Vide insuper de exceptione proposita s.reg.xiiij.Septima exceptio videtur.Nisi nimis magnum sit peccatum quod admisit pænitens. Sed reprobatur d.distin.j. c.potest fieri.§.fin.c.quantuslibet.c.importuna. Contradicere videtur d.c.importuna.§.fin. Cui obiectioni respondetur d.dist.j.cap.si sacerdos.& c.Deus.& distinct.iij.c.talis. Octaua exceptio est: Nisi pænitens peccato resistere non possit d. distinct.iij.cap.in salicib. Hæc de xlvj.regula.

XLVII. Regula: Pænitentia cogit omnia libenter sufferre.de pænitent.distin.j.cap.perfecta. & dist. iij.c. perfecta.

XLVIII. Regula: Pænitens post septem annos in pristinum statum restituitur.dist.lxxxij.c.vlt.§.fin.xxxiij.q. ij.c. placuit.§.fin.cap.hoc ipsum,in prin.& hoc §.autem.

XLIX. Regula: Pænitens matrimonio alteri copulari non potest. Quæ regula approbatur simul & distinguitur j. cap.xiij.except.xxxiiij.

L. Regula: Pænitens ad sæcularia redire non debet.de pænitent.distinct.v.cap.j. §. in his omnibus.c.qualitas lucri. cap.contrarium.c.si qui verò.c.de his qui.cap.falsas.c.negocium.cap. vlt. Huius regulæ exceptio est: Nisi sine peccato peragi possit.d.cap.negocium.

DE POENITENTIA NEMINI DEneganda, & ea indicenda.

LI.

LI Regula: Pœnitentia nulli petenti deneganda. xxvj.q. vj.c.si aliquis.§.fin.c.si præsbyter.c.pen.item q vij.c.sacerdos in prin.c. hoc sit positum.§ fin. c. pœnitentem. item De pœnitentia distinct.j.c.multiplex.§.his autem. §. ita ergo.c.miror.c.pœnitentia.Apostol.canon.51. Huius regulæ exceptiones plures sunt, quarum prima est: Nisi raptor vel ecclesiarum violator manifestus ad pœnitentiam admitti petat. Hęc exceptio approbatur simul & distinguitur c.super eo. ij. de raptoribus. Altera exceptio videtur: Nisi fur vel latro in furto vel latrocinio deprehensus ac vulneratus ad pœnitentiam admitti petat. Hæc exceptio reprobatur xiij. quæst. ij. cap.penult. in fine. Tertia exceptio videtur: Nisi in torneamentis vulneratus ad pœnitentiam admitti petat. Sed & hæc exceptio reprobatur c.j.in fine.de torneamentis. Quarta exceptio est: Nisi manifestus usurarius ad pœnitentiam admitti petat. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c.vlt.§.fin.de vsuris,in vj. Quinta exceptio videtur: Nisi ad mortem condemnatus ad pœnitentiam admitti petat. Sed reprobatur Clemēt.j.de pœnitentiis. Sexta exceptio est: Nisi In loco interdicto constitutus ad pœnitentiam admitti petat. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄ libro j.c. ix.quæst.iiij.reg.j.in prin. Cuius replicatio prima est: Nisi moriturus petat. c. quod in te.xj. in prin. de pœnitentiis. Altera replicatio est: Nisi recipiens signum crucis petat. d. cap. xj. §.fin. Plures replicationes vide d. reg. j. Septima exceptio: Nisi peccati sibi non sit conscius qui ad pœnitentiam admitti petit.de pœnitent.distin.iij.cap.quærat.§. etsi fides desit. Octaua exceptio est: Nisi pœnitens charitatem non habeat.d.dist.iij.c.vlt.§.hæc propter charitatē.Vide insuper s̄.reg xlv.except.vj.Nona exceptio videtur: Nisi pœnitens in peccato perseuerauerit.Sed reprobatur d. c. vlt.§. pœnitentia ergo item c.quod quidam.v.de pœnitentiis.Cōtradicit c.peccati.v. de reg.iur.in vj. De qua re dixi etiam s̄. reg.xliij.in prin. Sed & de hac exceptione vide d.except. vj. Decima exceptio est: Nisi pœnitentiam semel vsurpatam non rectè celebrauerit pœnitens. Quæ exceptio approbatur certo modo d.cap.vlt.§.fin.de qua vide item d.except.vj. Vndecima exceptio est: Nisi de pluribus criminibus reus, non de omnibus pœnitētiam agat.c.defleat.ix.de reg.iur.de pœnitent.dist.iij.c.sceleratior. §. his authoritatibus. vers. in quo illorum etiam.cap.j.§.fin.cum cap.sequente.Sunt plures

& dist.v.c.vlt. Contradicit d.c.sceleratior.§.fin.cum duob.cc. sequentibus.Cui obiectioni respondet Gratianus d.cap.sunt plures.§.authoritas illa.c.quærat.§.illud autem,vsque ad fin. & cap.vlt.§.pænitentia ergo. Duodecima exceptio est: Nisi pænitens ablatum non restituat, vel moriturus de eo restituendo caueat.c.peccatum.iiij. de reg.iuris,in vj.ca.vlt.§.fin. de vsuris,in vj.c.super eo.ij.de raptoribus.Decimatertia exceptio est: Nisi pænitens comam non deposuerit, aut vestimenta non mutauerit,aut non dignè pænituerit.dist.50.cap. pænitentes.§.si autem comas.Decimaquarta exceptio: Nisi iuuenis ad pænitentiam admitti petat.Hæc exceptio approbatur certo modo d ca.pænitentes.§.fin. Decimaquinta exceptio videtur: Nisi in mortis articulo constitutus ad pænitentiam admitti petat. Sed reprobatur De pænitent.dist.vij. in prin.cum duobus cc.sequentibus.item cap.si quis autem cum c.sequente.& c.vlt.Decimasexta exceptio est: Nisi coniunx pænitentis non consenserit.xxxiij.q.iiij.c.vlt. Decimaseptima exceptio videtur: Nisi mulier subiectum partum confessa,id marito indicare nolit. Sed reprobatur ca.officij. ix.de pænitentiis. Decimaoctaua exceptio est: Nisi clericus ad pænitentiam admitti petat. distin.50.cap.confirmandum, cum duob.cc.sequentib.item cap.quæsitum.vij.de pænitentiis. Plures huiusmodi exceptiones colligi possunt ex superiore reg.46.

Quæ,qualis & quãta pœnitẽtia indicẽda.

LII. Regula: Pro qualitate peccati & indicentis arbitrio pænitentia indicenda est. xxvj. q.vij.c.j.§. fin. cum sequentibus,vsque ad c.sacerdos.item c.pro qualitate,cum c.sequente.item xxxij. q.vij.cap.si quis fuerit, in fine.& De pænitent. distin.j.c.in actione.c.mensuram.

LIII. Regula: Quo maius est peccatum, eo maior debet esse pænitentia.de pænitentia dist.j,cap.Deus.

LIIII. Regula: Quanto tempore peccatum est, tanto etiam est pænitendum.d.dist.j.c.vide.

LV. Regula: Secundum contritionem pænitentis pænitentia moderanda.cap.Deus.viij.de pænitentiis.de pænitent. dist.j.c.in actione.c.mensuram.

LVI. Regula: Deficiente eo quod in pænitentia indicenda est iniunctum,aliud loco eius subrogatur.c. licet.vj.d. tit. de pænitentiis.

LVII. Regula: Minus est in pænitentia iniungenda peccare in defectu,quàm in excessu.xxvj.q.vij.c.alligant.

LVIII.

LVIII. Regula: Negligentiores pænitentes tardius reconciliandi. xvj. quæst. vij. cap. sacerdos. vers. negligentiores verò.

LIX. Regula: Si peierauit, quanta pænitentia illi iniungenda sit definitur vj. q.j.c.quicunque.xxij.q.j.cap. penult.§. fin.cum c.sequente.item quæst.v.cap.j.cum sequentib. vsque ad cap.ille qui.

LX. Regula: Si malè iurauit, vel illicitum præstitit iusiurandum.xxij.q.iiij.c.qui iuramento.c.necesse est.

LXI. Regula: Si aliquem coegit contra iusiurandum facere, vel ad periurium alteri occasionem dedit: quanta pænitentia illi iniungenda, xxij.q.v.c.j.§.si quis conuictus.

LXII. Regula: Si furtum commisit: quanta pænitentia illi iniungenda sit, definitur cap.si quis propter.iij. de furtis. xvij.q.iiij.c.pecunia, in fine, cum c.sequente.

LXIII. Regula: Si sacrilegium commisit. xij. quæst. ij. cap.sicut.§.quæ verò, cum c.sequente

LXIIII. Regula: Si homicidium fecit, quæ pænitentia iniungenda, definitur dist.50.c.si quis homicidium, cum tribus ccc.sequentibus.

LXV. Regula: Si clericum occiderit. quæ pænitentia illi indicenda sit, cauetur per ea quæ proposita sunt s. lib.j. cap. xv.de homicidio, quæst.iij.reg.vij.

LXVI. Regula: Si præsbyterum occidit. ca.qui præsbyterum.ij.de pænitentiis.

LXVII. Regula: Si matrē occidit.xxxiij.q.ij.c.latorem.

LXVIII. Regula: Si filium oppressit.cap.quæsitum.vij. de pænitentiis.

LXIX. Regula: Si vxorem occidit. xxiij. q. ij. cap. quicunque.c.admonere.xxxiij.q.ij.c.admonere te.

LXX. Regula: Si insaniens quem occidit. xv.quæst.j.ca. penult.in princ.

LXXI. Regula: Si furem vel raptorem, cum posset euadere, occidit.xuj.q.ij.c.vlt.

LXXII. Regula: Si modum excedens in defendendo aliquem occidit.c.significauit.iij.de pænitentiis.

LXXIII. Regula: Si Iudæum vel paganum occidit. distin.50.cap.qui verò.

LXXIIII. Regula: Si fornicatus fuerit præsbyter. dist. lxxxij.cap.præsbyter.

LXXV. Regula: Si monialis cum viro concubuerit.

xxvij. quæst. j. cap. quod si pœnitentiam. §. si autem de eis. cap. hi ergo. c. si quis sacro. §. fin. c. virgines. c. omnes. §. fin.

LXXVI. Regula: Si monachus vel monacha nuptias contraxerit, quæ pœnitentia ei sit iniungenda, definitur per ea quæ habentur j. cap. xiij. except. xxx.

LXXVII. Regula: Si cum pœnitentiali sua rem habuerit, quæ pœnitentia illi sit iniungenda, definitur xxx. q. j. cap. omnes. c. penult. & vlt. in prin.

LXXVIII. Regula: Si quis vxorem adulteram dimittere noluerit, sed ei debitum reddiderit: quanta pœnitentia ei iniungenda, definitur xxxij. q. j. ca. si quis vxorem. & cap. si quis vxorem. ij.

LXXIX. Regula: Si eucharistiam euomuerit. de consecrat. dist. ij. c. si quis per ebrietatem.

LXXX. Regula: Si eucharistiam non bene custodiuit. d. distin. ij. cap. qui bene.

LXXXI. Regula: Si de manu hæretici eucharistiam accepit. xxiiij. q. j. c. penult. in prin.

LXXXII. Regula: Si post pœnitentiam ad militiam sæcularem rediit. de pœnitent. distin. v. c. si qui verò.

LXXXIII. Regula: Si sit rebaptizatus. de consecrat. dist. iiij c. qui bis ignoranter. & c. eos quos.

LXXXIIII. Regula: Si diuinatores consuluit. xxvj. q. v. c. cui diuinationes. & c. non liceat. §. si quis autem.

LXXXV. Regula: Si præsbyter excommunicatus sacra ministeria peragit. xj. q. iij. c. cum aliquis. §. fin. c. de illis.

LXXXVI. Regula: Si permiserit hæreticum missam suam celebrare. xxiiij. q. j. c. penult. § si quis permiserit.

LXXXVII. Regula: Si hæresis pœnitet. d. c. penul. §. fin.

LXXXVIII. Regula: Si excommunicato communicauit. xj. q. iij. cap. de illis.

EXCEPTIO PRÆCEDENTIVM regularum generalis.

Hactenus regulas enumerauimus, per quas definitur, quæ pœnitentia singulis peccatis sit iniungenda: quarum tamen plures colligi possunt. Harum autem exceptio generalis est: Nisi morituro pœnitentia sit iniungenda. xxvj. q. vij. in prin. cum c. sequente. Plures huiusmodi exceptiones generales colligi possunt ex superiori regula lij. & aliquot sequentibus.

DE PECCATIS.

Cap. VI.

ANtequam locum de pœnitentia concludamus, subijcienda videntur, quæ de peccatis passim in iure pontificio habentur. Siquidem de peccatis agenda pænitentia, vt diximus.

I. DEFINITIO peccati habetur xv. q.j. c.j. §. fin. Sed & distinctio significatorum habetur in glossa De pœnitent. distin.iij.c.ille rex.in verbo Operatrix culpæ.

II. DIVISIONES PECCATI.

I. Regula: Diuiduntur peccata in mortalia & venialia, dist. xxv. cum vnum orarium. §.vnde Hieronymus, cum sequentibus, vsque ad c.qui in aliud.

II. Regula, De quatuor generibus peccatorum, habetur De pænitent. dist.j.c.super tribus.

III. Regula, De tribus generibus peccatorum, habetur De pænitent. distin.ij.cap.sicut tribus, cum sequentib.vsque ad cap.super tribus.

IIII. Regula: Diuiditur item peccatum in originale & actuale, de consecrat.distin.iiij.c.regenerante.

V. Regula: Alia dicuntur voluntatis, alia infirmitatis, xv. quæst.j.in prin.c.illa cauenda.

III. COMPARATIONES PECCAtorum, vtrum altero maius sit.

I. Regula: Maius & minus peccatum reputatur tum ex ipso genere peccati, tum ex persona peccantis. distinct. 40. cap.homo.

II. Regula: Post hæresin fornicatio maximum peccatum.xxxij.q.vij.c.non solum.§.inter cætera. & c.quid in omnibus, in prin. Ipsius quoque fornicationis gradus sunt: de qua re vide s.lib.j. c.xv.de adulteriis & stupro, quæst.j. causa xj.item quæst.iij.reg.ij.

III. Regula: Vtrum maius peccatum sit, per creaturas, an per creatorem iurare, definitur xxij. quæst.j.c.considera. c.penult.§.sed quæritur.

IIII. Regula: Vtrum maius peccatum sit, per Euangelia, an per Deum iurare, definitur d.quæst.j.cap.si quis per. §.fin.c.si aliqua.

IIII. CAVSÆ PECCATI efficientes.

Harum tres enumerantur, videlicet ſuggeſtio.delectatio & conſenſus,diſt.vj.c.ſed penſandum, verſ.tribus enim. item De pœnitent.diſtin.ij.cap.ſicut tribus.

V. SVBIECTVM PECCATI.

Dati ex Deo non peccant.diſtin.j.c.qui natus.& diſtinct.ij. cap.vt cognouerunt.§.fin.&cap.ſi.enim.

VI. EFFECTVS PECCATI.

I. Regula:Peccator non eſt in eccleſia.d.diſtin.j.c.eccleſia.

II. Regula: Peccanti bona opera.quæ antea præſtitit, pereunt, per ea quæ propoſita ſunt s̄.cap.j. poſt.reg.xxxv.except.general.xij.

III. Regula: Peccatum filios diaboli facit.de pœnitent. diſtin.j.c.qui natus.

VII. SPECIES PECCATI.

I. Regula:Omne quod non eſt ex fide,peccatum eſt. 28.q. j.c.omnes.§.illud verò apoſtoli,vſque ad §.item cum dicitur.

II. Regula:Iurare,per ſe peccatum non eſt.22.q.j.cap.non eſt. c. vt noueritis.c. tu malum.c.& iurabunt.c. non eſt.cap.ſi peccatum.Sed de hac re vide s̄.quoque lib.ij.cap.xvj.in prin.

III. Per falſos deos iurare peccatum eſt, xxij.q.j.cap.penult.in prin.

IIII. Regula: Iurare per creaturas peccatum eſt. d.cap. penult. §. alia quæſtio. verſ. ſic etiam & de, vſque ad §.ſed quæritur.

V. Regula:Mentiri peccatum eſt.Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur. xxij.q.ij.c animaduertendum. §. cum ergo,vſque ad fin.item c.is autem.c.beatus.c.in quibus. c. in ipſarum.cap.primum.c.cum humilitatis.c.incauti.c. non ita. c.mihi autem c.nec artificioſo. c. ne quis.c.omne genus.cap. quod autem.§. fin.cum duob.cc.ſequentibus.item c. vtilem, in prin.c.quæritur.§.item opponitur, vſque ad §. epiſcopus. item q.v.c.iuramenti.c. cauete. Declaratur regula propoſita definitione mendacij.d.cap.beatus.§ ille ergo.verſ. eſt enim. Item diuiſione mendacij.declaratur d. q.ij.cap. primum eſt. Sed & ſpecies mendacij proponitur d. q. v.c. ſi quis laicus. §. fin. cum c. ſequente.Plane propoſitæ regulæ exceptio prima eſt: Niſi ſine dolo malo mentitus fuerit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur s̄.lib.ij.cap.xvi.reg.ix except. viij.Altera exceptio eſt: Niſi ioco dixerit.xx.quæſt.ij.cap.ne quis

quis.§.duo verò sunt.cap.quod autem. Tertia exceptio videtur: Nisi pro vtilitate vel vita alicuius mentiatur. Hæc exceptio reprobatur d.§.duo verò.versi.secundum autem.cap. faciat, cum duob.sequentibus. Contradicit d. quæst.ij.c.vtilem.§.fina. Cui obiectioni respondetur d.§. fina. cum cap.sequente. Quarta exceptio est: Nisi in baptismo interrogatus, an paruulus quem suscipit, credat in Deum, & diabolo eiúsque operibus renunciet, id affirmet. de consecrat.distin. iiij.c.quæris.§.difficillimam. Quinta exceptio videtur: Nisi iuramentum non fuerit adhibitum. Sed reprobatur xxij.q. v.c.iuramenti.cap. si quis laicus.§.vt itaque. Plura de regula proposita vide s̃.de periurio, d.reg.ix.

VI. Regula: Si sacramentum illicitum seruat, non peccat.xxij quæst.iiij.cap. inter cætera.§. sed cum his omnibus. cap.innocens.

VII, Regula: Negociari peccatum est, distinct.lxxxviij. cap.eiiciens, cum duobus cc.sequentibus.

VIII. Regula: Militare non est peccatum. xxiij.quæst. j.in princ.cum sequentibus, vsque ad quæst.ij. Huius regulæ exceptio est: Nisi bellum sit iniustum. Quæ exceptio declaratur definitione iusti belli.xxiij.quæst.ij.in prin.& cap.j. in prin.item cap.Dominus.cap.vlt. & quæst.iij. in princ.cum sequentibus. vsque ad quæst.iiij. item d.quæst.iiij. cap.sicut excellentiam, in prin.c.si non ex.& quæst.v.c.si non licet.§.& ideo nequaquam.cap.quis enim. Iniustum bellum est, quod vindictæ causa suscipitur. Mali enim sunt tolerandi.xxiij.q. iiij.in princip.cum sequentibus. De quibus vide s̃.lib.j.cap. viij.quæst.ij.reg.iij.

IX. Regula: Dolo bellum gerere, peccatum non est.xxiij. quæst.ij.c.Dominus.§.cum autem.

X. Regula: Si quis importunè loquatur, peccat.xxij.q.v. cap.quoties.

XI. Regula: Si quis alicui maledixerit, peccatum est. xxiiij.quæst.iij.cap.qui negligit.cap. certum.§.sed adhuc.ca. si igitur.cap.cum ergo, in princ.cap. Deus. Huius exceptio est: Nisi non ex liuore vindictæ, sed amore iustitiæ maledixerit.d.ca.cum ergo.§.sed qui pro, vsque ad finem. & d.q.iij. cap.cum sancti.cap.apostolica.c.Deus.

XII. Regula: Error & ignorantia non est peccatum. Quæ regula approbatur sub conditione xxij. quæst.ij.c.beatus.§.fin.cum cap.sequente.

XIII. Reg

XIII. Regula: Si sortilegus sit, peccat. xxvj. quæst. ij. cap. j. §. his ita. Contradicit d. quæst. ij in prin. & cap. ij. in princ. Sed de hac re dictum quoque est s. lib. j. cap. xv. v i i i. quæst. j. causa ix.

XIIII. Regula: Si elementa colit, lunæ & stellarum cursus in suis operibus obseruat, peccat. xxvj. q. v. c. non liceat.

XV. Regula: Si calendaria obseruat, ocio vacet, domum ornet lauro aut viriditate arborum, peccatum est. xxvj. q. vij. cap. non licet. c. si quis calendas.

XVI. Regula: Si dies certos, menses & annos obseruet, ac comessationibus celebret, & cap. peccatum est. d. cap si quis calendas. & d. quæstio. vij. cap. non obseruetis. eap. quis existimaret.

XVII. Regula: Si somnia attendit, peccat d. q. vij. c. non obseruetis. versi. siue qui attendit som.

XVIII. Regula: Si noui aliquid facit propter nouum annum, & e. peccat. d. c. si quis calendas. & c. non obseruetis.

XIX. Regula: Si ius potestatis exercet aliquem accusando vel puniendo, non est peccatum. xxi. j. quæst. iiij. cap. quæsitum. cap. illud.

XX. Regula: Pœna vltimi supplicij per se peccatum non est, per ea quæ proposita sunt s. lib. j. cap. vij. in princ.

XXI. Regula: Si quis casu occasionem mortis præbuit, non est peccatum. xxiij. quæst. v. c. de occidendis. §. quia verò repelluntur, vsque ad §. fin.

XXII. Regula: Si quis seipsum interfecerit, peccat. d. cap. de occidendis. §. fin. c. si non licet. cap. tu dixisti. cap. non est. cap. placuit.

XXII. Regula: Seipsum defendere, vel alium repellere, ne ab eo iniuriam patiatur. d. eap. de occidendis. § qui verò. Hæc de speciebus peccatorum: quarum tamen plures colligi possunt ex aliis locis: vt s. lib. ij. cap. xvj. regu. 10. cum sequentibus.

VIII. DE CORRIGENDIS PECCATIS.

I. Regula: Peccata sunt corrigenda ac punienda. Quæ regula controuertitur per ea quæ proposita sunt s. libr. j. c. viij. quæst. ij. reg. ij. Vbi tandem concluditur, ab ordinario loci priuata corrigi ac puniri posse & debere. Cui concordant ea quæ habentur s. lib. proxi. cap. viij. quæst. viij. reg. iij. cum sequen-

ſequentibus. Planè propoſitæ regulæ exceptio prima eſt: Niſi ſalua pace eccleſiæ peccata corrigi non poſſint. Quæ exceptio approbatur d.quæſt.ij.reg.iij. Altera exceptio eſt: Niſi peccantes non ſint noſtræ iuriſdictionis.xxiij.quæſt.iiij. cap.cum in lege.§.his itaque.§.fin.cap. ſi quis poteſtatem, in prin. Tertia exceptio eſt: Niſi in ipſum ordinarium, cui ius puniendi competit, peccatum ſit, non in Deum vel proximum d.q.iiij.cap. quid faciet.§.fina.c. quod Chriſtus.c.inter quærelas.cap.ſi is qui.verſi.eâ nanque.cap. ea vindicta.item xxiij.quæſt.v.cap.de occidendis,in prin.verſic. vt non pro ſe. item xxiiij.quæſt.iiij.cap. Deus. Contradicit d.quæſt.iiij.cap. ſi illic.§. ſed obiicitur.cap. Guiliſarius, in princ. vſque ad §. quod autem. Hiſce obiectionibus occurrit Gratianus locis iam allegatis.Sed & reſpondet iis d.quæſt.iiij.cap.non poteſt. §.præcepta verò. Quarta exceptio eſt: Niſi peccatum fuerit dimiſſum.xxiij.q.iiij.c.ſi is qui.§.fina. cum cap. ſequente. Quinta exceptio eſt: Niſi peccatum non ſit probatum.d.q. iiij.cap.cum in lege.§.his itaque.cap.Guiliſarius.§ fin.cap.ſi quis poteſtatem.item cap.ſi ſacerdos.ij. de officio ordinarij. Sexta exceptio eſt: Niſi accuſator deſit.d.q.iiij.c.cap. ſi quis poteſtatem.verſi.& iudicis. Septima exceptio eſt: Niſi peccans ſociam habeat multitudinem.d.cap.ſi quis poteſtatem. §.fin.& cap.non poteſt, in princ. Octaua exceptio: Niſi per ignorantiam vel infirmitatem peccauerit.xv.q.j.c.j.§. porrò infirmitas,vſque ad fin.c.meritò.§.fi.Nona exceptio eſt: Niſi peccans ſit corrigibilis ac pœnitens. xxiij.q.iiij.cap. non poteſt.§.præcepta.Decima exceptio eſt: Niſi metus cauſa peccauerit.d.c.meritò.Plures huiuſmodi exceptiones vide ſ lib. j.c.vj.quæſt.iij.except.j. cum ſequentibus.

II. Regula; In paucis punienda peccata ad exemplum aliorum.xxiij.q.iiij.cap.quid faciet.§.ecce.quod.verſi.in quo tamen.c.Guiliſarius.§.quod autem.

III. Regula: Per contraria atque diuerſa peccata curanda.de pœnitent.diſtinct.ij.cap.j.§.oportet ergo.

IIII. Regula: Delinquentium multitudo diu per patientiam ad pœnitentiam eſt expectanda, priuſquam cura adhibeatur.d.§.ecce quod.

V. Regula: De tentenda prius reconciliatione cauetur xxiij.q.iiij.c.ſi illic.verſi.ſin verò nihil.

VI. Regula: De implorando brachio ſæculari,ſi neceſſitas vrgeat, cauetur xxiij.quæſtione quinta. cap. principes.

cap.

cap.inceſtuoſi.cap.ſunt quædam.

VII. Regula: Peccata puniuntur etiam per populum iuſſu diuino excitatum.xxiij.quæſt.v.cap.vlt.

VIII. Regula: Per dæmones etiam & iram Dei peccata puniuntur.d.q.v.cap.non ſolùm. Hæc de peccatis: de quibus tamen plura vide s.lib.j.c.vj.cum ſequentibus.

DE ELEEMOSYNIS ET ieiunio. Cap. VII.

INTER actus eccleſiaſticos numerantur eleemoſynæ, ieiunia & martyria: de quibus hoc loco dicendum.

I. DE ELEEMOSYNIS.

I. Regula, De diuiſione eleemoſynarum trimembri, habetur diſtin.xlv.c. & qui emendat.§.fina.cum cap. ſequente. item cap.duæ ſunt, in prin.vſque ad §.ex his.

II. Regula: Species eleemoſynæ eſt, remittere debitum. de pœnitent.diſtin.iij.c.de quotidianis.§.fin.

III. Regula, De ratione dandarum eleemoſynarum, habetur xij.quæſt.ij.cap.aurum, cum cap.ſequente.

IIII. Regula: Viduis etiam dandæ eleemoſynæ. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur xxxj.q.j.ca.quomodo.§.& ideo apoſtolus.

V. Regula: Eleemoſyna iniuſtorum non iuſtificat. xiiij. quæſt.v.cap.ſcriptum.

Eleemoſynæ quæ accipiendæ, & quæ nõ.

VI. Regula: Eleemoſyna raptoris & manifeſti violatoris eccleſiarum à clericis non accipienda.c. ſuper eo.ij.§.qui autem verſi.nec eius eleemoſynam.de raptoribus.

VII. Regula: Ab excommunicato eleemoſynæ non ſunt accipiendæ, per ea quæ propoſita ſunt s.lib.j.cap. viij.quæſt. 10.reg.xviij. & s.lib.proxim.cap.xiij. reg.xiiij. Ab hac regula excipiuntur primùm prædicatores, præſertim qui aliâs ſuſtentari non poſſunt.hi enim ab excommunicatis eleemoſynas accipere poſſunt. cap. cum voluntate. liiij.§.j. de ſentent.excommu. Deinde excipiuntur ij qui non nominatim ſunt excommunicati. nam & ab his eleemoſynas accipere licet.xxiiij.quæſt.ij.cap.ſanè. Plures exceptiones vide d.reg. xviij.& reg.xlj.

VIII. Regula: Ex rebus turpiter quæſitis eleemoſynæ non ſunt dandæ.j.q.j.c.non eſt.xiiij.q.v.in prin.cum ſequentibus, vſque ad cap.nemo. item cap. eleemoſyna. cap. neque

enim.cap.denique.cap.ſcriptum eſt.cap.pœnale.§.fi.Contradicit d.quæſt.v.cap.qui habetis.& c.vlt.

IX. Regula: De agenda prius pœnitentia quàm dentur eleemoſynæ,cauetur de pœnitent.diſtin.iij,c.qui vult.

X. Regula: Vt libenter quiſque det eleemoſynas,non inuitus,nec ob pudorẽ,xxiij.q.vj.c.iam verò.§.vnde apoſtolus.

XI. Regula: De officio quæſtorum indulgentiarum,qui colligunt eleemoſynas, cauetur cap.cum ex eo.xiiij.in princ. vſque ad §.ad hæc.de pœnitentiis.Clement.ij.eod.tit.

XII. Regula: De effectu & vſu eleemoſynarum cauetur xiij.q.ij.c.anima,in prin. & §.vbi illud etiam.c.tempus.§. cum ſacrificia. Vide inſuper s̃.c.j.q.j.reg.xvj.

II. DE IEIVNIO.

I. Regula: De ratione & origine ieiunij, habetur diſtinct. xxxv.cap.ſexto die.

II. Regula; Ieiunandum quidem regulariter eſt, nec ſine cauſa ieiunium ſoluendum.de conſecrat.diſtin.iij.c.j §.fi. cap.ieiunia.& diſtin.v.ca.quadrageſima.c.ieiunia. Huius regulæ exceptio eſt: Niſi infirmitas vel alia neceſſitas obſtet. Quæ exceptio ex iam dictis patet.Concordat cap.conſilium ij.§.cum autem quæſieris, vſque ad fin.de obſeruat.ieiuniorum.& d.diſt.v.c.ſint tibi.§.apoſtolus inquit.

III. Regula: Quando ieiunandum? De quadrageſima cauetur diſtin.iiij.c.ſtatuimus,cum duob.cc.ſequentib.Quæ tamen dicuntur mutata d.diſt.iiij.c. in iſtis.§.fin. Concordat De conſecrat.diſt.iij.c.ſacerdotibus,cum tribus ccc.ſequentibus.item diſtin.v.c.quadrageſima.c.ieiunium.

IIII. Regula: Ante miſſarum ſolennia circa horam nonam decantata in quadrageſima comedere nõ licet. de conſecrat.diſtinct.j.cap.ſolent.

V. Regula: Die ſabbathi ieiunandum.de conſecrat.diſt. iij.cap.ſabbatho. & diſtinct.v.c.quia dies. Contradicere videtur Apoſtol.canon.lxv.

VI. Regula: Die Dominico ieiunandum non eſt.de conſecrat.diſtinct.iij.cap. ieiunium.c. nequis.item diſt.xxx.cap. ſi quis tanquam.& cap.vlt. in prin. diſtin.lxxvj.cap.vtinam.& xxvj.q.vij.c.ſacerdos.verſic.die autem Apoſtol.canon.lxv.

VII. Regula: De ieiunio quatuor temporum anni,videlicet in Martio hebdomada prima, in Iunio ſecunda, in Septembri tertia, & in Decembri quarta,cauetur diſt.lxxvj.in prin.cum ſequentibus, vſque ad cap.ſcire debet

VIII.Reg

VIII. Regula: Ante diem Pentecoſtes ieiunia non celebranda.d.diſtin.lxxvj.c. ieiunium.§.fin. cum cap.ſequente. Quod tamen voluntatis, non neceſſitatis eſt.d.c.ſcire debet. §.fin.cum tribus ccc.ſequentibus.

IX. Regula: In quarta & ſexta feria ab initio noctis præcedentis vſque in ſequentem diem, ſcilicet quartam & ſextam feriam, ieiunandum.de conſecrat. diſtinctio.iij. cap.de eſu carnium.cap.ieiunia.

X. Regula: Vigilia occurrens in Dominica ieiunati debet in ſabbatho, & ieiunanda eſt vigilia Matthiæ.cap.j de obſeruat.ieiunior.

XI. Regula: De vigiliis Apoſtolorum, Aduentu Domini, & cæt.cauetur cap.conſilium.ij. in princ. vſque ad §.cum autem.quæſieris.eod.tit.

XII. Regula: Si feſtum natiuitatis occurrit ſexta feria, licitum eſt omnibus carnes comedere, exceptis profeſſis & vouentibus.c.vlt.d.tit.

XIII. Regula: Quinta feria ieiunandum non eſt d.diſtin. iij.cap.ieiunium.

XIIII. Regula, De adiunctis ieiunij. Cibis aridioribus tempore ieiunij veſcendum. de conſecrat. diſtin. iij. c. non oportet.

XV. Regula: A carnibus & vino abſtinendum. diſtinct. xxxv.c.ab exordio. Non tamen execrandi animo.diſtin.xxx. c.vlt.§.fin.Apoſtol.canon.50.52.

XVI. Regula: Tempore quadrageſimæ in templum eundum.de conſecrat.diſtin.iij.cap.ne quis.

XVII. Regula: Ne diebus ieiunij natalitia vel aliæ feſtiuitates celebrentur, cauetur xxxiij. q.iiij.ca.vir cum.§.fin. cum duobus cc.ſequentib.item c.nec vxorem, in prin.

XVIII. Regula, De euentis & conſequentibus ieiunij. Ieiunium curat vulnera delinquentis, curatóſque ſanctificat. de conſecrat.diſtin.v.ca.ſint tibi, in fine. Huius exceptio eſt: Niſi mens ab iniquitate, & lingua ab obtrectationibus non cohibeatur.d.diſt.v.c.nihil enim.

XIX. Regula: Ieiunium tollit morbum articularem & podagram.d.diſt.v.cap.legimus.

XX. Regula: De pæna contemnentis ieiunia cauetur diſtin.xxx.c.ſi quis eorum. Apoſt.canon.lxviij.

XXI. Regula: De pæna contemnentis non ieiunantes cauetur diſtin.xxx.c.ſi quis carnem.

XXII.

XXII. Regula: Species ieiunij est, abstinere ab iniquitate & voluptate illicita. de consecrat distin.v. ca.ieiunium.

XXIII. Regula: Quæ ieiunia potiora, definitur d. distinct.v.cap.non dico,cum duobus cc.sequentibus.

XXIIII. Regula:Contraria ieiunio sunt,præcepta medicorum.d.distinct.v.cap.contraria diuinæ.

XXV. Regula:De gulæ vitio cauetur d,dist.v.c.quinque modis.c.ne tales.cap.legimus.vers. caruerunt enim. Hæc de ieiunio: de quo tamen vide plura s.lib.prox.cap.v.reg.xciij. cum aliquot sequentibus.

DE FERIIS ET FESTIVItatibus. Cap. VIII.

PRIMA regula: Dies festus incipit à vespera ad vesperam.c.j.de feriis.de consecrat.dist.iij.in prin. Hoc tamen variatur secundum quantitatem dierum, & regionum consuetudinem.cap.quoniam.ij.in princ.de feriis.

II. Regula: A quibus actionibus cessandum in feriis, definitur cap. j.de feriis. Sed & genua non flectenda diebus festiuis.d.cap.ij.§.j.

III. Regula:Diuinis officiis, non saltationibus vel cantilenis vacandum.de consecrat.distinct.iij.cap.irreligiosa.

IIII. Regula: In diebus festiuis non ieiunandum, per ea quæ proposita sunt s.cap.prox.de ieiunio,reg.vj.

V. Regula: Lauari quis potest die Dominico.d.distin.iij. cap.peruenit.§.aliud quoque.

VI. Regula:Vbi celebrandæ festiuitates, Pascha,Natalis Domini,& quadragesimæ solennitas? A ciuibus in villa non celebranda,sed in ciuitate.d.distinct.iij.cap.nulli ciuium.

VII. Regula:Die sabbathi feriandum non est. d.distinct. iij. cap.peruenit,in prin.

VIII. Regula: De omni die Dominico cauetur cap. j. de feriis.

IX. Regula, De festo sanctæ trinitatis,habetur cap.quoniam. ij.§.fin.de feriis.

X. Regula: De aliis diebus, quibus feriandum est,cauec.conquestus.v.de feriis.

XI. Regula: De festo S.Matthiæ cauetur c. quæsiuit. 14. §.festum verò. de verb.significat.

XII. Regula:De festis duodecim Apostolorum,quatuor Euangelistarum,item Gregorij, Augustini,Ambrosij & Hieronymi

N. Vigelij. F

ronymi, cauetur c.vnico, de reliquiis & venerat.sanct.in vj.

XIII. Regula: De festo corporis Christi cauetur Clement.vnica.d.tit.

XIIII. Regula: De festo conceptionis Mariæ cauetur extrauag. comm.j.cum sequente.eod.tit.

XV. Regula: De die crucis cauetur De consecrat.distin. iij. cap. crucis.

XVI. Regula: De festo Paschatis, quando celebrandum sit, definitur d.dist.iij.c.nosse vos.c.celebritatem,in prin.cap. Paschæ.cap.de obseruatione item Apostol.canon.si quis.vij.

XVII. Regula: Antecedētia festū Paschatis exponuntur d.dist.iij.c.sacerdotibus.c.plauit.c.vt venerabilis.c.placuit vt postquam.c.de obseruatione,in fine.& dist.iiij.c. symbolum.

XVIII. Regula: De festo ascensionis Domini cauetur d. distinct.iij.cap.rogationes.

XIX. Regula: Pœna, si non sit feriatum diebus constitutis, habetur M. I. C. lib.iij.c.xxxiij.de feriis,reg.xviij. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi res tempore sit peritura. c. vlt. vers.nisi necessitas vrgeat.de feriis. Cōcordant M.I.C.d.reg. xviij.excep.ij. Eius exemplū proponitur in captura aleciæ.c. licet.iij. d. tit. Altera exceptio videtur: Nisi contractus tantùm celebretur vel mercatura. Sed reprobatur c.j.d.tit. Tertia exceptio videtur: Nisi iuretur die festo. Sed & hæc exceptio reprobatur d c.j. in fine. Quarta exceptio est: Nisi tempore vindemiarum executio rei iudicatæ fiat.c. significauerunt xxj .§. verùm pars.de iudiciis. Accedit glossa ibidem. Hæc de feriis & festiuitatibus: de quibus tamen vide s.lib. ij.cap.j.q.iij.item M.I.C.d.cap.xxxiij. Sequitur de sepultura.

DE SEPVLTVRA.

Cap. IX.

I. QVI SEPELIRE DEBENT?

MONACHI sepelire non debent. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s.cap.ij.quæst.j.reg.xiij.

II. VBI SEPELIENDVM?

I. Regula: Potest quis sepulturam eligere. c. j. §.j.c.cum liberum.vj.c.in nostra.x.§.talem.vers.nisi apud eos.de sepulturis.xiij. q. ij. c.vnaquæque. §.exemplo igitur.§.fin.c.illud.

§.fin.

§.fin.c.vlt.in prin.xvj.q.j.c.vbicunque. Contradicit d. q. ij.c. placuit.verſ.vel vt quidam.Planè huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi impubes ſibi elegerit ſepulturam.cap.in noſtra. x.§.fin.de ſepulturis. Altera exceptio eſt: Niſi pater filio eligat ſepulturam.c.licet pater.iiij.in prin. eod. tit.in vj. Cuius replicatio eſt: Niſi conſuetudo loci extet in contrarium. Quæ replicatio approbatur d.cap. iiij. in princ. Item concordat.cap. de vxore.vij. §. fin. eod. tit. in antiquis. Tertia exceptio videtur: Niſi vxor ſibi eligat ſepulturam. Sed reprobatur d.c.de vxore.vij.in prin. Quarta exceptio eſt:Niſi dolo inductus alibi ſepeliri voluerit. c.in noſtra. x. §.talem. verſ. niſi dolo. de ſepulturis. Quinta exceptio videtur: Niſi contra pactum alibi ſepulturam ſibi elegerit. Sed reprobatur ca.j.de pactis,in vj.c. j.de ſepulturis,in vj.item Clement. vlt.§. fin.de pœnis. Sexta exceptio videtur: Niſi locum minus religioſum elegerit. Sed reprobatur c.cum quis.ij.§.fin. de ſepulturis, in vj. Septima exceptio eſt: Niſi temeritate quadam parentum ſuorum ſepultura relicta,alium locũ minus religioſum elegerit.c.fraternitatẽ.iij.de ſepulturis.xiij.q. ij.c.placuit,in prin. verſ.vel vt quidam. Octaua exceptio eſt: Niſi religioſus ſibi elegerit ſepulturam.ca. religioſi.v.de ſepulturis, in vj. Nona exceptio eſt: Niſi per pactum ſibi locum ſepulturæ elegerit.cap.j.de ſepulturis,in vj.

II. Regula: Ceſſante electione,quiſque in parochiali ſua eccleſia, vel vbi decimas ſoluit,non in alia ſepeliri debet. ca. ex parte. v. c. cum liberum. vj. & c.in noſtra.x.de ſepulturis. item xiij.quæſt. ij.cap.vbicunque.§. ſi autem & hoc. §.quia ergo.§.fin.

III. Regula: Siquis domicilium transfert, in loco ad quem transfert ſepeliendus eſt. xiij. q. ij.c.vbicunque. §. fin. Cuius exceptio eſt: Niſi ad tempus tranſtulerit. cap. is qui habet.iij.de ſepulturis,in vj.

IIII. Regula: Ne in eccleſia,ſed in atrio vel porticu aut exhedris eccleſiæ ſepeliatur,cauetur xiij. q ij. c. præcipiendum.§.prohibendũ.c.quibus peccata.c.nullus,in princ. Huius exceptio eſt: Niſi epiſcopus,abbas,dignus præſbyter aut fidelis laicus in eccleſia ſepeliatur.d.c.nullus,in prin.

V. Regula:Qui ſeipſum interfecit, in cœmeterio ſepeliri non debet.xxiij.q. v.c.placuit. Cuius exceptio eſt: Niſi caſu ſeipſum occiderit.cap.ex parte.xj.de ſepulturis.

VI. Regula: Excommunicati in cœmeterio ſepeliri non

debent.c.sacris.xij.de sepulturis.ca.ad hæc.v de priuilegiis. Clement.j.de sepulturis.Huius regulæ exceptio est:Nisi excommunicati sint absoluti. Quæ exceptio approbatur cap. vlt.de sepulturis.c.in literis.v.de raptoribus.

VII. Regula:De interdictis in cœmeterio non sepeliendis cauetur Clement.j.de sepulturis.c.cum & plantare. iij.§. quod si templarij.vers nec tunc ibi sepeliãtur.de priuilegiis. Huius exceptio est in clericis defunctis. Quæ exceptio approbatur sub conditione & modo cap. quod in te. xj. §. j.de pœnitentiis.

VIII. Regula : De suspensis ab ingressu ecclesiæ in cœmeterio non sepeliendis cauetur c.is cui.xx. §.talis quoque. de sentent.excom.in vj.

IX. Regula : De vsurariis manifestis in cœmeterio non sepeliendis cauetur Clement.j.de sepulturis.

X. Regula : Monachus qui aliquid proprium habuit, in cœmeterio non est sepeliendus.c. monachi. ij. §. qui verò.c. super quodam iiij.& cap. cum ad vj.§.quòd si proprietas. de statu monachorum.

XI. Regula : Vltimo supplicio adfecti non prohibentur in cœmeterio sepeliri.xiij.q.ij.c.fatendum.§.fin.c quæsitum.

XII. Regula:Coniuges in vno sepulchro sepeliendi.xiij. quæst. ij. cap.j.§. fin.cum c.sequente. item cap. vnaquæque in princ.§.beatus.

XIII. Regula : Si vna pluribus nupta fuerit successiuè in sepulchro vltimi viri est sepelienda. cap.is qui habet.iij.§ fin.de sepulturis,in vj.

XIIII. Regula : Fratres & sorores in eodem sepulchro sepeliendi.xiij.q.ij.cap.vnaquæque.§.j.

XV. Regula : Parentes & liberi in eodem sepulchro sepeliendi d.c.vnaquæque.§.Ioseph.§ dictum. §.de nonnullis. §.in nouo.§ beatus. §.his omnibus.item De sepulturis cap.j. in prin. Contradicit d.c.vnaquæque.§.econtrà, vsque ad §. item quæ legibus.

XVI. Regula:Apud maiorẽ ecclesiam, vbi sedes est episcopi sepulturæ sunt celebrãdæ.xiij. q.ij.c.vbicunq;,in prin.

XVII. Regula: In loco,vbi hæreticus sepultus est,alius sepeliri debet.cap.quicunque.ij.in prin. vers.& locus ille. de hæreticis,in vj.

III. MODVS ET ADIVNcta sepulturæ.

I. Re-

I. Regula: Ne mortuos lugeamus, cauetur xiij.q.ij.c.quia alij.§.fin.cum sequentibus, vsque ad cap.fatendum.

II. Regula: De cantionibus in sepultura cauetur d. q. ij. cap.qui diuina, in prin.

III. Regula: Adhibentur insuper aliæ ceremoniæ in sepultura, quæ ecclesiastica vocatur: quâ regulariter defuncti sunt sepeliendi. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi excommunicati sint.c.quicunque. ij.in prin.de hæreticis, in vj. c.episcoporum. viij. vers. aut excõmunicatos.de priuilegiis, in vj. Altera exceptio est: Nisi interdicti sint.d.c.viij.vers.vel interdictos. & c. quod in te.xj.§ j.de pænitentiis. Tertia exceptio est: Nisi vsurarij sint manifesti. c.ij in prin. vsque ad §. nullus manifest.de vsuris, in vj. Quarta exceptio est: Nisi in torneamentis decesserint. cap. j. in fine.de torneamentis. Huius replicatio est: Nisi non pugnandi, sed alio animo accesserint. cap.ij eod.tit. Quinta exceptio est: Nisi raptores sint, & manifesti ecclesiarum violatores.ca.ij.de raptoribus. Sexta exceptio est: Nisi defuncti sint exenterati. extrauag. comm. vnica. §. & nihilominus ille. de sepulturis. Septima exceptio est: Nisi defunctus sibi ipsi mortem consciuerit. xxiij.q.v. c.placuit. Octaua exceptio est: Nisi defunctus vltimo supplicio sit affectus impænitens.d.c.placuit, in fine. Nona exceptio videtur: Nisi clericus in bello, rixa, aut ludo fuerit interfectus. Sed reprobatur 13.q.viij.c.quicunque, in fine.

IIII. ANTECEDENTIA SEpulturam, & consequentia.

I. Regula: Non prius exenterentur cadauera, neque à carnibus ossa separentur, cauetur d.extrauag.comm. vnica, de sepulturis.

II. Regula: Ne quicquam pro sepultura exigatur, cauetur cap. abolendæ. xiij.de sepulturis. Concordat s̃.lib.j.cap. xvj.quæst.j.causa iiij.

III. Regula: Si defunctus alibi quàm vbi debet, sepultus sit: exhumandus, & ecclesiæ suæ cum omnibus bonis restituendus est, cap. fraternitatem. iij. cap. ex parte. v. cum cap. sequente.d.tit.

IIII. Regula: Si quis in alia quàm parochiali sua ecclesia sepeliri desideret, parochiali ecclesiæ ab eo debetur canonica portio.cap. relatum. ij. cap. de his quæ. iiij.cap.cum super viij.cap.in nostra.x. vers.& tunc parochialis. de sepul-

turis. Definitur canonica portio ex loci consuetudine cap. certificari. ix. eod. tit. Cui autem ecclesiæ debeatur, differitur cap. cum quis. ij. de sepulturis, in vj.

V. Regula: De impensis quæ fiunt corpori, cauetur xiij. quæst. ij. cap. non æstimemus. §. corpori.

VI. Regula: De corporibus vel ossibus sepultis nō transferendis cauetur l. nemo. xiiij. C. de religiosis. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi quis alibi quàm oportuit fuerit sepultus. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt paulò superius reg. iij. Altera exceptio est: Nisi non perpetuæ sepulturæ corpus traditum sit, sed temporali. extrauag. comm. vnica. §. sed vt defunctorum. de sepulturis. l. iij. §. non perpetuæ. ff. de sepulchro violato. l. x. C. de religiosis. Tertia exceptio est: Nisi in itinere defunctus sit: hoc enim casu transferri potest. d. §. sed vt defunctorum. & d. l. iij. §. diuus tamen. Quarta exceptio est: Nisi paganus vel infidelis in ecclesia sit sepultus. de consecrat. dist. j. cap. ecclesiam, in fine, cum c. sequente. item c. quicunque. ij. in prin. vers. nec absolutionis. de hæreticis, in vj. Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. lib. iij. c. vij. q. iiij. reg. iij.

VII. Regula: Ne super monumentis mortuorum missa celebretur, cauetur De consecrat. distin. j. c. non oportet.

VIII. Regula: Ne prandia ad sepulturas deferantur, cauetur d. c. non oportet. §. fin.

IX. Regula: Mortui non redeunt ad viuos. xiij. q. ij. cap. fatendum. §. multi quoque.

X. Regula: Mortui nesciunt quæ à viuis geruntur. d. q. ij. cap. qui diuina. §. fin. cum d. c. fatendum, sequente.

XI. Regula: De loco & conditione animarum defunctorum vsque ad extremum iudicium differitur d. q. ij. cap. tempus, in prin. Vide item s. cap. j. q. j. reg. xxij. Hæc de sepultura. De qua vide item M. I. C. lib. iij. cap. vij.

DE VOTO ET IVREIVRANDO.

Cap. X.

DE VOTO.

PRIMA regula: Ex voto nascitur obligatio, & vouens ad id quod vouit præstandum tenetur. c. licet. vj. in prin. c. magnæ deuotionis. vij. §. & quidem tria. vers. sanè de voto. item xvij. q. j. in prin. cum quatuor cc. sequentibus. l. ij. in prin. ff. de

ff.de pollicitationib. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi impubes vouerit. Quæ exceptio approbatur certo modo cap.venientis.ij.de voto.& d.l.ij.§.voto autem. Altera exceptio est: Nisi filiusfamiliâs vel seruus vouerit. d.§. voto autem. Tertia exceptio est: Nisi filia sine patris consensu vouerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur xxxij. quæst.ij.c.mulier.ca.merito. Quarta exceptio est: Nisi vxor sine viri consensu vouerit.xxxiij quæst.v.cap.noluit. Quinta exceptio: Nisi coniunx sine consensu coniugis continentiam vouerit.d.q.v.in prin.cum sequentibus,vsque ad cap.secundum. item cap.vna sola.cap.manifestum,in princ. & §.ex præmissis. cap.noluit.cap.vlt.§.fin. Concordant item ea quæ habentur ſ.c.xvj.reg.vij.& ca.xviij.causa vj.except.ij.Huius exceptionis replicatio est: Nisi coniunx voto consenserit. d. q.v.c.quod Deo, in prin.c.manifestum. §.fin. & cap.vlt.§.fin. Huius replicatio est: Nisi consentiens postea mutauerit voluntatem.d.c.quod Deo, in prin. c. manifestum. vers. non tamen mulieri.§.fin. & cap.vlt.§.fin. Plures replicationes vide d.except.ij. Sexta exceptio videtur: Nisi vir sine consensu vxoris peregrinationem vltramarinam vouerit. Sed reprobatur cap.ex multa.ix.§. in tanta.de voto. Septima exceptio est: Nisi episcopus vel clericus sine licentia superioris peregrinationem vouerit.c.magnę deuotionis.vij.§.ipsum etiam votum.de voto.Octaua exceptio videtur:Nisi prælatus professus peregrinationem vouerit. Sed reprobatur c.vlt.eo.tit. Nona exceptio est:Nisi monachus sine consensu sui abbatis vouerit.xx.q.iiij.c.monacho.&.c.vlt.§.fin. Decima exceptio est: Nisi ex alieno vouit. 33.q.v.c. vna sola.§. fin. Vndecima exceptio: Nisi votum sit illegitimum. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ſ.lib. ij. cap. xvj. reg. viiii. except. j. Duodecima exceptio est: Nisi vouens ad id quod vouit,inutilis sit c.quod super.viij. & c.ex multa.ix.§.secundo. & §.fin.de voto. Decimatertia exceptio est: Nisi simpliciter proposuit, non solenniter vouit. c.literaturam.iij.eo.tit. xvij.q.j.c.vlt.§.fin.& q.ij.in prin. Contradicere videtur d.cap. vlt. Sed huic obiectioni respondet Gratianus d. §. fin. Decimaquarta exceptio est:Nisi causa voti cesset.c.magna deuotionis.vij.§.fin.de voto.Decimaquinta exceptio est: Nisi vouens religionem ingressus sit. c.scripturæ.iiij.d.tit. Decimasexta exceptio: Nisi continentiam vouens vxorem duxerit. xvij.q.ij.cap.j.Decimaseptima exceptio videtur: Nisi continentiam

nentiam vouens aliquam ducendo possit ad fidem Christianam conuertere. Sed reprobatur xxxij.q. viij. in prin.cum c. sequente. Decimaoctaua exceptio est: Nisi post simplex votum aliud solenne secutum sit: hoc enim illi derogat.cap.qui post.v.de regularibus, in vj. Declaratur hæc exceptio definitione voti solennis, cap.j.de voto, in vj. Decimanona exceptio videtur: Nisi religionem vouens postea factus sit episcopus. Sed reprobatur.cap.per tuas.x.de voto. Vicesima exceptio: Nisi ex iusta causa votum impediatur.c. quod super. viij.& c.ex multa.ix.§.secundo. de voto. Vicesimaprima exceptio: Nisi authoritate Pontificis votum implere differat.c. non est.v.eod.tit. Vicesimasecunda exceptio est: Nisi votum authoritate superioris alia re sit redemptum, vel in aliud commutatum.c.j.c.magnæ deuotionis.vij.c.quod super.viij. c.ex multa.ix.in princ.& §.secundo. eod.tit. Vicesimatertia exceptio est: Nisi præstitum sit id, quod in votum deductum est.l.ij. §. res enim. ff. de pollicitationibus. Huius replicatio desumpta ex mensura, ad quam votum soluendum est, tractatur c.ex parte.xviij.de censibus.

II. Regula: Hæredes quoque vouentis ex voto defuncti tenentur.c.licet.vj.de voto.&l.ij.§ .fi.ff. de pollicitationibus.

III. Regula: Res in votum deducta non prius in bonis vouentis esse desinit, quàm fuerit soluta vel separata.d.l.ij.§. quæ res.& §.si decimam.

IIII. Regula: Grauius est, votum non seruare, quàm non vouere. xij.q.j.c.sciendum.§.fin.

V. Regula: Vxores maritos ex voto peregrinantes sequi possunt, sed non tenentur. cap.ex multa.viiij.§. quod autem de voto.

VI. Regula: Pæna impedientis votum habetur xxxij.q. ij.cap.vltim.

DE IVREIVRANDO.

I. Regula: Si iusiurandum est illicitum vel per metum extortum: ad id relaxandum actio competit, exemplo c.j.c. peruenit.ij.c.si verò aliquis.viij.ca.verum.xv.in prin.ca.sicut. xxix.in princ.vers.cum à præstito. de iureiurando. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iusiurandum seruari possit sine interitu salutis æternæ. Quæ exceptio approbari videtur d. c.viij.§.duximus tibi. Sed de hac re vide glossam in d. c. viij. in verbo Proprium. Plures huiusmodi exceptiones vide s. lib.ij.cap.xvj.reg.ix.except.j. replic.j. cum sequentib. item j. lib.prox.

lib.proxim.cap.vij.reg.j.

II. Regula: De modo relaxandi iurisiurandi cauetur ca. verum in ca.xv.§.cæterùm.de iureiurando. Plura de iureiurando vide d.cap..xvj.

DE SPONSALIBVS.

Cap. XI.

INter actus ecclesiasticos, seu causasquæ ad forum ecclesiasticum pertinent, numerantur etiam causæ matrimoniales. Ideóque de iis hoc loco tractabitur: & hoc primùm quidē de matrimonio cōtrahendo, hinc de contracto, tertiò de matrimonio dissoluendo, quartò de dissoluto, quintò de secundis nuptiis specialiter agetur, postremò de concubinatu. Matrimonij contrahendi sunt iura sponsaliorum & nuptiarum contrahendarum.

I. DEFINITIO sponsaliorum habetur xxx.q.v.c.nostrates, in prin.l.j.cum duab.ll.sequentibus.ff.de sponsalibus.

II. DIVISIO SPONsaliorum.

Diuiduntur in sponsalia de præsenti & de futuro, c.si inter virum.xxxj.de sponsalibus. Sponsalia de præsenti nihil aliud sunt, quàm quod leges nuptias vocant, quibus iam dicta definitio non competit. Sponsalia de futuro propriè sunt sponsalia iuris ciuilis.

III. GENVS SPONSALIORVM.

Quia promiscuè vtuntur canones vocabulo Sponsaliorum & Nuptiarum, ideo xxvij.q.ij.Gratianus disserit, an sponsalia coniugij appellatione contineantur, seu an sponsus & sponsa coniuges rectè dicantur? cuius quæstionis partem quidem affirmatiuam primùm probat argumentis & authoritatibus, d.q.ij.in prin.c.sufficiat.§.cum ergo.c.beata.§.fin.c.coniuges.c.coniunx.ca.omne itaque.cap.qui desponsatam, in prin.& §.j.item c.si quis desponsauerit.§.fin. Deinde partem negatiuam defendit, sponsalia videlicet coniugij appellatione non contineri, & sponsum sponsámq; coniuges non rectè dici, d.§.fin.cum sequentibus.& d.q.ij.ca.decreta.§.j.ca.quod autem.§.vnde apparet.§.item si sponsa.c.si quis sponsam.§.j.ca.statutum.§.apparet. Postremò Gratianus hanc canonum contrarietatem conciliare conatur distinctione facta inter coniugium initiatum & ratum: initiatum appellans, cui car- De diuisione coniugij.

nalis copula non interuenerit: ratum appellans, cui copula ista interuenerit, d.c. statutum. §. quomodo. & d.q.2.cap. cum initiatur. De qua re vide item j. cap. xiiij. except. viij. Ex quibus patet, coniugium initiatum nihil aliud esse, quam sponsalia de præsenti, quæ iure ciuili sponsalia non dicuntur, sed nuptiæ, vt s. quoque dictum. ideoque ita desponsati coniuges rectè appellantur, quamuis coniunctio carnalis secuta non sit. Siquidem coniugium siue nuptias consensus facit non concubitus, vt d. except. viij. demonstrabitur. Sponsalia verò de futuro. coniugium recte dici non possunt.

IIII. CAVSA SPONSALIORVM, eiusque exceptiones.

Porro sponsalia perinde ac nuptiæ consensu contrahuntur. l. xj. ff. de sponsalibus. Non tamen quilibet consensus ad contrahenda sponsalia sufficit. Habet enim causa hæc suas etiam exceptiones, quas ordine proponemus.

I. Exceptio est: Nisi sponsalia inter eos ea sue, qui quæuè nuptias contrahere prohibentur, sint contracta. l. xv. cum l. sequente. ff. eod. tit. & l. lxj. §. quamuis. ff. de ritu nuptiarum. Cuius replicatio est: Nisi inter impuberes sponsalia contrahantur; inter hos enim quamuis nuptiæ contrahi non possint, sponsalia tamen possunt. c. j. §. potest autem. de disponsat. impuber. 31. q. ij. c. tua sanctitas. l. ix. & l. xiiij. de spõsalib. Sanè inter impuberes, in quibus malitia ætatem supplet, iure pontificio non sponsalia solùm, sed & nuptiæ contrahi possunt, vt infrà suo loco docebitur. Planè propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi impuberes sint minores septem annis: nam inter hos sponsalia neutro iure subsistunt. xxx. q. ij. in prin. cum cap. sequente. item De disponsat. impuber. c. vbi non. ij. c. literas. iiij. c. accessit. v. vers. quia desponsationes cap. ad dissoluendum. xiij. item. concordat cap. j. in prin. eod. tit. in. vj. & l. xiiij. vers. si non sint minores. ff. de sponsalibus. Planè propositæ duplicationis triplicatio prima est: Nisi vrgentissima necessitas vel publica vtilitas subsit. d. c. vbi non. 2. vers. nisi forte aliqua. Altera replicatio est: Nisi desponsati completo septennio sponsalibus consenserint, vel cohabitauerint. cap. literas. iiij. §. fin. cap. accessit. v. vers. si consensus. c. duo pueri. xij. de desponsat. impuber. & d. cap. j. in prin. de desponsat. impuber. in vj. & xxx. q. ij. c. j. vers. nisi vterque puerorum. Huius quadruplicatio est: Nisi alteruter postea

ſponſalia de præſenti cum alio contraxerit.d.cap.xij. de qua re dicentur plura j.except.vj. Tertia triplicatio eſt: Niſi deſponſati minores copulam carnalem tentauerint. cap. iuuenis.iij.de ſponſalibus. cap. fraternitati. vij. de eo qui cognouit conſanguin.

II. Exceptio: Niſi non conſentiant ij qui deſpondentur,cap.vnico.§.fin. in fine.de deſponſat. impub. in vj.xxx.q. ij.in prin.cum cap.ſequente. Huius replicatio prima eſt:Niſi non euidenter diſſenſerint deſponſati: veluti ſi præſentes non contradixerint.d.cap.vnico.§.porrò. Altera replicatio eſt: Niſi deſponſati ſponſalia rata habuerint.d.§.porrò.verſ. idem eſt. Plura de exceptione propoſita vide M.J.C. lib.iiij. c.j.q.iij.exceptio.vj. Sed & de eadem vide j.c.xiiij.excep.iij.

III. Exceptio: Niſi ſponſalibus ſub conditione contractis,conditio non extiterit.cap.j.§.fin.de ſponſalib.in vj.Huius exemplum habetur ca.de illis.iij.cap.ſuper eo.v. de conditionibus adpoſitis. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi ſponſalia ſint de præſenti,non de futuro:in his enim conditio pro non adiecta habetur.d.cap.iij.verſ.niſi conſenſus de præſenti, & dicto cap. v. verſic. ſi conſenſus de præſenti intercedat. Altera replicatio eſt: Niſi pendente conditione carnalis copula interuenerit.dict.cap.quarto. verſic. aut carnalis ſit. & cap. per tuas.vj.eod.titu. Tertia replicatio eſt: Niſi conditio turpis ſit. Quæ replicatio approbatur ſimul & diſtinguitur cap.vltim.de conditio.adpoſitis. Quarta replicatio eſt: Niſi conditio ſit impoſſibilis.d.cap. vlt.§. fina. Hęc de propoſitę exceptionis replicationibus ſint dicta. Planè huic exceptioni contradicere videtur cap.j.d.tit. & xxvij. quæſt.ij.cap.quod conditio,cum cap.ſequente.niſi fortè hoc intelligatur de ſponſalibus de præſenti ſecundum ſupradictam primam replicationem. Quæ ſolutio poteſt admitti.

IIII. Exceptio: Niſi ſponſalia ſub conditione, quæ naturæ matrimonij contraria eſt,ſint contracta.cap.vlt.de conditíon.adpoſitis.

V. Exceptio: Niſi ſponſalibus poſtea ſit renunciatum.c. ij.& cap.requiſiuit.xvij.item cap.gemma.xxix.verſi.cum itaque. de ſponſalibus.l.ij.§.in ſponſalibus.ff.de diuortiis.l.j.C. de ſponſalibus.l.ij.in fine.C.de repudiis. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi impubes ſponſalibus renunciauerit.cap.de illis.vij.in prin.c.à nobis.viij. de deſponſat.impub. Planè iure ciuili impubes,præſertim tutoris authoritate interueniente,

terueniente, sponsalibus renunciare nō prohibetur.l.vj.versi. nisi fortè.ff.de sponsalibus. Altera replicatio est: Nisi sponsalia fuerint de præsenti: his enim renunciari non potest.cap. ex parte.ix.& cap.si inter virum. xxxj. de sponsalibus. Planè huius replicationis duplicatio est: Nisi impubes sponsalia de præsenti contraxerit.cap.vlti. de desponsat. impub. Concordant ea quæ habentur j̄.cap.xiij.except.xxvij.vbi de proposita duplicatione dicentur plura. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi carnalis copula interuenerit.cap. à nobis.viij.§.fin. de desponsat.impub. Concordant ea quæ habentur.j̄.except.proxi. repl.v. Quarta replicatio est: Nisi iusiurandum interuenerit.cap.ex literis.10.c. sicut ex literis. xxij.§.quod si fortè.de sponsalib. Contradicit cap.requisiuit. xvij.c.si inter.xxxj.§.verùm si inter.vers. etiam si inter ipsam. eod.tit. Planè ex causa, quamuis iusiurandum interuenerit, sponsalibus renunciare licet: vtputa si sponsus aliò se transferat.cap.de illis.v.de sponsalibus.item si sponsa fiat leprosa, cæca,&c.c.quemadmodum.xxv.§.quod si post.deiureiurando. Hæc de quinta exceptione: de qua vide item M.I.C.lib. iiij.cap.j.quæst.iij.except.vij.

VI. Exceptio: Nisi sponsus postea cum alia, vel sponsa cum alio sponsalia vel nuptias contraxerit. cap.ij. de matrimonio contracto contra interd.ecclesiæ.ca.j.de sponsa duorum.cap.veniens.xv.§.fin. in fine. de sponsalibus. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi priora sponsalia fuerint de præsenti.d.cap.j. & xxvij.quæst.ij.cap. additur. versic.nec desponsatam.item cap.desponsatam.& cap.vlt.item cap.ij.& cap.licet.iij.de sponsa duorum.item xxxj. quæst.iij. in princ. cum cap.sequente. Huius replicationis duplicatio prima videtur: Nisi posteriora sponsalia copula carnalis fuerit secuta. Sed reprobatur d.cap.licet.iij.§ fina.& cap. vlti. de sponsa duorum.c.si inter.xxxj.de sponsalibus. Altera duplicatio videtur: Nisi cum consanguinea prioris sponsæ postea contraxerit sponsalia. Sed & hæc duplicatio reprobatur c.j.§.quare ille.de sponsalibus, in vj. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi sponsa velata & benedicta postea alij nupserit.xxvij.quæst.ij.cap.lex illa.§.fin.cum cap.sequenre. Tertia replicatio est: Nisi priora sponsalia iuramento fuerint firmata.cap. ex literis.10.& cap. sicut ex literis. xxii.§. quod si fortè. de sponsalibus. Contradicunt ea quæ habentur s̄.except.proxi.repl.iiij. Planè propositæ replicationis duplicatio est:

est: Nisi posteriora sponsalia fuerint de præsenti: tunc enim per ea soluuntur priora, quamuis iurata.d.cap.xxij.in princ. & cap.si inter.xxxj.§.verùm si inter.eod.tit. Quarta replicatio est: Nisi sponsa ab alio postea fuerit rapta.xxvij.quæst.ij. cap.desponsatas.cap.Atho.c.l exilla.§. quod autem. Quinta replicatio est: Nisi copula carnalis prioribus sponsalibus superuenerit.c.veniens.xv.c. is qui.xxx.de sponsalibus. Cuius duplicatio est: Nisi conatus non habuerit effectum. cap.vlt. eod.tit.Sexta replicatio est:Nisi metu coactus cum alia contraxerit.d.cap.veniens.xv.§.fin. Septima replicatio videtur: Nisi posteriora sponsalia contra interdictum ecclesiæ fuerint contracta. Sed reprobatur c.ij. de matrimonio contracto contra interd. Hæc de sexta exceptione.

VII. Exceptio est:Nisi sponsa fuerit fornicata. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. quemadmodum. xxv.in prin.de iureiurando.

VIII. Exceptio: Nisi sponsus postea cum cognata sponsæ, vel econtrà sponsa cum cognato sponsi rem habuerit.ca. ij.de consanguinitate & affinitate.cap.ij. & ca.discretionem. vj.§.nos igitur.cap.ex literis.viij.c. veniens.ix. de eo qui cognouit consanguineam c.præterea.xij. de sponsalibus.c.duo pueri.xij. desponsat. impuberum. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi iuramentum sponsalibus interuenerit, ac de secuta fornicatione nondum plenè constet.d.c. præterea.xij.versic. nisi iuramentum interuenisset. Altera replicatio est: Nisi cum sponsus cum consanguinea sponsæ rem habuisset, sponsa prius ab eo fuerit cognita, eáque se continere non possit.c.vlt.de eo qui cognouit consang.

IX. Exceptio: Nisi post contracta sponsalia sponsus aliò se transtulerit.cap.de illis.v. de sponsalibus. Cuius replicatio est: Nisi sponsalia fuerint de præsenti.Quæ replicatio approbatur prr ea quæ habentur j.c. xviij. causa xij. Sed & de exceptione proposita vide M.I.C.lib.iiij.c.j.q.iiij.except. ix.

X. Exceptio: Nisi post contracta sponsalia lepra vel similis morbus incurabilis interuenerit. cap.vlt. de coniugio leproso.cap.quemadmodum.xxv.§. quod si post.de iureiurando. Huius exceptionis eadem est replicatio, quæ superioris proximæ, vt j.c.xvij.causa xv.docebitur.Sed & replicationis loco notandum, quòd furor superueniens sponsalia iure ciuili non dissoluat.l.viij.ff.de sponsalibus.

XI. Exceptio: Nisi post contracta sponsalia sponsus

sponsáve

sponsáve religionis habitum adsumpserit.xxvij.quęst.ij.cap. scripsit.§.sponsi vero.c.desponsatam c.decreta,in princ.item cap.vnico.§.fina.de voto, in vj. extrauag.Ioan. 22. vnica, in prin.eod.tit.l.cognitum.xlij.in princ.C. de episcopis & clericis. Nouell.cxxiij.§. porrò legitimis. Planè si iuramento interueniẽte quis sponsalia contraxerit, potius matrimonium contrahere, quàm religionem ingredi debet, vt religio iusiurandi seruetur.c.commissum.xvj.de sponsalibus. Hæc de exceptionibus aduersus sponsalia: quarum tamen plures vide j.cap.xiij.cum sequentibus. Quæ enim exceptiones nuptiis obstant, eædem plerunque sponsalibus quoque sunt impedimento, vt s.except.j.ostensum.

V. EVENTVS SPONSALIORVM.

I. Regula: De actione qua sponsus sponsam, vel contrà hæc illum petere potest, proponetur j.cap.xvij.

II. Regula: Pœna parentum fidem sponsalibus non seruātium est triennalis excommunicatio. Quæ regula approbatur simul & distinguitur xxxj. quæst.iij. cap.j. Plures huiusmodi regulas vide j.cap.proxi. quæst.vj. & M.I.C.lib.iiij. cap.j.quæst.iiij.

DE NVPTIIS.

Cap. XII.

I. DEFINITIO NVPTIARVM ET MATRIMONII.

HACTENVS de sponsalibus sit dictum. De nuptiis nunc agendum est, quarum definitio habetur xxvij.q.ij.in prin.§.sunt enim.xxix.q.j. in prin.Inst. it. de patria potestate.§.j. Declaratur hæc definitio d.q.ij.cap.beata.§.indiuidua. De quo postremo dicetur j.c.xvj.reg.xvj.

II. RATIO NOMINIS.

Nuptiæ ab obnubendo dictæ sunt. xxx. quæst.v. cap.nec illud, in princ.

Matrimonium dictum, quòd in liberis procreandis & educandis potiores partes sint matris quàm patris.cap.ij.§. ad quod illa.de conuersione infidelium.

III. DI-

III. DIVISIO CONIVGII.

I. Diuisio est, quòd aliud sit initiatum, aliud ratum. xxvij. quæst. ij. cap. statutum. §. fin.

II. Diuisio est, quòd aliud sit legitimum & non ratum, aliud ratum & non legitimum, aliud denique legitimum & ratum. xxviij. q. j. cap. vlt. §. coniugium.

IIII. FINIS ET VSVS NECNON dignitas coniugij.

I. Regula: Finis matrimonij est procreatio liberorum, & per eam propagatio generis humani. xxxj. quæst. j. cap. Deus xxxij. quæst. ij. in prin.

II. Regula: Matrimonium bonus est vsus concupiscentiæ. xxxij. quæst. j. cap. non enim.

III. Regula: Comparatio coniugij cum virginitate habetur xxxij. quæst. j. cap. nuptiæ, in princ.

IIII. Regula: De coniugio non cotemnendo cauetur distinct. xxx. cap si quis propter. cap. si quis vel. c. si quis nuptias. item distin. xxxj. c. si quis vituperat. c. quicunque virginitatem. Apostol. canon. 50.

V. CONTRARIVM CONIVGII.

Contrarium cõiugij est virginitas, de qua differitur xxxij. quæst. j. cap. integritas, in prin. q. iiij. c. quis ignoret.

VI. EVENTVS ET CONSEquentia contractus nuptialis.

DE SOLENNITATE NVPTIALI & traditione sponsæ.

I. Regula: Non statim post sponsalia sponso tradenda sponsa. xxvij. quæst. ij. cap. si quis desponsata. §. quare, cum cap. sequente, in princ. *Quãdo solennitas nuptialis celebrãda, & sponsa spõso tradenda.*

II. Regula: In diebus quadragesimæ & aliis ieiunij diebus nuptiæ celebrandæ non sunt. xxxiij. q. iiij. c. vir cum. §. fi. cum sequentibus, vsque ad cap. apostolus.

III. Regula: Ne tribus septimanis ante festum natiuitatis Ioannis celebrentur. Hæc regula declaratur cap. capellanus. iiij. de feriis. *Antecedẽtia solennitatẽ nuptialem.*

IIII. Regula: De indicendis nuptiis cauetur cap. iij. §. j. de clandestina desponsat.

V. Regula: De impedimentis aduersus nuptias proponendis cauetur d. §. j. versic. vt infra illum qui voluerit. & d. cap. iij. §. fin.

VI. Regula: De nuptiis à sacerdote benedicendis cauetur xxx. quæst. v. cap. nullus. cap. nostrates. §. & primùm in ecclesiam. cap. sponsus. item xxxv. quæst. ij. cap. nulli. item dist. xxiij. cap. vlt. Huius regulæ exceptio est in secundis nuptiis: de qua re vide. j. cap. xxj. in prin.

VII. Regula: De modo festiuitatis nuptialis cauetur d. cap. nostrates. & xxvij. quæst. ij. cap. priusquam. §. j. item l. v. ff. de ritu nuptiarum.

VIII. Regula: De ratione & vsu cæremoniarum & solennitatum nuptialium cauetur xxx. quæst. v. c. nullum. §. fin. cum c. sequẽte. Hæc de solennitate nuptiali. Sequuntur nunc reliqui euentus matrimonij, & pænæ iniustarum nuptiarum.

IX. Regula: Qui publicum scortum duxerit, proficit hoc ei ad remissionem peccatorũ. c. inter opera. xx. de sponsalibus

X. Regula: Liberi ex iniustis nuptiis procreati spuriis similes sunt. c. iij. §. si quis verò. de clandest. desponsat. c. referente. x. qui filij sint legitimi. xxxv. q. vij. in prin. cum cap. sequente. Instit. de nuptiis. §. si aduersus ea. l. xj. ff. de statu hominum. l. vj. C. de incestis nuptiis. Planè duæ exceptiones videntur propositæ regulæ obstare. vna, si per ignorantiam in iustæ nuptiæ sint contractæ: altera, si in conspectu ecclesiæ. sint benedictæ. Sed vtraque reprobatur d. §. si quis verò. & d. c. x. De qua re vide j. c. xv. repl. j. & ij.

XI. Regula: De pœna excommunicationis in iustis nuptiis contractis cauetur Clement. vnica, de consanguinitate. xxxv. q. ij. c. de his qui. q. viij. c. vlt.

XII. Regula: De pœna infamiæ cauetur. xxxv. q. ij. cap. coniunctiones. iij.

XIII. Regula: De pœna sacerdotũ iniustas nuptias non prohibentium cauetur c. iij. §. sanè si parochialis. de clandestina desponsat.

XIIII. Regula, De dotis petitione Hæc actio secutis nuptiis regulariter marito datur. de qua re vide M. I. C. lib. iiij. cap. xj. Cuius regulæ exceptio videtur: Nisi maritus ad inopiam vergat. Sed reprobatur certo modo c. per vestras. vij. de donat. inter vir. & vxor. Contradicit M. I. C. lib. iiij. cap. xiiij. q. iij. reg. j. except. j. Plura de dote & ante nuptiali donatione vide. j. cap. xx. reg. vij. cum sequentibus. Hactenus de effectib.

de effectibus nuptiarum sit dictum: quorum tamen plures vide j.cap.xvj.& xvij.item M.I.C.lib.iiij.cap.ij.quæst.iij.

DE EXCEPTIONIBVS AD-uersus nuptias, desumptis ex personis nuptias contrahentium. Cap. XIII.

SEQVITVR de causa nuptiarum, eiúsque exceptionibus: ex quibus patet, quæ iniustæ dicantur nuptiæ. Consensu autem nuptias contrahi dicitur xxix.q. j. in princ. §. j. Concordant ea quæ habentur j.c.xiiij. except.viij Hæc autem causa quamuis regulariter vera sit plures tamen recipit exceptiones, partim ex personis contrahentiū nuptias, quæ hoc capite tractabuntur, partim ex aliis huiusmodi circumstantiis desumptas, quæ j.cap. prox enumerabuntur. Quod igitur ad primum genus attinet, eius exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi inter cognatos nuptiæ sint contractæ. xxxv.q.j.c j.§.fin.q.ij.in prin.cū duobus cc. seque[n]tibus. item c.nullum.c.de incestis.c.nec eam quam.§.incestuosos.c.progeniem.c.de consanguinitate. c.nulli.item q.viij.c.hæc salubriter.cap. vlt. §. fin. Hisce contradicere videtur xxxv.q.j.in prin.vsque ad §.his ita. vbi Gratianus obiectioni respondet. Sed & respondet d. q.j. c.j. §. hac itaque consuetudine, cum sequent. Ratio propositæ exceptionis habetur d c.j.in prin. vsque ad finem. Declaratur exceptio proposita xxxv. q.ij.ca. coniunctiones.§.fin. Leges cōcordantes vide M.I.C.lib.iiij. cap.iij. except.j.& ij.vbi etiam replicationes iuris ciuilis annotauimus, inter quas primo loco posita & reprobata est hæc replicatio: Nisi per adoptionē sint cognati. Cui replicationi probatæ cōcordat c.vnicum, de cognatione legali.xxx. q.iij.cap. j §.quandoquidem nec inter eos. Planè admittitur replicatio proposita, si vel adoptiuus vel naturalis rursus fuerit emācipatus: vt d.excep.ij.repl.j.dist.iij.& iiij est ostensum. Cui distinctioni concordat x.q. iij. c. per adoptionem. vbi verba l. xvij. ff. de ritu nuptiarum, referuntur. Plures distinctiones, quibus proposita replicatio admittitur, vide d. replic. j Altera propositæ exceptionis replicatio videtur Nisi duorum fratrum vel sororum liberi nuptias inuicem contraxerint. Quæ tamen replicatio reprobatur xxxv.q.ij.c. quædam, in prin.& q. v.c.ad sedem. §.hanc computationem.

Contradicit M.I.C.d.except.ij.repl.iiij. Tertia replicatio est: Nisi vltra quartum gradum sibi inuicem sint cognati qui nuptias cõtrahunt.c.penult.§.prohibitio.& c.vlt.de consang. & affinitate. Ratio huius replicationis habetur d. §.prohibitio.vers.quia quatuor sunt humores. Alia ratio habetur xxxv.q.iiij.in prin.cum cap.sequente. Ex his patet, antiquis canonibus, quibus vsque ad septimũ gradũ inter cognatos matrimonia prohibebantur, quos s.ead.except.in prin.proposuimus, iure nouo derogatum esse: quemadmodum derogatur etiam canoni qui habetur 35. q. ij. c.in copulatione. & c.penult.in prin. Pro declaratione propositæ replicationis sciendum, gradus cognationis ab aliis aliter computati: cuius meminit Gratianus d.c.penult.§. hac authoritate. Aliter autem iure põtificio quàm ciuili huiusmodi gradus numerantur: de qua re disseritur 35.q.v.in prin.cum cc.sequẽtibus vsque ad cap.portò de adfinitate.& d.q.v.cap.parentelæ gradus Planè quo ad ascendentes & descendẽtes, nulla est differentia iuris ciuilis & pontificij in gradibus numerandis: in transuersalibus verò magna est differentia: de qua duæ regulæ tradi solent. vna in linea æquali: in qua iure quidẽ pontificio quoto gradu quis distat à communi stipite, toto gradu (stipite dempto) distat ab eo, de cuius cognatione quæritur. c.ꝗ dilectio iij.§.quod videtur.de consang.& adfinitate. Iure autem ciuili toto duplicato distat. Stipes communis appellatur parens, qui vtrique de quorũ cognatione quæritur, est communis. In linea verò æquali constituti dicuntur duo fratres, quorum communis stipes est pater vel mater: item duorũ fratrum filij, quorum communis stipes est auus paternus vel maternus: item duorum fratrum nepotes, quorum cõmunis stipes est proauus: & sic deinceps. Secundum regulam igitur propositam duo fratres iure quidem pontificio primo gradu inuicem distant: quoniam quilibet primo gradu distat à patre tanquam stipite communi. Iure autem ciuili secundo gradu inuicem distãt, duplicato videlicet gradu, quo à communi stipite vterque distat. Duorum fratrum filij iure quidem pontificio secundo, iure autem ciuili, quarto gradu inuicem distant. Duorum fratrum nepotes iure pontificio tertio iure ciuili sexto gradu inuicem distant. Et hæc de linea æquali. Altera regula est in linea inæquali: in qua quot sunt personæ, stipite dempto, tot sunt iure ciuili gradus. Iure autem pontificio, quoto gradu remotior

tior distat à communi stipite, toto distat ab eo, de cuius cognatione quæritur. ca. vlt. de consang. & adfinitate. In linea inæquali constituti dicuntur frater & alterius fratris filius filiáue, nepos neptisúe: item vnius fratris filius, & alterius fratris nepos vel pronepos. Nam frater primo, fratris filius secundo, fratris nepos tertio, fratris pronepos, quarto gradu à communi stipite distat. Toto igitur gradu iure pontificio à patruo vel patrui filio distabit. Enumerantur huiusmodi gradus 35.q.v.c.vlt.item M.I.C.lib.x.cap.vij. Illud hoc loco notandum, supputationem graduum iuris pontificij in causis tantùm matrimonialibus attēdi, nec in successionibus iuri ciuili quidquam derogare. Sed nunc ad propositum redeamus. Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi indulgentia Papæ speciali cognatorum matrimonia concedantur. Quæ replicatio approbatur exemplo c.gaudemus viij.in prin.de diuortiis. Huiusmodi indulgentia quomodo intelligenda sit declaratur c. quod dilectio.iij.de consang. & adfinitate. Aliud exemplum habetur 35.q.ij.c.quædam lex.§. sed idem.q.v.c.ad sedem. §. hanc computationem. Hæc de prima exceptione aduersus nuptias: de qua vide item M.I.C.lib.iiij.cap.iij.except.j.& ij.

II. Exceptio: Nisi inter adfines nuptiæ sint contractæ. xxvij.q.ij.c.qui desponsatam.§.fin. 35.q.ij.c.nullum, in princ. & §.præterea.cap.nec eam.c.& hoc quoque. c. sanè.c.progeniem.& c.penult.§.item illud.item 35.q.viij.c.j.§.hi verò.& c. j. de consang. & adfinitate. Aliud exemplum habetur cap. duo pueri.xij.§.quia igitur. vers. & licet idem.de desponsat. impub. & c.j.de eo qui cognouit consang. Concordat denique. Inst.de nuptiis. §. adfinitatis quoque. Ratio propositæ exceptionis ex præcedētibus patet: videlicet vnitas carnalis mariti & vxoris. Cui concordat 35. q. v. c.porrò. Pro declaratione propositę exceptionis notāda est definitio adfinium ex l.iiij. §. adfines.ff. de gradibus & adfinibus.item nomina adfinium.35.q.v.c. quod autem. Cui concordant ea quæ habentur M.I.C.lib.x.c.vij.q.vj. Diuisio quoque adfinium habetur c.non debet.viij.§.j.& ibi glossa.de consang. & adfinit. vbi tria genera adfinitatis exponuntur. Primum genus est inter coniugem & alterius coniugis cognatos. Alterum est inter coniugem & alterius coniugis adfines: puta inter duos coniuges duorum cognatorum; veluti inter viduum sororis, & fratris defuncti viduam: item vidua ducta, inter ma-

ritum eius & prioris mariti cognatos cognatásue, qui quæue vxori fuerunt adfines. Inter hos secundi generis adfines nuptiæ prohibentur xxxv q.iij.c de propinquis. c. penult. §. item illud Fabiani Tertiũ genus est inter coniugem & alterius cõiugis adfinis coniugem puta duos cognatos decessisse relictis vxoribus, quarum vna alicui nupserit, posteáque decesserit: non poterat maritus eius superstes alteram alterius cognati relictam ducere, adfinitate obstante. d.c.penul. §.fin.cum q́ sequẽte, vsque ad §.illud autem Gregorij. Quod igitur ad exceptionem propositam attinet, sciendum est, eam in primo tantùm genere adfinitatis obtinere, in secundo & tertio genere non item: quod primę replicationis loco notandum. Quamuis enim iure antiquo in secundo quoque & tertio genere adfinitatis nuptiæ fuerint prohibitæ, vt ex iam propositis constat: tamen ius istud mutatum est ac sublatum d.c.non debet.viij.§.j & c quod super.v.de cõsang. & adfinit. Altera propositæ exceptionis replicatio est. Nisi vltra quartum gradum sint adfines qui nuptias inuicem contrahunt. d. c. non debet. viij. §. prohibitio quoque. quo derogatur xxxv.q.ij.c.nullum, & similibus de qua re dictũ s. except.prox.repl.iij. Declaratur replicatio proposita definitione graduum adfinitatis xxxv q.v.ca.porrò. Ex quo patet, toto gradu quemque alteri coniugi adfinem esse, quoto gradu alteri coniugi est cognatus. Cui cõcordat xxxv. q.iij.c.de propinquis.§.fin.c.æqualiter. Tertia replicatio videtur: Nisi per sponsalia tantùm adfinitas fuerit contracta, nuptiis non secutis. Sed reprobatur xxvij.q.ij.c. si quis vxorem.c si quis desponsauerit.c.qui desponsatam, in prin. item De sponsalibus c.iuuenis.iij.c.ad audientiã.iiij.c.sponsam. viij.item De desponsat.impub.c.continebatur.vj.§.fin.Contradicit xxvij. q.ij.c.lex diuinæ. de qua re vide j.except.v.distin.ij. Quarta replicatio videtur: Nisi priora sponsalia vel nuptiæ, quibus adfinitas contracta dicitur, fuerint nullæ. Sed reprobatur c. j.in princ.de sponsalib.in vj. Planè admittitur in tribus casibus. Primò quidem, si ob defectum consensus nuptiæ non subsistant.d.c j.in princ.vers.dummodo non sint nulla ex defectu consensus.item c.j.§.fin.in fine.de desponsat.impuber. in vj. Huius distinctionis duplicatio est: Nisi cum impubes maior septem annis desponsata esset pubes facta non consenserit. hoc enim casu nihilominus exceptio proposita obstat. cap. accessit. v. §. fin.de desponsat.impuber. Deinde admittitur

admittitur replicatio proposita, si cùm sub conditione sponsalia essent contracta, nondum existente conditione cum cognata prioris sponsæ contraxerit. d.cap.j.§.fin.de sponsalib. in vj. Postremò admittitur replicatio proposita, si ob defectum ætatis sponsalia nō subsistant.c.literas.iiij.c.accessit.v.de desponsat.impub.cap. j. in prin. vers & ideo cum sint nulla.eod.tit.in vj. Huius distinctionis duplicatio est: Si spōsalia inter puberem & impuberem, vel vtrunque impuberem, maiorem tamen septem annis, sint contracta.d.c.literas. iiij.§.fin.& d c.accessit.v.§.fin.item c.duo pueri.xij eod.tit.& d.c.j.§.idem quoque, in fine. Plures huius distinctionis duplicationes vide s.cap.xj.quæst.iiij. except.j repl.j. dupl.j.in prin. item j. except. v. replicat j. Quinta propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi non per nuptias, sed per adulterium vel stuprum adfinitas sit contracta. Sed reprobatur xxxv. q.iij. c. nec eam, in prin. Admittitur tamen si non naturaliter, sed contra naturam pollutio sit fact.ad. cap. nec eam.§.fin.cum c.sequente. Sed & admittitur, si iam contractis nuptiis suspicio sit, ne tale quid fingatur ad dissoluendum matrimonium.c.de illo.iij.& c.super eo.v.de eo qui cognouit consang. vxoris. Hæc de adfinitatis exceptione in genere sint dicta. Sequuntur eius aliquot species.

III. Exceptio: Nisi inter socerum & nurum nuptiæ sint contractæ.xxxv.q.ij.c.si vir.Inst.de nuptiis.§.adfinitatis.Huius replicatio prima videtur: Nisi non filij, sed nepotis vel pronepotis vxor fuerit. Sed reprobatur xxvij.q.ij.c.qui desponsatam. item l xiiij. §. nurus. ff. de ritu nuptiar. Altera replicatio videtur: Nisi non vxor, sed sponsa filij fuerit. Sed & hæc replicatio reprobatur d.cap. qui desponsatam. Concordant ea quæ habentur s.except.prox.repl.iij. item Instit. de nuptiis.§.si vxor, in fine.& l.xij. §.sed & per.ff.de ritu nuptiar. Plures replicationes, sed reprobatas, vide M.I.C.lib. iiij.cap.iij.except.v.

IIII. Exceptio: Nisi quis fratris vxorem duxerit.xxxv. q.ij.c.de incestis, item l.v.& l. vlt. C. de incestis nuptiis. Contradicit 35.q.j.in princ. §.item si aliquis. Cui obiectioni respondetur ibidem §.his ita respondetur, cum c.sequente. De qua re dictum quoque s. except.j. in prin. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est. Nisi Pontifex de huiusmodi cōiugio dispensauerit. Quæ replicatio approbatur exemplo c.vlt. de diuortiis. Altera replicatio videtur: Nisi fratri

antea inutiliter fuerit nupta. Sed reprobatur xxvij. q.ij. cap. quidam. item l. viij. C. de incestis nuptiis. Plura de hac replicatione vide s̃. except. ij. repl. iiij. Tertia replicatio videtur: Nisi sponsa tantùm, non vxor fratris fuerit. Sed & hæc reprobatur d.q.ij. cap. si quis desponsauerit. item c. ad audientiam. iiij. de sponsalibus, Concordant item ea quæ habentur s̃. except. ij. repl. iij.

V. Exceptio: Nisi quis vxoris defunctæ sororem duxerit, vel aliqua sororis viro nupta fuerit. l. v. C. de nuptiis. Cuius replicatio hæc videtur: Nisi prior soror ei tantùm fuerit desponsata. Sed reprobatur per ea quæ proposita sunt d. repl. iij. Admittitur tamen primùm quidem, si nondum septem annorum puella ei fuerit desponsata. Quæ distinctio approbatur per ea quæ habẽtur d. repl. iij. dist. iij. Cuius tamen duplicatio hæc est: Nisi copula carnalis interuenerit. c. fraternitati. vij. de eo qui cognouit consang. & c. iuuenis. iij. de sponsalibus. Deinde admittitur replicatio proposita, si nuda pollicitatio sit facta de futuris nuptiis, sponsalibus nondũ perfectis. xxvij. q. ij. c. lex diuinæ. & ibi glossa. Sed hæc videntur iis quæ s̃. excep. ij. repl. iij. proposita sunt, ex diametro repugnare: nisi quis proposita distinctione vtatur. Quæ tamen distinctio vix videtur quadrare: cùm ratio adiecta sit generalis & communis omnium sponsaliorum.

VI. Exceptio: Nisi quis eam vxorem duxerit, cum qua cognatus suus antea rem habuit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̃. exceptio. ij. replic. v.

VII. Exceptio: Nisi inter superstitis coniugis liberos ex posteriore matrimonio natos, & defuncti coniugis cognatos nuptiæ sint contractæ. xxxv. q. x. in princ. vsque ad xxxvj. causam. Planè exceptio proposita iure nouo mutatur ac reprobatur c. non debet. viij. §. j. de consang. & adfinit. Hactenus de exceptione adfinitatis tam in genere quàm in specie actum est: de qua vide item M. I. C. lib. iiij. ca. iij. except. iij. cum octo sequentibus.

VIII. Exceptio: Nisi inter liberos & seruos matrimonium sit contractum. c. proposuit. ij. & c. vlt. de coniug. seruo. xxix. q. ij. c. si quis ingenuus. c. cuius rei. §. cum dicitur. l. iij. C. de incestis nuptiis. l. iij. C. soluto matrimonio. Nouell. xxij. §. si verò cum quis. Huius exceptionis replicatio prima hæc est. Nisi liber homo sciens, cum seruo nuptias contraxerit. d. cap. vlt.

vlt.ver.propter conditionis errorem.& d.c.si quis ingenuus. vers.si autem ancillam.item xxix. q.ij.in prin.cum c.sequente.c.si quis liber.c.si quis ancillam.§.his ita respondetur.cap. si fœmina. Huius duplicatio est: Nisi decurio sciens ancillam duxerit. d.l.iij. C.de incestis nuptiis. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi is qui cum ancilla nuptias contraxit, certior de eius conditione factus, in matrimonium cōsensit.d.c.vlt.vers.ita quod postquam intellexit. Tertia replicatio est: Nisi certior de conditione coniugis factus, eam carnaliter cognouit.c.proposuit.ij.de coniugio seruor. Quarta replicatio est: Nisi cum coniunx coniugem seruum à domino redimere posset, id facere nolit. Quæ replicatio videtur approbari xxix.q.ij.ca.si quis ingenuus.vers.si eam à seruitute. Sed glossa hanc distinctionem non admittit. Hæc de octaua exceptione: de qua vide item M. I. C. lib. iiij.cap.uj. except.xxxv.

IX. Exceptio: Nisi inter patronum & libertam nuptiæ sint contractæ. Hæc exceptio reprobatur xxix.q.ij.ca.si quis ancillam.l. xv. C. de nuptiis. Planè inter patronam eiúsve liberos, patronísve coniugem & libertum nuptiæ iure ciuili prohibentur, M. I. C. d.cap.iij.except.xxxviij.

X. Exceptio: Nisi inter fideles nuptiæ sint contractæ. 28. q.j.in prin.vsque ad §.sed econtrà. Sed reprobatur exceptio hæc d.§.sed econtrà.& d.q.j.c.nunquid.c.omnes.§.ex his.ca. si quis Iudaicæ.§.item illud Augustini.

XI. Exceptio: Nisi inter fidelem & infidelem nuptiæ sint contractæ.d.c.omnes.§.ex his. vers. illa itaq; authoritate.& d.q.j.c.sic enim.§.tu verò.c.caue.c.non oportet.iem 31.q.ij.in prin. vers.viro suæ religionis nubat. Huius exemplum est, si inter Christianum & Iudæum nuptiæ sint contractæ. 28. q.j. cap. si quis Iudaicæ, in princ. & cap. caue. item cap. Iudæi. item l.v.C.de Iudæis.

XII. Exceptio: Nisi inter adulterum & adulteram nuptiæ sint contractæ.31.q.j.in prin.cum c.sequente.ca.illud verò.item De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulter.c.super hoc.iij.& c.j.de eo qui cognouit consanguin. 27.q.ij.cap.qui dormierit.32.q.vij.c.qui dormierit.& l.xiij.ff. de his quibus vt indignis. Contradicit propositæ exceptioni 31.q.j.c.denique, in prin. Cui obiectioni respondetur d.c.denique.§.hæc vltima authoritas. Item contradicit d.q.j.cap.si qua fuerit.§.j. Cui respondetur ibidem, versic. sed in veteri.

Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi quis cum repudiata commiserit adulterium: hanc enim ducere non prohibetur.d.c.denique.& xxxiij.q.ij.in prin. Altera replicatio est: Nisi quis habẽs vxorem,aliam eius insciam duxerit,& mortua priore à secunda separari petat: hoc enim casu proposita exceptione non iuuatur.ca.j.& c.veniens.vij. de eo qui duxit in matrimonium. Tertia replicatio est: Nisi prior non fuerit legitima vxor.c.significauit.ij.d.tit. Quarta replicatio est: Nisi solutus cũ soluta rem habens,eam postea in vxorem duxerit. xxxj.q.j.c.denique.§.posse sanè.& § hæc vltima.item l.v.C.de naturalib liberis. Quinta replicatio est: Nisi de commisso adulterio pœnitentiam egerint.xxxj.q.j.c. illud verò.§.hic subaudiendum.c.si quis viuente.c.si qua fuerit.Huius replicationis duplicatio prima est:Nisi in mortem defuncti coniugis aliquid fuerint machinati. d.§.hic subaudiendum.& d.c si quis viuente,in fine. Altera duplicatio est: Nisi viuente priore coniuge de futuro matrimonio tractauerint.d.§.hic subaudiendum.& d.q.j.c.relatum. Sexta replicatio est: Nisi prius matrimonium fuerit separatum, postquam adulterium est commissum. De hac replicatione vide j.except.xvij.repl.ij.Septima replicatio est: Nisi in mortem defuncti nihil fuerint machinati adulter & adultera:neq; de futuro matrimonio tractauerint. ca.significasti.vj. de eo qui duxit in matrimonium. Octaua replicatio est: Nisi viuente priori coniuge alteri fides tantùm futuri matrimonij facta sit,copula carnali nõ interueniente.c.vlt.d.tit. Nona replicatio videtur:Nisi multo tempore matrimonium inter adulterum & adulteram durauerit,liberíque exinde nati sint. Sed reprobatur c.cum haberet.v.eod. tit. De qua re vide j.ca.xv. repl.j. Hæc de duodecima exceptione: de qua vide item M. I. C. lib.iij.c.iij.except.40.

XIII. Exceptio: Nisi rapta raptori suo nupserit. xxvij. q.ij.c.statutum.§.quod si posthac.c.Atho.xxxiij.q.j.c.non satis.xxxvj.q.ij.in prin cum c.sequente.c.raptores.c.de puellis. c.si quis virginem.c.nullus. §.his authoritatibus. c.penult.§. fin.cum c.sequente.item l.vnica.§.& siue non nuptæ.C.de raptu virginum.Nouel.143.§.illo quoque.& Nouel.150.Declaratur exceptio proposita definitione raptus xxvij.q.ij.ca.raptus. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi ante raptum de nuptiis fuerit actum.xxvij.q.ij.cap.lex illa,in prin.& cap.cum eam. vj.de raptoribus. Altera replicatio est

Nisi

Nisi pœnitentiam de raptu raptor egerit. xxxvj. q.ij. nullus. §.fin.cum c.sequente.c.si autem. Quanquam Gratianus aliter interpretetur d.c.si autem.§.hac authoritate. Item concordat d.q.ij.c.vlt.§ legitimè igitur.

MVTATIO IVRIS.

Planè exceptio posposita iure nouo mutatur ac reprobatur c.vlt.de raptorib. xxxvj q.ij.ca.tria & c.denique. Apostol. canon.lxvj.

XIIII. Exceptio: Nisi quis concubinam suam in vxorem duxerit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ habentur s̃.except.xij.repl iiij.

XV. Exceptio: Nisi mulier ei nupserit, à quo prior eius maritus est occisus. Quæ tamen exceptio reprobatur sub conditione c.j.de conuersione infidelium.

XVI. Exceptio: Nisi quis meretricem duxerit. xxxij.q. j.in prin.c.apud misericordem.§.fin.c.non enim.c.integritas. §.j.Huius exceptionis replicatio est: Nisi spes sit, meretricem ad pudicitiam posse conuerti. d.c.integritas. §.sed obiicitur. & d.q.j c.vlt.item c.inter opera.xx.de sponsalibus.

XVII. Exceptio: Nisi habens vxorem aliam duxerit, vel habens maritum alij nupserit. dist.34.ca.Christiano. xxiiij.q. iij.c.an non. xxvij.q.ij.c.additur.§.vito igitur xxx.q.v.c.qualis. §.fin.34.q.j.c.j c.cum in captiuitate. ca.non satis.item De diuortiis c.gaudemus.viij.§.quia verò pagani.item De sponsalibus ca.is qui fidem.30. & c.si inter virum.31.item l.ij.C.de incestis nuptiis. Instit. de nuptiis.§.adfinitatis. & §.socrum. Exemplum huius exceptionis habetur 31. q.ij.ca. Lotharius. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi prius matrimonium ipso iure non subsistat.c.veniens. 13.c.cum in apostolica. 18. & cap.vlt.de sponsalibus. Huius replicationis exemplum seu species est j̃. replic.iiij.v.& vj.Altera replicatio est: Nisi prius matrimonium sit solutum. d.c. veniens 13. Concordant ea quæ habentur j̃.c.21.q.ij.in prin. Huius replicationis duplicatio est: Nisi prius matrimoniũ nõ morte, sed diuortio fuerit solutum. Quę replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur d.quæst ij.excep.ij. Tertia propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi prior coniunx continentiam vouerit. Sed reprobatur cap. constitutus. xv. de conuers. coniugator. Quarta replicatio est: Nisi concubinam habens, vxorem duxerit.xxxij.quæst.ij.cap.ancillam.cap.non omnis. Quinta replicatio est: Nisi prior non

vxor, sed sponsa sit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s.c. xj. q. iiij. except. vj. Sexta replicatio est: Nisi is quem maritum suum esse mulier iurauerat, ab eius petitione fuerit absolutus: tunc enim alij. nubere non prohibetur. cap. mulieri. 34. de iureiurando. Septima replicatio est: Nisi consuetudo regionis plures coniuges habere permittat. 32. q. iiij. c. obiiciuntur. Hæc de decimaseptima exceptione sint dicta: de qua tamen vide plura M.I.C. lib. j. c. xx. causa xv. & d. lib. j. cap. xxviij. q. ij. causa xviij.

XVIII. Exceptio: Nisi quis eam quam è sacro suscepit baptismate. in vxorem duxerit. xxx. q. j. c. de eo c. ad limina. §. fi. item. c. j. in prin. de cognat. spirituali, in vj. & l. xxvj. in fine. C. de nuptiis.

XIX. Exceptio: Nisi inter baptizatum & suscipientis filios filiásq; aut vxorem nuptię sint contractæ. d. c. j. in prin. & c. super eo. iij. in prin. c. tua non. vij. & ibi gloss. de cognat. spirituali. item xxx. q. iij. in prin. cum c. sequente. c. Pyctacium. c. non oportet.

XX. Exceptio: Nisi duorum compatrum vel commatrum liberi matrimonio iungantur. xxx. q. iij. c. post susceptum. & d. c. tua nos. vij. Quanquam glossa repugnat. de qua re vide. s. except. prox. Plane iure nouo exceptio proposita reprobatur d. q. iij. c. non oportet. §. fin. cum c. sequente. item c. j. c. super eo. iij. de cognat. spirituali: Planè admittitur exceptio ptoposita, primum quidē in eo, propter quem cōpaternitas nata est: de quo s. except. prox. est dictū. Deinde admittitur ex consuetudine loci, vt patet ex d. c. j. & d. c. super eo. iij.

XXI. Exceptio: Nisi quis eam vxorem duxerit, cui filium è sacro suscepit baptismate vel catechismo: aut aliqua ei nupserit, cuius filiam suscepit. 30. q. j. in prin. c. j. §. fin. c. de eo quod. item De cognat. spirituali. c. Martinus. iiij. & c. veniens. vj. item c. j. in prin. vers. imò etiam. eod. tit. in vj. Huius exceptionis replicatio est: Nisi cognatione spirituali per catechismum. non per baptismum, contracta, matrimonium fuerit consummatum: tunc enim ratione istius spiritualis cognationis non dirimitur. c. contracto. v. de cognat. spirituali. c. per catechismum. ij. eod. tit. in vj.

REPLICATIONES EXCEptionum de cognatione spirituali generales.

Planè

Planè quæ hactenus de cognatione spirituali nuptias impediente dicta sunt, & in sequentibus dicentur, quæ ad alia sacramenta quàm baptismum non extenduntur: quod primæ replicationis loco notandum. Quæ replicatio approbatur cap.vlt.in fin.de cognat.spirituali,in vj. Excipitur tamen à replicatione proposita catechismus,secundum ea quæ iam dicta sunt. item excipitur confirmatio frontis seu chrisma, cap.j.§.fin.d.tit. Altera replicatio generalis videtur: Nisi non vnus, sed plures susceptores interuenerint. Verùm replicatio hæc reprobatur.d.cap.vlt.in prin.

XXII. Exceptio: Nisi inter baptizatum & filiam baptizantis nuptiæ sint contractæ.cap.vltim.de cognat.spirituali. cap.j.in prin.versic.& eadem.eod.titu. in vj. xxx.quæst.j.cap. ad limina.§.fina.

XXIII. Exceptio: Nisi quis eam quæ ei peccata sua confessa est,duxerit.d.§.fin.cum cap.sequente.

XXIIII. Exceptio: Nisi quis compatris vel commatris filiam duxerit. Hæc exceptio reprobatur xxx. quæst.iij.cap. per adoptionem.§.fi.cum c.sequente.

XXV. Exceptio: Nisi quis compatris sui vxorem duxerit. Hæc exceptio reprobatur xxx.q.iiij.cap.qui spiritualem. & cap.vlt.§.fin. Prohibitio,cuius d.§.fin.mentio fit. habetur d.cap.vlt.§.quia verò.

XXVI. Exceptio: Nisi quis vxoris defunctæ commatrem duxerit.d.§.quia verò.& d.quæst.iiij.in princ.cum cap. sequente. cap. si pater. Contradicit tamen propositæ exceptioni d.quæst. iiij. cap. post vxoris, in prin. Cui obiectioni respondetur d.c.post vxoris.§. notandum verò. Huius exceptionis replicatio videtur: Nisi non vxor defuncta, sed maritus superstes susceperit filium eius quam nunc est ducturus. Sed reprobatur d.quæst.iiij. cap. si quis ex vno. Hactenus de cognatione & affinitate spirituali nuptias impediente sit dictum.

XXVII. Exceptio: Nisi cum impubere matrimonium sit contractum.cap.attestationes.10. & cap.vlt. de desponsat. impub.cap.j.§.idem quoque.eo.tit. in vj.xxxvj.quæst.ij.cap. vlt.§.fin. Declaratur exceptio proposita definitione pubertatis.cap.puberes.iij.de desponsat.impuber. Cui definitioni contradicit Inst.quib.mod.tutela finitur.§.j.Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi cum pubertati proximo, in quo malitia supplet ætatem, nuptiæ sint contractæ.cap.de

illis

illis qui. ix. de desponsat. impuber. Secunda replicatio est: Nisi copula carnalis interuenerit.d. §. idem quoque. versic. nisi per carnis copulam. & cap continebatur. vj. §. si autem fuerit.cap.à nobis vi'j.in fine de desponsat insuper. iiij. qui matrimo. accusare poss c.iuuenis. iij de sponsalibus. Huius replicationis duplicatio est: Nisi conatus non habuerit effectum.d.cap. attestationes. 10. versic.licet visus fuisset. Planè hoc casu nihilominus adfinitas contracta censetur, quæ nuptiis impedimento esse solet. de qua re s̄.cap. xj. quæst.iiij. except.j.in fine dictum est. Tertia replicatio est: Nisi iuramentum interuenerit.cap.ex literis.10.de sponsalib. De qua re vide item d.q iiij.except.v.repl.iij Quarta replicatio est, Quòd quamuis impubes nuptiis renunciare possit, si ad pubertatem peruenerit: pubes tamen, qui cum eo contraxit, illo inuito ratione propositæ exceptionis nuptiis renunciare non potest.cap.de illis.vij fin.de desponsat.impub. Huius replicationis duplicatio est: Nisi pubes inuitus contraxerit. cap.ex literis xj.eod.titu. Quinta replicatio est: Nisi impuber pubes factus nuptias cõtractas ratas habuerit.d.§. idem quoque.versi vel aliquem modum alium.c.à nobis viij.vers. & tunc aut.de desponsat.impuber.cap insuper.iiij.qui matrimon.accusare poss.l.iiij.ff.de ritu nuptiarum. Similem replicationem in sponsalibus vide s̄.cap.xj. quæst.iiij.except.j replic.j.duplic.j.triplic.ij.

XXVIII. Exceptio: Nisi furiosus vel furiosa nuptias contraxerit.xxxij.quæst.vij.c.neque furiosus in prin.cap.dilectus.xxiiij.de sponsalibus.l.xvj.§.fin.ff. de ritu nuptiarum. & l.viij.versi.nam furiosus.ff.de his qui sui vel alieni iuris.

XXIX. Exceptio: Nisi mutus vel surdus nuptias contraxerit. Hæc exceptio reprobatur cap.cum ad sedem.xxiij. & cap.tuæ fraternitati.xxv.in fine.de sponsalibus.

XXX. Exceptio: Nisi is eáue, qui quæve religionem ingressus ingressáue est, & continentiam nouit, nuptias contraxerit.xxvij.q.j.in prin cum cap.sequen.c. viduas.c.neque viduas.c.de viduis.c.virginem.c.hi ergo.c.virginib.c.peruenit. c.viduas.c.si quis sacro.c.nubendi. c. meliore.c. si qua virgo. cap.diaconissam.cap.quotquot.c.de filia.cap. monacho.cap. viduæ.c.vidua.cap.viduitatis.c.& quia.cap.vt lex.cap.nuptiarum.item distin.xxvij.cap.vouentibus.c.si nupserit.cap.præsbyteris.& c.vlt.item c.j.cum duob.cc.seq.& c.vlt. qui clerici vel mouentes.item distinct.xxxij. in prin.cum cap.sequente.

Concor-

dant item ea quæ habentur s.lib. proxi.cap.v.reg.lxj.& M.I.C.lib.iij.cap.ij.reg.viij. Contradicit autem xxvij. quæst.j.c. nuptiarum.§.proinde qui dicunt.& cap.de viduis. Item contradicit distinct.xxvij.cap.j.§.fin.cum duob.cc sequentibus. & distin.xxviij.cap.si quis docuerit.c si quis discernit. Hanc contrarietatem soluit Gratianus d.dist. xxvij. cap.præsbyteris.& xxvij.quæst.j.cap.vlt.§.j. Ex qua solutione primæ propositæ exceptionis replicatio elicitur talis: Nisi simplex fuerit continentiæ votum, cui benedictio consecrationis non accesserit. Cui concordat c. meminimus.iij.§. verum si nec. cap.veniens.v. & cap.rursus.vj. qui clerici vel vouentes. Declaratur replicatio proposita, definitione voti solennizati ca. vnico, de voto, in vj. Altera replicatio est: Nisi habitus sine professione susceptus sit, vel à non habente potestatem sit susceptus. cap. consuluit.iiij.d. titu. qui clerici vel vouentes. Tertia replicatio videtur: Nisi mulier quæ continentiam vouit, non fuerit velata. Sed reprobatur xxvij. quæst.j.cap. viduas.§.de virginibus.ca.hæc verò. Quarta replicatio videtur: Nisi eo animo mulier velamen sibi imposuerit, vt posset illud rursus deponere. Sed & hæc replicatio reprobatur d.q. j.ca.viduas, in fine. & distin.xxvij.cap.quod interrogasti, cum cap.sequente. Quinta replicatio videtur: Nisi vouens continentiam non in monasterio, sed in propria domo viuat. Sed & hæc reprobatur d.quæst.j. cap. mulieres. Sexta replicatio est: Nisi inuitus inuitáve ad religionem protractus protractáue fuerit.d.q.j.c.viduas, in prin. Septima replicatio est: Nisi extra sacros ordines clerici constituti vxores ducant.dist. xxxij.ca.si qui verò.cap.si quis eorum.c. placuit.ca.seriatim. item xij.q.j.cap.quia tua.§ si qui verò. Nouell.v.§.si quis autem. versic. quippe tali gradu. & Nouell xxij.§.sed & si quis. Huius replicationis duplicationes vide M.I.C. lib.iij.cap.ij. reg.viij.except.ij.item d.cap. seriatim. Planè hoc casu ordinem amittit retenta vxore, per ea quæ habentur s.lib.proxi. cap.v.reg.lxj.except.j. Octaua replicatio est in clericis orientalis ecclesiæ, quibus vxores ducere permissum. distin.xxxj. cap.quoniam in Romani.& cap.vlt.in prin. Hęc de trigesima exceptione: de qua tamen vide plura j.cap.xxj. quæst.ij.except.iij.item M.I.C.d.reg.viij.

XXXI. Exceptio: Nisi is eave, qui quæve incestum cõmisit, nuptias contraxerit.cap.j.in fine.cap.veniens.ij.in fine. cap.transmissæ.iiij. cap. ex literis.viij.in fine.cap.veniens.ix. & cap.

& cap.vlt.de eo qui cognouit consang.xxvij.quæst.ij.cap.qui dormierit,in fine.32.quęst.vij.c.si quis cum, in prin.ca.concubuisti.35.quęstio.ij.cap. qui propinquam. cap. si quis cum. quæst.viij.cap.vlt.§.etsi alter. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi per nuptias,non per fornicationem incestum commiserint.32.quęst.ij.cap.vij.cap. si quis cum.§.quamuis illud.35.quęst.ij.c.de incestis.§.fin. quæst.vj.ca.si duo vtri.§.si se iudicio.q.viij.cap.hæc salubriter.§.fin. Huius replicationis duplicatio est: Nisi in incestis nuptiis vsque ad mortem alterutrius contumaciter perseuerauerint.d. cap. hæc salubriter.§.fin.vers.nisi in eodem crimine. Altera propositę exceptionis replicatio est: Nisi per errorem & ignorantiam incestum commiserint.34.quæst.j.cap.si virgo.§.fin.cum cap. sequente.cap.ego dixi.§.fi. cum tribus sequentibus.35.q.ij.c. qui propinquam.vers.nisi ignorantia excusentur.cap.si quis cum.cap.si homo.Tertia replicatio est: Nisi cum sponsa tantùm,non vxore consanguinei fuerit fornicatus.xxvij. quæst. ij.cap.quidam.cap.si quis sponsam.§. si illa quam vir. Huius duplicatio est: Nisi pater cum sponsa filij fuerit fornicatus. d.c.si quis sponsam, in princ. Quarta replicatio est: Nisi matrimonium ab incestuoso sit contractum: tunc enim ratione propositæ exceptionis non dirimitur:hæc enim impedit matrimonium contrahendum, non dirimit contractum. cap. transmissæ.iiij.& c.vlt.de eo qui cognouit consang. Quinta replicatio est: Nisi incestuosus peracta pœnitentia se non valeat continere.30.iij.quæst.ij.cap.si quis cum.

XXXII. Exceptio: Nisi quis alij desponsatam duxerit. Hæc exceptio approbatur s. cap.xj. quæst.iiij.except.vj. repl.j.cum sequentibus.

XXXIII. Exceptio: Nisi quis ab alio repudiatam duxerit.xxvij.quæst.ij.cap. additur. Apostol.canon.xlvij.Concordant ea quæ habentur j.cap.xxj.quęst.ij.except.ij. Sed & plura de hac exceptione vide M.I.C.lib.j. cap.xxviij.quęst.ij. causa xv.

XXXIIII. Exceptio: Nisi pœnitens nuptias contraxerit.31.quæst.ij.cap.hoc ipsum.§.fin.cum c.sequente. Cuius replicatio est: Nisi peracta pœnitentia se continere non possit.ibidem vers.sed quia propter lapsum. & d.quæst.ij.cap.in adolescentia.cap.si quis com.& cap.vlt.

XXXV. Exceptio: Nisi is qui raptum commisit,nuptias contraxerit.xxvij.quæst.ij.cap.statutum, in princip. Apostol. canon.

canon.lxvj. Cuius replicatio est: Nisi pœnitentiam egerit, séque continere non possit.36.quęst.ij.cap.si autem.

XXXVI. Exceptio: Nisi impotens vxorem duxerit.c. quod sedem.ij.& cap.laudabilem.v.§. si autem ille aliam. de frigidis.xxvij.quæst.ij.ca.decreta.§.fin.33.q.j.c.j.in fine.

XXXVII. Exceptio: Nisi inter seruos matrimonium sit contractum.Hæc exceptio reprobatur xxix.q.ij.c.penult. §.fin.cum cap.sequente.& cap.j.de coniug.seruor.

DE RELIQVIS EXCEPTIONIBUS *aduersus nuptias.* *Cap.* XIIII.

HACTENVS exceptiones aduersus nuptias, ex personis contrahentium desumptas, enumerauimus. Sequuntur nunc reliquæ exceptiones ex aliis circunstantiis desumptæ.

I. Exceptio: Nisi clandestinæ sint nuptiæ. 30. quæst.v. in prin.cum cap.sequente.item c.nullus.cap.nostrates. cap.nullum.item De clandestina desponsat.cap.ij.ca. cum inhibitio. iij.in prin. Contradicit exceptioni propositæ d.q.v. ca.nec illud.§.sed obiicitur.c.si quis diuinis,in prin. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi vtriusque confessione de matrimonio constet.d.c. si quis diuinis.§. his ita respondetur,cum sequentibus,& d.p.v.c.vlt.§.fin.item d.c.in fi. Altera replicatio est: Nisi nuptiæ ab ecclesia fuerint comprobatæ.c.quod nobis.ix.qui filij sint legitimi.

II. Exceptio: Nisi sine consensu parentum nuptiæ sint contractæ.xxvij.quæst.j.c.viduæ,in fine.30.q.v.c.j. & cap.nostrates,in princ.32.quæst.ij.c. non omnis.§. paterno.c. honorantur.c.vlt.versi.nec extra voluntatē.36.q.ij.c.nullus,in prin. c.vltim.§.nec filium.l.ij.ff.de ritu nupt.l.xj.ff.de statu homi.l. xij.& l.xx.C.de nuptiis.Instit.eo.tit.in prin. Huius exceptionis plures replicationes habētur M.I.C. lib.iiij.c.iiij.except. j. Inter quas numeratur & hæc: Nisi pater sciens nuptiis nō contradixerit. Cui concordat 32.q.ii.c. mulier. Item numeratur & hæc: Nisi auus cōsenserit:hoc enim casu videtur patris consensus non necessarius. Quæ tamen replicatio reprobatur regulariter. Admittitur autem in certis casibus, quos vide M.I.C. d.except.j.repl.iij. Inter hos casus referri etiam potest.32.quæst.iij.in prin.cum cap.sequente.

III. Exce

III. Exceptio: Nisi desponsati in nuptias non consenserint.cap j.in prin.de desponsat.impub.cap.veniens.xiij. cum cap sequente.de sponsalibus.xxvij.quæst.j.cap. viduæ.xxx.q. ij.cap.j.31.quæst.ij.in prin cum c. sequente.c. tua sanctitas,in prin.cap.de nepris.c.vlt.§.fin.32.quæst.ij.c.vlt. in prin.36.q.ij. cap.vlt §.consistere non possunt.l.ij.ff.de ritu nuptiarum.Sed & plures leges concordantes vide M.I.C.lib.iiij.c.iiij.except. vj.in prin. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi filius impubes à patre desponsatus pubes factus dissenserit.31.quęst.ij.c.tua sanctitas.& ca.j.§.potestatem. de sponsat.impuber.Sed contradicere videtur 30.quęst.ij.c.j. Altera replicatio videtur: Nisi filius desponsatus sit in potestate despondentis.Sed reprobatur 36.q.ij.c.vlt.§.nec filium quidem. l.xij.C. de nuptiis Tertia replicatio videtur: Nisi quis verbis fraudem adhibuerit quasi consentiret, vt puella frueretur. Sed reprobatur c.tua nos xxvj.de sponsalib.l.xxx.ff.de ritu nuptiar.l. xiij.in prin. C. de nuptiis. Quarta replicatio est: Nisi postea cōsenserint,vel aliquamdiu cohabitauerint c.de muliere.vj. & c.ad id quod.xxj.de sponsalibus.l.xxij & l. xxiij. ff.de ritu nuptiar. Quinta replicatio videtur: Nisi carnalis copula interuenerit. Sed reprobatur xxvij. q. ij.c. sufficiat, in princ.c.sic.quippe.§.illud autem.xxxij.q.j.c.non enim,in prin.l.xv.in fine.ff.de condit. & demonstrat.l. xxxij. §. si mulier. ff.de donat. inter vir. & vxor. Sexta replicatio: est: Nisi benedictionem acceperit, qui negat se consensisse: hoc enim casu metu non probato exceptioni propositæ locus non est.c. consultationi.xxviij. de sponsalibus. Septima replicatio videtur: Nisi pubes cum impubere inuitus contraxerit: hoc enim casu videtur expectanda pubertas eius, cum quo contractum est, vt possit nuptiis renunciare,secundum ea quæ proposita sunt s̄.cap.xj.quæst.iiij.except.v.repl. j.Sed hæc replicatio reprobatur c.ex literis.xj.de desponsat. impub.Hæc de tertia exceptione: de qua tamen vide plura M.I.C. lib. iiij. cap. iiij. except.vj. Sed & similem exceptionem vide s̄.d.quæst.iiij.except.ij.

IIII. Exceptio: Nisi metus causa matrimoniū sit contractum.c. veniens. xv.§. fin. & c. consultationi.28. §.fin.de sponsalibus.c.de illis.ix.in fine.de desponsat. impub. Huius replicatio est: Nisi postea consensus non coactus superuenerit,vel desponsati aliquamdiu cohabitauerint. d.c. de illis ix.in fine.& c.ad id quod.xxj.de sponsalibus.

V. Excep.

V. Exceptio: Nisi error interuenerit. xxix. q. j. in princ. §. his ita respõdetur, cum sequentibus, vsque ad §. ad hæc non omnis. item q. ij. cap. si quis ancillam. §. his ita respondetur. Concordant item ea quæ habentur s. cap. prox. except. viij. in princ. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi error sit fortunæ vel qualitatis, non personæ vel conditionis. Quæ replicatio approbatur simul & exemplis declaratur d. §. ad hæc non omnis. Altera replicatio est: Nisi alter contrahentium verba alterius se non satis intellexisse dixerit. cap. ex literis. vij. de sponsalibus.

VI. Exceptio: Nisi non liberorum procreandorum, sed libidinis causa vxor ducatur xxxij. quæst. ij. in prin. cum c. sequente. c. sicut non omnis. Sed hisce non obstantibus, exceptio proposita reprobatur d. c. sicut non omnis. §. his ita respondetur. & d. q. ij. cap. quidquid. c. connubia. §. fin. c. concubinæ, cum c. sequente. item c. vlt. §. fin. Planè admittitur exceptio proposita, si studio id agant, ne ex concubitu liberi procreentur. d q. ij. c. solet. c. aliquando.

VII. Exceptio: Nisi ad tempus nuptiæ sint contractæ d. c. solet. vers. cæterùm si vel vtrunque. & d. q. ij. c. sicut. §. fin.

VIII. Exceptio: Nisi concubitus non intercesserit. Hæc exceptio reprobatur xxvij. q. ij. in prin. §. fin. cum c. sequente, vsque ad §. cum ergo aliam. item c. sufficiat, in prin. & §. sed quæritur. c. beata Maria. §. consensus ergo. cap. omnis. c. cum initiatur. c. cõiuges. c. coniunx. c. omne. c. cum initiatur. item l. xv. in fine. ff. de condit. & demonstrat. l. 31. §. si mulier. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. vj. cum l. sequente. ff. de ritu nuptiar. Contradicere tamen his videntur xxvij. q. ij. c. non est dubium. c. cum societas. c. quod autem. §. ecce. c. in omni. c. quapropter. c. si quis desponsata. c. institutum. §. potest & aliter, cum cc. sequentibus, vsque ad c. sic quippe. §. item Syricius. Hanc contrarietatem Gratianus soluit distinguendo inter matrimonium initiatum & perfectum. d. c. institutum. §. iuxta hanc. Quæ distinctio habetur d. quæst. ij. c. statutum. §. quomodo ergo. Sed & aliter soluit d. §. potest & aliter. de qua solutione actum s. c. xj q. iij. Videtur autem Gratianus eò inclinare, vt putet, sine concubitu matrimonium perfectum non esse. Quod iuri ciuili repugnat.

IX. Exceptio: Nisi solennitas nuptialis non interuenerit. Hæc exceptio reprobatur 30. quæst. v. c. nostrates. §. fin. cap. si quis diuinis, in princ. l. xxij. C. de nuptiis. Nouell. 74. §.

quoniam autem. Cuius exemplum habetur c. j. de sponsalibus. Planè sunt nonnullæ solennitates, quibus omissis vitiatur matrimonium, quas licet colligere ex iis quæ proposita sunt s.except j.& cap.xij.quæst.vj.

X. Exceptio: Nisi nulla scriptura interueniente contractum sit matrimonium. Hæc exceptio reprobatur xxx. q.v. cap. si quis diuinis, in princ. Plura de hac exceptione vide M.I.C.lib.iiij.cap.iiij.except.xv.

XI. Exceptio: Nisi nulla dos interuenerit. Sed & hæc exceptio reprobatur d.c.si quis diuinis. vers. quãuis nulla dos. Concordat M.I.C.d.c.iiij.except.xij.Planè istis videtur contradicere,& exceptio proposita approbari xxx.quæst. v. ca.j. vers.& legibus docetur. c.qualis.c.nullum,in prin.

XII. Exceptio: Nisi stipulatio non interuenerit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur cap. tuæ fraternitati.xxv.de sponsalibus.

XIII. Exceptio: Nisi contra interdictum ecclesiæ vel magistratus ecclesiastici matrimonium sit contractum.cap. tua fraternitas.iiij.de sponsa duorum.c.ad dissoluendũ. xiij. § fin.de desponsat.impub. 35.q.vj.c.videtur,in prin.36.q.ij.c. vlt.§.iustas autem. Huius replicatio est: Nisi causa interdicti non fuerit perpetua,sed temporalis: tunc enim pœnitentia indicitur, matrimonium non dirimitur.c.j.c.ex literis. ij. & cap.vlt.de matrimon.contracto contra interd.ecclesiæ.

XIIII. Exceptio, sumpta ex persona procuratoris, per quem contrahitur matrimonium, habetur cap. vlt. de procuratorib.in vj.

DE REPLICATIONIBVS præcedentium exceptionum generalibus. Cap. XV.

HACTENVS exceptiones aduersus nuptias enumerauimus: quarum tamen plures vide j. cap. xxj.quæst. ij. item M.I.C.libro iiij.cap.iij. cum sequente. Sed & plures desumptas ex consequentibus contractum nuptialem licet colligere ex iis quæ j.cap.xviij. proponentur. Nunc aliquot istarum exceptionum replicationes generales siue communes enumerauimus.

I. Replicatio: Nisi per errorem & ignorantiam iniustis nuptiis contractis longo tempore matrimonium durauerit, liberi-

liberíque exinde sint nati. Hæc replicatio reprobatur c.non debet.viij.§.fin.de consang.& adfinit.c.cum haberet.v.de eo qui duxit. Concordant item ea quæ habentur s̃. cap. xij. q. vj.reg.x.in fine. Planè ex indulgentia superioris speciali hoc casu potest dispensari. 35.q.viij.in prin. cum cap. sequente. l. 58.ff.de ritu nuptiar.Nouell.139.

II. Replicatio: Nisi publicè in facie ecclesiæ matrimonium sine contradictione sit contractum.c.cum inter.ij.cap. peruenit.xj.c.ex tenore.xiiij.qui filij sint legitimi.c.cum inhibitio.iij. §.si quis uero.ibi:pari modo.de clandest. desponsat. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi ambo coniuges sciuerint matrimonium esse iniustum.c.cum inhibitio.iij.§.si quis verò.vers.pari modo.de clãdestina desponsat.Alterius duplicationis loco notandum,quòd in casu proposito quoad liberos tantùm nuptiæ pro iustis habeantur. De qua tamen re vide s̃.cap.xij.reg.x.in fine.& M.I.C.lib.iij. cap.viij.reg.vij.except.ij.& cap.xj.reg.xviij. except.j. Quod verò ad separandum matrimonium attinet, replicatio proposita non obstat: quemadmodum patet ex d. c. cum inter. ij.vers.diuortij sententia canonicè.

III. Replicatio: Nisi denunciatione publicè facta, nihil sit oppositum. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c.vlt.qui matrimon.accusare poss.

IIII. Replicatio:Nisi nemo matrimonium accusauerit. Hæc replicatio reprobatur c.cum inhibitio. iij. in prin.vers. & ipsi præsbyteri.de clandestina desponsat. item cap. porrò. iij.§.præterea.de diuortiis.

V Replicatio: Nisi antequam ad fidem conuersi essent coniuges,iniustas nuptias contraxerint.c. de infidelibus.iiij. de consang & adfinit.c.vlt.qui filij sint legitimi.c.gaudemus viij.in prin. & cap. vltim. de diuortiis. Huius duplicatio est: Nisi quis plures vxores simul habeat. d. cap. viij. §. quia verò pagani.

VI. Replicatio: Nisi consuetudo loci in contrarium extet. Hæc replicatio reprobatur c.quod super.v.§.fin.de consang. & adfinit. Admitti tamen videtur in casu, de quo s̃. c. xiij.except.xvij.repl.vij.dictum est.

VII. Replicatio: Nisi Papa dispensauerit. cap. quia circa. vj. d. tit. Concordant ea quæ habentur s̃. replicat. j. in fine.& s̃.cap.xiij.except.j. replic. iiij. Hactenus de sponsalibus & nuptiis contrahendis, earúmque exceptionibus, &

H 2 harum

harum replicationibus est dictum. Nunc de iure contractarum nuptiarum, quod est inter maritum & vxorem constante matrimonio, dicendum.

DE IVRE CONTRACTI Matrimonij, quod est inter virum & vxorem constante matrimonio.

Cap. XVI.

PRIMA regula: Matrimonij vsus consistit in fide thori coniugalis, in cura ordinatè filios procreandi, & bono vsu concupiscentiæ. 32. q. j. cap. non enim. de qua re dictum quoque s. cap. xij. quæst. iiij.

II. Regula: Vir caput est vxoris, eáque ei seruit. 33. q. v. c. est ordo. c. manifestum, in prin. & §. fin. cap. hæc imago. cap. satis. c. cum caput. c. noluit. cap. mulierem c. Adam.

III. Regula: Maritus vxoris incommoda & aduersam valetudinem eius sustinere debet. 32. q. v. c. si vxorem. item q. vij. c. si quis cum. §. fin. c. dominus. item l. xxij. §. si maritus. vers. quid enim. ff. soluto matrimonio. Sed & concordant ea quæ habentur j. cap. xviij. causa xiiij. & xv.

IIII. Regula: De coercenda vxore cauetur 33. q. ij. ca. si quod verius. §. fin. cum c. sequente.

V. Regula, De debito coniugali. Hoc alter alteri exigenti tenetur præstare. 30. q. j. c. nosse. 32. q. ij. c. sicut. §. vnde Apostolus. 33. q. v. c. j. c. secundum verba, in princ. Huius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi non procreandorum liberorum, sed libidinis causa debitũ exigatur. Sed reprobatur 32. q. ij. c. quidquid. Concordant ea quæ habentur s. ca. xiiij. except. vj. Contradicere videtur 33. q. iiij. c. vir cum. §. oportet itaq;. Sed de hac contrarietate dictum est d. excep. vj. Altera exceptio est: Nisi matrimonium sit iniustum. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. inquisitioni. xliiij. de sentent. excom. c. literas. xiij. §. horum autẽ. vers. qui consanguinitatis. de restitut. spoliator. Tertia exceptio est: Nisi dubitans de prioris cõiugis morte debitũ exigat. c. ij. de secundis nuptiis. Quarta exceptio est: Nisi maritus sit episcopus, præsbyter, aut altaris minister. distinct. 31. c. lex continentiæ. c. omnino. c. Nicena. & dist. 32. c. multorum. c. eps qui c. seriatim. §. fin. c. penult. Concordant item ea quæ habentur s. lib. prox.

prox.cap.v.reg.62. vbi tamen antinomia subiicitur. Huius exceptionis replicatio est: Nisi extra tempus oblationis sacerdos debitum exigat, vel ab eo exigatur.d. dist. 31.c. quoniam. Quinta exceptio est: Nisi alter coniugum adulterium commiserit.32.q. j. cap. in coniugio.c.si quis vxorem. Sexta exceptio: Nisi coniunx incestum cõmiserit, vel cum adfinib. concubuerit. Quæ exceptio approbatur exemplo c.j.c.transmissæ.iiij.de eo qui cognouit consang.27.q.ij.c.qui dormierit.32.q.vij.c.qui dormierit.c.concubuisti. Huius replicatio prima est: Nisi alter coniunx, qui nihil commisit ab eo qui deliquit, debitum exigat: tunc enim reddere tenetur.d.cap. transmissæ. vers.nisi ab ea fuerit requisitus.item c.penult. & vlt.eod.tit. Altera replicatio est: Nisi ignorans quis incestum commiserit.34.q.ij.c.si virgo.§.fin.cum c.sequente. Concordant ea quæ habentur s.cap.xiij.except.31.repl.ij. Tertia replicatio est: Nisi culpa coniugis alter coniunx incestũ commiserit.cap. discretionem. vj. §.sed nec adfinitas.de eo qui cognouit consang. Septima exceptio est: Nisi inter maritum & vxorem cognatio spiritualis interuenerit. Approbatur exemplo 30. q. j. in princ. cum c.sequente.& c.de eo.§.si autem coniuges. Contradicit tamen d. q.j.c.vlt.§.fin.item c. ij.de cognatione spirituali. Aliud exemplum habetur 30.q.j. c.si quis filiastram. Contradicit in hoc exemplo d.q.j.cap.de his. Aliud exemplũ habetur d.q.j.c.de eo, in prin. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi fraude alterius coniugum factum sit, vt cognatio spiritualis intercederet. d. q.j.c.dictum. Altera replicatio est: Nisi necessitate exigente cognatio spiritualis intercesserit. d. quæst. j. cap. ad limina. Octaua exceptio est: Nisi mulier sit in puerperio, vel infantem nondum ablactauerit.distinct. v.c.ad eius.item 33.q.iiij. d.si causa, in fine. Nona exceptio est: Nisi mulier menstruo laboret, vel conceperit.d.c.ad eius.vers.quippe & sine partus causa.& d. cap.si causa. Decima exceptio est: Nisi tempore ieiunij debitum exigatur.33.q. iiij.c.fratres.c. Christiano.c. qui in castigatione. Vndecima exceptio est: Nisi tempore orationis debitum exigatur.d.q.iiij.in prin.cum c.sequente. Huius replicatio est: Nisi vxor tempore orationis debitum exigat: hoc enim casu maritus omissa oratione exigenti debitum præstare tenetur.d.q.iiij.c.nec vxorem, in fine, cum c. sequente. Concordant ea quæ habentur j. reg. x. Duodecima exceptio est: Nisi tempore pœnitentiæ, & quo quis

communicaturus est, debitum exigatur. 33. q. iiij. c. j. Huius replicatio est: Nisi non libidinis, sed procreandæ sobolis gratia debitum exigatur. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d. q. iiij. c. vir cum. §. si quis verò. Decimatertia exceptio est: Nisi diebus festis debitum exigatur. d. q. iiij. ca. quotiescunque. & c. si causa. Decimaquarta exceptio est: Nisi die processionis debitum exigatur. d. cap. si causa. vers. & dies processionis. & d. q. iiij. cap. Christiano. Decimaquinta exceptio est: Nisi die benedictionis debitum exigatur. dist. xxiij. cap. vlt. xxx. q. v. cap. sponsus, in fine. Hæc de debito coniugali exigenti prçstando sint dicta. De quo tamen alia restant, de quib. sequitur.

VI. Regula: Debitum coniugale æquiparatur continentiæ, si quis illud reddidit, non exigit. xxxiij. q. v. c. secundum.

VII. Regula: Tempore, quo debitum coniugale redditur, non datur prçsentia spiritus sancti. xxxij. q. ij. c. quidquid. §. fin. cum c. sequente.

VIII. Regula: Ab eo qui reddidit debitum coniugale, non communicandum, neque ecclesia ingredienda, nisi prius fuerit lotus. xxxiij. quæst. iiij. cap. vir cum, in princ. & §. tunc autem vir.

IX. Regula: Tempore quo debitum vxori soluitur, à carnibus agni abstinendum. d. q. iiij. cap. j.

X. Regula: Alter coniugum sine alterius consensu non potest orationi vacare. 27. q. ij. c. beata. §. penult. c. lex diuinæ, §. penult. 33. q. iiij. c. nec vxorem. § fin. cum c. sequente.

XI. Regula: Alter coniugum sine alterius consensu continentiam vouere & religionem ingredi non potest. d. cap. lex. diuinæ. §. fina. cum cap. sequente. cap. beata. §. penultim. Vide item s. cap. x. reg. j. except. v. item j. cap. xviij. causa vj. except. ij.

XII. Regula: Quod iuris est in marito, idem etiam in vxore: & vice versa. xxxij. quæst. v. cap. præcepit. cap. apud nos. cap. penult. §. sed quæritur, cum c. sequente. item q. vj. ca. si ducturi. c. indignantur.

XIII. Regula: Vir debet virtute vincere, & exemplo vxorem regere. d. cap. indignantur. & d. q. vj. cap. vlt.

DE ACTIONE, QVA VXOR virum, & contrà vir vxorem petit. Cap. XVII.

EX contractu matrimoniali nascitur actio, qua alter coniugum ab altero ius suum petere ac persequi potest: de qua in hoc capite dicendum.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS cum suis exceptionibus.

Si vir vxorem deserit, vel contrà vxor virum: ex contractu nuptiali datur actio, qua desertus desertáve ad deserentem recuperandum experiri potest. cap. ex transmissa. viij. de restitut. spoliator. ca. ex parte. ix. de sponsalib. 31. q. ij. cap. vlt. in prin. 32. q. v. c. puto. §. cû enim Iudæi. c. horrendus. c. præcepit. ca. quidquid, in prin. q. vij. ca. apostolus, in prin. 33. q. ij. in prin. §. fi. cum c. sequente. c. an quod. c. historia. c. siue de coniugij. propositæ causæ exceptio prima est: Nisi sponsalia tantùm, non nuptiæ præcesserint. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur s. cap. xj. quæst. iiij. except. v. & vj. Altera exceptio est: Nisi puella nondum septem annorum in domum viri traducta sit, nullis vel inualidis sponsalibus præcedentibus. ca. ex parte. xiiij. de restitut. spoliatorum. Tertia exceptio videtur: Nisi matrimonium sit iniustum. Sed reprobatur sub certis conditionibus s. cap. xix. quæst. j. except. ij. Planè admittitur, si petitorio, non possessorio iudicio agatur. c. j. de ordine cognit. c. literas. xiij. §. secunda verò. & §. nos autem. vers. quamuis. de restitut. spoliator. Quarta exceptio videtur: Nisi actio de dissoluendo matrimonio in iudicium fuerit deducta. Sed reprobatur c. ex conquestione. x. de restitut. spoliator. Quinta exceptio est: Nisi notoria fuerit fornicatio actricis desertæ. ca. significasti. iiij. de diuortiis. 34. q. j. cap. non satis. §. rem. nouam. Plura de hac exceptione vide s. ca. prox. causa iij. & ca. xix. quæst. j. except. ij. repl. ij. Sexta exceptio est: Nisi actor reæ non caueat de securitate. c. ex transmissa. viij. vers. recepta tamen sufficienti cautione. de restitut. spoliator. Septima exceptio est: Nisi magna sit actoris sæuitia, cui nulla sufficiat cautio. d. ca. viij. §. si autem capitali. & c. literas. xiij. §. fin. eod. tit. Plures huiusmodi exceptiones vide d. cap. xix. quæst. j. except. ij. repl. j. cum sequentibus.

II. APVD QVEM ACTIO proposita competat?

Apud episcopum loci, non abbatem. ca. accedentibus. xij. de excessib. prælator.

III. ADIVNCTA HVIVS actionis.

I. Regula, De probatione: vtri incumbat, definitur cap. j. de clandestina desponsat.

II. Regula: Per quæ matrimonium probetur, definitur c. illud quoque. xj. de præsumptionibus. 35. q. vj. cap. videtur. §. quod autem. Concordant ea quæ habentur j. cap. xix. quæst. iiij. reg. iij. Quod autem ibi dicitur de parentum testimonio, id distinguitur in matre c. super eo. xxij. in prin. de testibus.

III. Regula: Ne pendente lite aliud contrahatur matrimonium, cauetur c. tua scilicet. iiij. de sponsa duorum. Concordat s̄. c. xiiij. except. xiij.

IIII. Regula: De iuramento præstando ab eo qui dimissam recipit, cauetur 35. q. vj. c. vlt.

IIII. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De exceptione spolij, si de dissoluendo matrimonio agatur, proponetur j̄. c. xix. q. j. except. ij.

II. Regula: De interdicto, de vxore exhibenda & ducenda cauetur c. non est. xj. de sponsalib. l. viij. ff. de diuortiis. l. ij. ff. de liberis exhib. l. iij C. eod. tit. l. xj. C. de nuptiis.

DE SOLVTIONE MATRIMONII. *Cap. XVIII.*

HActenus de matrimonio tam contrahendo quàm contracto dictum est. Nunc de eo dissoluendo & dissoluto dicetur. Causæ autem, ex quibus matrimonium soluitur, & coniuges separantur, hæ sunt.

I. Causa est, Nullitas matrimonij, cum scilicet ab initio inutiliter matrimonium est contractum: cuius species ex iis quæ s̄. c. xiij. & xiiij. proposita sunt, cõstant. Nam quæ ibi exceptionũ loco posita sunt, hic causarum loco repeti possunt.

II. Causa est, Mors coniugis. ca. penult. & vlt. de secundis nuptiis. l. j. ff. de diuortiis. Nouell. xxij. §. quod autem super. vers. nuptiarum finem.

III. Causa est, Fornicatio coniugis. ca. significasti. iiij. de diuortiis. ca. discretionem. vj. §. nam etsi. de eo qui cognouit consang. 32. q. j. c. dixit. q. vij c. apostolus. c. fieri potest, in prin. 34. q. j. c. non satis. §. rem nouam. Concordat item M. I. C. lib. iiij. cap. viij. except. vj. Huius causæ exceptio prima est: Nisi culpa viri vxor fuerit fornicata. d. ca. discretionem. vj. & cap. gaude

gaudemus.viij.§.fin.de diuortiis. Huius exceptionis species & exempla videri poterant exceptiones duæ proximè sequentes: sed reprobantur. Ideóque replicationum loco hic notari possent. Altera exceptio videtur: Nisi vxor adultera fuerit anteà à viro dimissa. Sed reprobatur d cap. significasti. iiij. de diuortiis. Tertia exceptio videtur: Nisi vir vxori adulteræ in necessariis non prouiderit. Sed reprobatur c. ex literis v.eod.tit. Quarta exceptio est: Nisi maritus quoque fuerit adulteratus. d.c.significasti.iiij.in fine. & d.c.v.item ca. intelleximus.vj.& cap.vlt.de adulteriis.32.q.vj.in princ.cap. nihil iniquius.ca.iniquum.ca.indignantur. Quinta exceptio est: Nisi per raptum mulier sit adulterata.32.q.v.in prin.cum c.sequente. c.reuera. c.itáne.c.proposito.c.illæ autem.§.cum ergo. c.puto.§. cum ergo. Sexta exceptio videtur: Nisi non vxor, sed maritus fuerit fornicatus. Sed reprobatur per ea quæ habentur s.c.xvj.reg.xij. Septima exceptio est: Nisi propria authoritate maritus vxorem adulteram abiecerit, causa nondum iudicialiter acta. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. prox.in prin. Cuius replicatio est: Nisi notoria fuerit fornicatio. Quæ replicatio approbatur d.cap.prox.quæst.j. except.v. Octaua exceptio est: Nisi ante contractum matrimonium vxor fuerit fornicata. ca. quemadmodum.xxv.in prin.de iureiurando. Hæc de tertia causa.

IIII. Causa est, Hæresis coniugis.c.quæsiuit.ij.de diuortiis.28.quæst.j. cap.simili modo.cap.vxor legitima.cap.si infidelis.cap.iam nunc.cap.sic enim.cap.Iudæi.cap.non solùm. Huius causæ exceptio prima est: Nisi ab hæresi rursus fuerit conuersus coniunx. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur cap. de illa.vj. cap.quanto.vij. §.fin. & cap. gaudemus.viij.§.qui autem. vers. quod si conuersum. de diuortiis. Alterius exceptionis loco notandum, quòd separari quidem ob hæresin coniuges possint: non tamen ad alias nuptias altero viuo transire. d.cap. quæsiuit.ij. vers. ita quod ei nubere alij. & d. cap.quanto.vij. Concordant ea quæ habentur j. cap.21.quæst.ij.except.iij. vbi de proposita exceptione vide plura.

V. Causa videtur, Furtum, homicidium, vel aliud crimen coniugis. Sed hæc causa reprobatur d.ca.quæsiuit.ij.item 34. q.c.j.in coniugio. Cuius exemplum habetur in parricidio c. ij.de his qui filios occiderunt. Planè iure ciuili nonnulla alia crimina præter adulterium & hæresim iustam diuertendi

causam præbent: de qua re vide M. I. C. lib. iiij. cap. viij. except. vj.

V I. Causa est, Votum continentiæ ac religionis. c. vnico, de voto, in vj. Cuius exceptio prima est Nisi votũ fuerit simplex ac minus solenne. d. ca. vnico. vers. reliqua verò vota etsi quandoque. Declaratur exceptio proposita, definitione voti solennis d. cap. vnico. Similem exceptionem vide s. cap. xiij. excep. xxx. repl. j. Altera exceptio est: Nisi sine alterius coniugis consensu alter continentiã vouerit. c. quidam iij. & c. sane si coniugati. vj. de conuers. coniugat. c. cum causa vj. §. præterea. de raptoribus. c. lege imperatorum. 2. §. beatus Gregorius dist. x. 27. q. ij. c. Agathosa. c. si quis coniugatus c. si tu abstines. c. scripsit nobis item 33. q. v. c. mulier c. quod Deo. c. manifestum, in prin. Concordant item ea quæ habentur s. capite xvj. reg. xi. Contradicit propositæ exceptioni ius ciuile, nimirum .l. vlt. vers. nam & maritus. C. de episcopis & clericis. Nouell. 22. §. dissoluuntur. Nouell. 117. §. prædictis. Nouell. 123. §. quod si constante. Quibus constitutionibus per dictos canones derogatur. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi carnalis copula nondum superuenerit. c. ij. c. ex publico. vij. & c. ex parte. xiiij. de conuersione coniugator. Contradicit extrauag. Ioann. xxij. vnica, de voto. Altera replicatio est: Nisi coniuges se inuicem abiurauerint. c. veniens. xix. §. si. de regularibus & transeuntibus. Tertia replicatio est: Nisi vxor vouentis adulterium commiserit cap. constitutus. xv. & c. veniens. xvj. de conuers. coniugator. Quarta replicatio est: Nisi ob hæresim alterius diuortium sit factum. c. vlt. eod. tit. Quinta replicatio videtur: Nisi coniunx dissentiens decesserit. Sed reprobatur. c. quidam. iij. & c. placet. xij. eo. tit. Sexta replicatio est: Nisi cõiunx sciens dissimulauit. c. consuluit. x. & ibi glos. eo. tit. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ causæ exceptio est: Nisi vno coniugum continentiam vouente, alter continentiam non voueat, nec seruet. c. j. c. cum sis præditus. iiij. c. coniugatus. v. c. sanè si coniugati. vj. c. vxoratus. 8. c. charissimus. 11. c. ad apostolicam. xiij. & c. significauit. xviij. de conuersione coniugator. 27. quæst. 2. cap. quia Agatho. 33. quæst. v. cap. qui vxorem. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi copula carnalis inter coniuges non superuenerit. cap. ij. in fine de conuersione coniugator. Altera replicatio est: Nisi alter consentiẽs coniugem continentiam vouere, promiserit & se continen-

continentiam seruaturum: tunc enim, quamuis postea non seruet, vel se seruare non posse profiteatur: nihilominus manet matrimonium diremptum.cap.dudum.xx.eod.tit. Quarta exceptio est: Nisi sine authoritate episcopi ob religionem diuerterint.xxvij.quæst.ij.c.si vir. Quinta exceptio est: Nisi continentiam vouens in propria domo velit morari, nec voto se adstringat ad obseruantiam regularem. cap. ex parte. xiiij.§.fin. de conuers. coniug. Sexta exceptio est: Nisi vouens religionem ad sęcularem vitam fuerit reuersus.c.accedens.xvij.eod.tit. Hæc de sexta causa soluendi matrimonij: de qua tamen vide plura s̄.libr.proxim.cap.iiij.quæst.ij.reg. xxiij.except.j.

VII. Causa est, Diuortium. Quæ generalis causa regulariter quidem reprobatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. proxi.in prin.item s̄.cap.xj.quæst.iiij.except.v. replic.ij. Admittitur tamen ex certis causis, quarum nonnullas hactenus enumerauimus, reliquæ in sequentibus proponētur. Diuortium autem propriè est inter coniuges, non inter sponsum & sponsam.xxvij.quæst.ij.cap. quod autem.§.item si coniuges. l.101.§.diuortium.& l.cxcj.ff. de verbor.signific. Quòd verò discessio sponsæ à sponso coniugalis separatio dicitur, id interpretatur Gratianus d. quæstione secunda.cap.sic quippe. §.item Syricius.

VIII. Causa videtur, Abiuratio matrimonij. Sed reprobatur cap.veniens.xix.de regularibus.

IX. Causa: Si coniunx status controuersiam patiatur. Sed hæc causa reprobatur xxix.q.ij.cap.cuius rei.

X. Causa est, Seruitus alterutri coniugum contingens.l. j.ff.de diuortiis.Nouell.xxij §. quod si iudicis. Cuius exceptio est: Nisi vltrò se in seruitutem redigi patiatur, vt matrimonium soluatur.d.c.cuius rei.§.fin.cum c.sequente.

XI. Causa est, Deportatio coniugis.xxxiij.quęst.ij.cap.si quis cum.§.fin. cum cap.sequente. Contradicit l.v.ff.de bonis damnatorum.l.j.C. de repudiis. Nouell. xxij.§.deportatio.& §. illud etiam.

XII. Causa videtur, Diutina coniugis absentia. Sed reprobatur xxxiij.quęst.j.cap.non satis.§.fin.cum cap.sequente.item in cap.in præsentia.xix. de sponsalibus. cap. ij. de secundis nuptiis.cap. quoniam.v. §. si autem de carnali. vt lite non contestata.Nouell.cxvij.§.cæterùm & id.Aliud obseruatum fuit iure ciuili antiquo, de quo vide M.I.C. lib.iiij.cap.

viij.ex-

viij.excep.v. Planè si ob diutinam mariti absentiam vxor iudicio ecclesiæ ab eo fuit separata, aliúque nupsit: liberi posterioris, matrimonij legitimi censentur. cap. perlatum. viij. qui filij sunt legitimi.

XIII. Causa est, Impotentia, frigiditas, & sterilitas coniugis. cap. j. cap. quod sedem. ij. cap. ex literis. xxxj. cap. fraternitatis. vj. in prin. & §. per hæc autem. item cap. vlt. de frigidis & maleficiatis. xxvij. quęst. ij. cap. decreta. §. de his autem. ca. quod autem, in prin. 32. quæst. vij. c. quod proposuisti, in prin. 35. quæst. j. cap. quod autem. c. requisisti. item l. vitricus. l. x. in fine, cum ll. sequentibus. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. 10. C. de repudiis. Nouell. xxij. §. per causam. & nouell. cxvij. §. prædictis. Huius causæ exceptio prima est: Nisi copula carnalis interuenerit. xxvij. quæst. ij. cap. quod autem. §. ecce impossibilitas. xxxij. quæst. v. cap. si vxorem. q. vij. cap. si quis eum. §. fin. cap. tantum. xxxiij. quæst. j. in prin. Altera exceptio videtur: Nisi impotentia non sit naturalis, sed maleficiis contracta. Hæc exceptio reprobatur 33. quæst. j. cap. si quis acceperit. §. ecce quod, cum c. sequente. Tertia exceptio est: Nisi coniunx, ob cuius impotẽtiam matrimonium solutum est, postea nuptias iterauerit. 33. q. j. cap. requisisti. §. si igitur vir. & §. quod si & ille. item c. j. §. ea tamen ratione. ca. laudabilem. v. §. fin. de frigidis & maleficiatis. Contradicit. 33. q. j. c. vlt. §. quod si fortè. versic. sed postquam alias. Quarta exceptio est: Nisi quis sciens cum impotente nuptias contraxerit. d. cap. laudabilem. v. §. quod si ambo. & cap. consultationi. iiij. eod. tit. Quinta exceptio est: Nisi per triennium non cohabitauerint, qui ob impotentiam separari petunt. d. ca. laudabilem. v. & cap. vlt. eo. tit. Cuius exceptionis replicatio est: Nisi de impotentia aliunde constet. d. cap. v. versi. si frigiditas prius. & cap. j. eod. tit.

XIIII. Causa videtur, Furor coniugis. Sed reprobatur 32. quæst. vij. cap. hi qui matrimonium. cap. neque furiosus, in princ. item l. viij. §. nam furiosus. ff. de his qui sui vel alieni. l. xvj. §. fina. ff. de ritu nuptiarum. l. xxij. §. si maritus. ff. soluto matrimonio. l. iiij. in fine. ff. de diuortiis. Nouell. cxvij. §. omnes igitur.

XV. Causa videtur, Aduersa coniugis valetudo perpetua: vt mutilatio alicuius membri, cæcitas, senectus, lepra, &c. Sed reprobatur cap. j. cum cap. sequente. de coniugio leprosorum. xxvij. quæst. ij. cap. decreta. §. Nicolaus. quæst. vij.

cap. hi

cap. hi qui matrimonium. Concordant ea quæ habentur s̃. cap.xvj.reg.iij.

XVI. Causa est, Sententia iudicis pronunciantis diuortium.xxxv.quæst.ix.in prin.cum cap.sequente. Cuius exceprio prima hæc est: Nisi nulla lege sententia iudicis nitatur. 33.quæst.ij.cap.si quis cum §.fina. cum cap. sequente. Altera exceptio est: Nisi cum ob impotentiam alterius sententia diuortij lata esset, impotens postea cum alio aliáve nuptias contraxerit. Quæ exceptio approbatur per ea quę proposita sunt s̃.causa xiij.except.j. Tertia exceptio est: Nisi postea error in sententia ferenda commissus appareat.c. lator.vij.c. consanguinei.xj. de re iudicata cap.fraternitatis.vj. de frigidis & maleficiatis.cap.sicut.ix.de testibus.xxxv.quæst.ix.ca. loci nostri.§.fin.cum cc.sequentibus.

XVII. Causa est, Si coniunx coniugem ad peccandum incitet.xxviij.q.j.c.vxor.cap.idololatria.

XVIII. Causa: Si in eum casum matrimonium deuenerit, quo ab initio vtiliter contrahi non potuit. Hæc causa approbatur exemplo cognationis spiritualis postea superuenientis, cap.j.in prin.versic. & dirimit pôst contractum.item §.fin.vers.& dirimens.de cognat.spirituali,in vj.Concordant ea quæ habentur s̃.cap.xvj.reg.v. except.vij. Huius causæ in exemplo proposito exceptio prima est: Nisi per catechismum cognatio spiritualis sit contracta. Quæ exceptio approbatur s̃.cap.xiij.except.xxj.replic.j. Altera exceptio est: Nisi vir vel vxor suum filium de sacro fonte susceperit. cap. ij.de cognat.spirituali.30. quæst.j.cap.vlt.§.fina.Concordant ea quæ habentur d.except.vij. in prin. Aliud propositæ causæ exemplum est, Si cum cognata vxoris maritus, vel cum mariti cognato vxor rem habuerit, & ita adfinitas, quæ matrimonium impedire solet, intercesserit. de quo exemplo vide s̃.cap.xvj.regu.v.except. vj. Tertium exemplum videtur in eo qui incestum commisit: nam hic ab initio matrimonium contrahere non potest, per ea quæ proposita sunt supra cap.xiij.except. xxxj. Verùm in hac specie causa proposita exceptionem recipit, vt ostensum d. except. xxxj. replic.iiij. Cui concordat xxxiij.quæst.ij.cap.si quis cum.vers. legitimam tamen.

XIX. Causa videtur, Pœnitentia alterutrius coniugis. Sed reprobatur d.quæst.ij.cap.audiuimus.cap.de his verò.§. fina.& cap.vltim.

XX. Cau

XX. Causa est: Si coniunx coniugem absentem decessisse putans nuptias iterauerit, posteáque absens fuerit reuersus: tunc enim posterius matrimonium dissoluitur. 34. quæst.j.ca.cum per bellicam.c.cum in captiuitate.item cap. ij.§.fin.de secundis nuptiis.

XXI. Causa est: Si cum ob impotentiam diuortium intercessisset, impotens nuptias iterauerit: hoc enim casu posterius matrimonium dirimitur, per ea quæ proposita sunt s.causa xiij. except.iij.

XXII. Causa est: Si alter coniugum alterius vitæ sit insidiatus.31.quęst.j.cap.si qua mulier.

XXIII. Causa videtur: Si maritus aliam vxorem ducendo, eam ad fidem Christianam conuertere possit. Hæc causa reprobatur 32.quæst.cap.j.

DE ACTIONE AD DISSOLuendum matrimonium, & matrimonij accusatione. Cap. XIX.

HACTENVS causas dissoluendi matrimonij enumerauimus: quarum pleræque tales sunt, vt non ipso iure matrimonium dissoluant, sed indigeant iudicis authoritate, exemplo 35 quæst.vj.cap.ab isto.§.fi. cum cap sequente.item cap.de comite.iij. in prin.de diuortiis. Quibus concordant ea quæ habentur s.cap.xvij.in princ. Quia ergo propria authoritate, quamuis iusta subsit causa, diuertere non licet. constituta est actio, qua ad dissoluendū matrimoniū agatur.

I. CAVSÆ EX QVIBVS actio proposita competit?

Huiusmodi causas s.cap.proxim. enumerauimus: quibus (vt antea quoque monui) connumerari possunt, quæ s.cap. xiij.& xiiij.exceptionum loco sunt proposita. Præter exceptiones autem, quæ sub singulis istis causis exposuimus, supersunt adhuc aliquot generales, siue istis causis communes, quas hoc loco subiiciemus. Harum prima est: Nisi matrimonium nondum fuerit perfectum, tunc enim ad illud dissoluendum denunciatio, non accusatio competit.c.ad dissoluendum.xiij.de desponsat.impub. Secunda exceptio: Nisi reus reáve spoliatus spoliatáve nō restituatur. Hæc exceptio dilatoria est, & approbatur c.ex conquestione.10.c.literas.13. de restitut.spoliat.33.q.ij.c.historia. Concordant ea quę proposita

posita sunt s.cap. xvij. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi probationes sint paratæ, & actor de calumnia iurare sit paratus. Quę replicatio approbatur certo modo d.cap.xiij.versic. propterea melius videtur. Altera replicatio videtur: Nisi causa accusationis sit publica & notoria. Sed reprobatur cap.porrò.iij.in prin.de diuortiis. Admittitur tamen in causa fornicationis, cap.significasti.iiij.eo.tit. Tertia replicatio est: Nisi vxor infidelis post conuersionem mariti cum eo habitare nolit, nec ad fidem velit conuerti, vel maritum ad mortale peccatum pertrahere conetur.cap. gaudemus.viij.§.qui autem eod.tit. Plures huiusmodi replicationes vide s.c.xvij.quæst.j. Quæ enim ibi exceptionum loco posita sunt, hic replicationum loco repeti possunt. Tertia exceptio est: Nisi reus sit absens. Hæc exceptio dilatoria est, & approbatur c.quoniam frequenter.v.§.si autem de carnali. vt lite non contestata. Huius replicatio est: Nisi reus contumaciter absit, vel ob crimen aliquod aufugit.d.§. si autem.versic.quia cum sine culpa sit absens. & cap.j.qui matrimonium accusare possunt.

II. QVIBVS ACCVSATIO matrimonij competit?

Consanguineis potius quàm extraneis competit, per ea quæ habentur j.quæst.iiij.reg.iij.

III. APVD QVEM COMPETIT?

I. Regula: Non apud quemlibet, sed apud peritum canonum competit.c.j.§.fin.de consang.& affinitate.

II. Regula: Apud episcopum loci, non abbatem competit.c.accedentibus.xij.de excessibus prælatorum.

IIII. ADIVNCTA HVIVS ACTIONIS, & de probationibus.

I. Regula: Ne lite pendente aliquid innouetur, cauetur c.tua scilicet.iiij.de sponsa duorum. cap.ad dissoluendum.13. §.fina.de desponsat.impuber. Concordant item ea quæ habentur s.cap.xiiij.except.xiij.

II. Regula, De probatione. Viri ea incumbat, si dubitetur vtrum constante matrimonio copula carnalis interuenerit, definitur cap.j.§.illa autem. de frigidis & maleficiatis.ca. continebatur.vj.vers.quod si vir.de desponsat.impub.xxxiij. quęst.j.cap.requisiuisti.§.fin.cum cap.sequente.

III. Reg.

III. Regula: Si de consanguinitate coniugum dubitetur: ea per consanguineos, non per extraneos testes est probāda. cap. quoties. v. in prin. de testibus. cap. videtur. iij. qui matrimon. accusare possunt. xxxv. quæst. vj. in prin. cum c. sequent. cap. videtur. §. quod autem parentes. Huius regulæ exceptio est: Nisi nulli cōsanguinei supersint: tunc enim extranei & veraciores testes admittendi. d. ca. quoties. v. in prin. versi. vel totidem senioribus. & d. quęst. vj. cap. j. in fine.

IIII. Regula: Si consanguinei, aut istis deficientibus extranei testes consanguinitatem affirmauerint: illorum testimonio regulariter standum est. xxxv. quæst. vj. cap. notificamus. cap. si duo, in prin. Huius exceptio prima est: Nisi testes iuramentum non præstiterint. d. cap. notificamus. versic. quod si propinqui. Altera exceptio est: Nisi vnicus tantùm sit testis. c. quoties. v. in prin de testib. & d. cap. si duo, in princ. xv. q. vj. ca. vlt. §. quod aut. Huius exceptionis replicatio est: Nisi matrimonium tantùm per sponsalia sit initiatum, non firmatum: tunc enim vnius testis fide digni dictum matrimonium impedit. c. super eo. xxij. §. super illa verò. de testib c. cum in tua. xxvij. de sponsalibus. Tertia exceptio est: Nisi testes varient, ac contraria deponant. xxxv. q. vj. c. de parentela. Quarta exceptio est: Nisi de auditu testes deponant. Quæ exceptio approbatur certo modo. c. licet. 47. de testib. c. tua nos. vij. in fine. de cōsang. & adfinitate. Quinta excepr. est: Nisi dicti ratio non sit sufficiens. Quæ exceptio approbatur simul & declaratur definitione rationis sufficientis d. cap. tua nos. & d. c. licet.

V. Regula: De forma iurisiurandi à testibus præstandi cauetur d. c. licet. § testes autem. & c. quoties. v. §. probatio. eodem tit. item 35. q. vj. c. si duo. §. fin. cum c. sequente. c. illud. cap. de parentela. §. quæ etiam iusiurandum.

VI. Regula, De impotentia probanda. Si ambo coniuges impotentiam affirment, cum septima manu propinquorum iurare debent, se commisceri carnaliter nequiuisse. cap. j. in. prin. vers. per. verum iudicium. cap. laudabilem. v. §. si autem quod nunquam. cap. literæ vestræ. vij. §. fin. de frigidis & maleficiatis. xxvij. q. ij. cap. decreta. §. de his autem. xxxiij. quest. j. c. quod autem. vers. per iustum iudicium. cap. requisisti. §. quia si mulier.

VII. Regula: Si de consanguinitate constare non possit: quid tunc faciendum sit, definitur. xxxv. q. vj. c. si duo.

VIII.

VIII. Regula: De iuramento à separatis præstando cauetur 35.q.vj.c.de parentela.§.fin.cum cap.sequente.

IX. Regula: Iudex qui diuortij sententiam fert, simul etiam de dote restituenda potest pronunciare. c. de prudentia.iij.de donat. inter vir.& vxor.

V. AD FINE remedium propositæ accusationis est, denunciatio.de quo vide s̄.quæst.j.except.j.

DE IVRE MATRIMONII soluti. Cap. XX.

PRIMA regula: Sine causa & sine iudicis authoritate diuertens, per actionem ad matrimonium colendum compellitur: de qua dictum s̄.cap.xvij.

II. Regula: Sine causa diuertens excommunicatur. dist. 30.cap.si qua mulier.32. q. v. c.præceptum.Concordant item ea quæ habentur s̄.d. cap. xvij.in prin. Huius regulæ exceptio est: Nisi per iracundiam diuerterit mulier mox reuersa. de pœnitentia distinct.j.cap. diuortium.l.33.ff.de ritu nuptiarum.l.iij.ff.de diuortiis.l.48. ff. de reg.iuris. Nouell.134. §.certè si qui.

III. Regula: Liberi ante diuortium nati habentur legitimi, & parentibus succedunt. cap. ij. qui filij sint legitimi. Nouell.117.§.sed & illud.

IIII. Regula: De sententia diuortij errore comperto retractanda dictum s̄.cap.xviij causa xvj.

V. Regula: De nuptiis soluto matrimonio iterandis vide j̄.cap.prox.

VI. Regula: De bonis constante matrimonio adquisitis diuidendis cauetur cap.ij de donat. inter vir.& vxor. Cuius exceptio est: Nisi culpa eius qui quæue bona diuidi petit, matrimonium sit solutum. cap.penult.de consuetud.

DE REPETITIONE DOTIS.

VII. Regula: Dos soluto matrimonio mulieri est restituēda.c.j.cum duobus cc. sequentibus.de donat.inter vir. & vxor.c.ij.§.fin.de coniug.seruor.l.vlt. C.soluto matrimonio. l. vnica.§.illo proculdubio. C. de rei vxoriæ actione. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi culpa vxoris matrimonium sit solutum.c.plerunque.iiij.de donat.inter vir & vxor. l. xj. §.fin. ff. ad l. Iul. de adulteriis.l.viij.§.virum C.de repudiis.Altera exceptio est: Nisi pactum de lucrāda dote inter-

cesserit. cap. vlt. in fine. d. tit. de donat. inter vir. & vxor. Huius replicatio prima hæc est: Nisi matrimonium ab initio inutiliter fuerit contractum. c. etsi necesse. v. eod. tit. Instit. de nuptiis. §. si aduersus ea. l. 52. ff. de ritu nuptiarum. Altera replicatio est: Nisi nõ æquè de ante nuptias donatione ab vxore lucranda pactum factum sit. d. c. vlt. in fine. De qua re vide M. I. C. lib. iiij. c. xvij. reg. xxiiij. Sed & plura de exceptione proposita vide d. lib. iiij. cap. xv. except. xxvj. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi consuetudo loci in contrarium extet. d. cap. vlt. in fine. Plures exceptiones vide M. I. C. d. cap. xv.

VIII. Regula: Aduersus possessorem etiam rerum mariti dotis repetitio datur. c. ex literis. v. de pignoribus. Plura de regula proposita vide M. I. C. lib. iiij. cap. xiiij. quæst. v. reg. ij. Sed & similes regulas vide d. cap. xiiij. quæst. ij.

IX. Regula: Apud iudicem etiam ecclesiasticum de causa diuortij cognoscentem dotis repetitio incidenter potest tractari. c. de prudentia. iij. de donat. inter vir. & vxorem.

X. Regula: Etiam constante matrimonio dos repeti potest, si maritus ad inopiam vergat. l. xxiiij. in princ. ff. soluto matrimonio. Cui tamen repugnare videtur c. per vestras. vij. de donat. inter virum & vxorem.

XI. Regula: Mariti bona mulieri tacitè pro dote sunt obligata. cap. ex literis. v. in fine. de pignorib. De qua re vide plura M. I. C. lib. iiij. cap. xiiij. quæst. v. reg. ij.

XII. Regula: Alienatio fundi dotalis à marito facta non valet, sed mulieri vindicatio eius salua est, per ea quę habentur M. I. C. lib. iiij. cap. xviij. quæst. v. in prin. Cuius tamen exceptio est: Nisi mulier præstito iureiurando alienationi consenserit. c. cum contingat. xxviij. de iureiurando. c. licet. ij. eod. tit. in vj. Plura de regula proposita vide d. quæst. v.

DE DONATIONE ANTE vel propter nuptias.

XIII. Regula: Quemadmodum mulier dotem, ita quoque maritus rem ante nuptias donatam soluto matrimonio potest repetere. Quæ regula approbatur simul & distinguitur cap. vlt. §. fin. de donat. inter vir. & vxor. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi pactum de lucranda re donata intercesserit. Quæ exceptio approbatur d. §. fin. de qua vide item s. reg. vij. except. ij. Altera exceptio est: Nisi morte vel culpa

culpa viri matrimonium sit solutum. de qua vide ȷ̃. reg. prox. Plura de regula proposita vide M. I. C. lib. iiij. cap. xx. reg. vij. cum sequentib. Hîc autem obiter notanda est differentia inter dotem & ante nuptialem donationem, quæ habetur c. nuper. vj. §. fin. de donat. inter vir. & vxor.

XIIII. Regula: Si morte vel culpa viri solutum sit matrimonium vxori petitio & retentio rei ante nuptias donatæ competit, per ea quæ habentur M. I. C. d. ca. xx. quæst. iiij. reg. iij. cum sequentibus. Cuius exceptio prima est: Nisi maritus nõ suam, sed alienam rem vel cuius vsumfructum tantùm habuit, donauerit. d. cap. nuper. vj. Altera exceptio est: Nisi res consensu mulieris à marito fuerit alienata. Quæ approbatur certis conditionibus cap. peruenit. iiij. de empt. & vendit. Sanè si iureiurando præstito mulier alienationi consensit, haud dubiè exceptione proposita repellitur. c. licet. ij. de iureiurando, in vj. De exceptione proposita vide item M. I. C. d. quæst. iiij. reg. j. except. j.

DE SECVNDIS NVPTIIS. Cap. XXI.

HACTENVS de nuptiis in genere actum est: nunc specialiter de secundis nuptiis agetur.

I. PROPRIVM SECVNDArum nuptiarum.

Secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ. cap. j. & c. vir autem. iij. de secundis nuptiis.

II. AN NVPTIÆ SINT iterandæ?

Regulariter quidem secundæ nuptiæ permittuntur, nec censentur iniustæ. c. vlt. dist. xxvj. xxvi. q. ij. c. additur. 31. q. j. c. penult. 32. q. iiij. c. j. Ratio huius regulæ habetur 31. q. j. cap. quomodo, in prin. Cõtradicere tamen videtur d. q. j. c. si qua fuerit. §. fin. cum c. sequente. c. hac ratione. c. quomodo. Cui obiectioni respondetur d. c. quomodo. §. fin. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi quis sæpius quàm semel nuptias iterauerit. Sed reprobatur 31. q. j. cap. aperiant. & cap. vlt.

II. Exceptio est: Nisi diuortio matrimonium sit solutum tunc enim neutri viuente altero nuptias iterare permittitur

xxvij.q.ij.c.ſi quis ſponſum.§.fin. 32.q.j.c.dixit.in prin.32.q. vij.in prin.cum c.ſequente.c.licitè.c.apoſtolus, in prin.cap. fieri.c.placuit.c.dominus,in fine.c.omnes.c.fidelis. c. quemadmodum. c.quid in omnibus.§.his authoritatibus.c. vxor. c.hi verò.c.neque furioſus.§.fin.c.vlt.item De diuortiis cap. gaudemus.viij.§.qui autem.item De eo qui duxit in matrimonium.c.ex literarũ.iiij. Ratio propoſitæ exceptionis habetur 32.q.j.c.dixit.§.fin. Apoſtol.canon.47. Hæc autem exceptio nõ ſolùm obtinet,ſi ex cauſa fornicationis diuortium factum ſit, ſed etſi ob aliam cauſam: vt puta ob hæreſin, vel infidelitatem.28.q.ij.in prin.cum c.ſequente.Concordant ea quæ habentur ſ. cap. viij. cauſa iiij. except. ij. Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ob id coniuges fuerint ſeparati,quòd matrimonium inutiliter ab initio fuerit cõtractum: tunc enim nuptias iterare licet,per ea quæ ſ.cap. xiij. & xiiij.ſunt propoſita. Altera replicatio eſt: Niſi ſponſa.nõ vxor fuerit dimiſſa.xxvij.q.ij.c.ſi quis ſponſam, in fine,cum c.ſequente.c ſtatutum,in princ.verſ.& ipſa. Tertia replicatio eſt: Niſi ex cauſa iuſta repudians nuptias iterare velit,non repudiatus repudiatáue. Quæ replicatio quamuis per ea quæ ſ. ead. except.in prin.propoſita ſunt,expreſsè reprobetur: approbari tamen videtur xxxij.q.vij.cap.vxor, in fine. Cui obiectioni reſpõdet Gratianus d.q.vij.c.quod propoſuiſti. §.ſed illud. Quarta replicatio eſt: Niſi ob inceſtus crimen diuortium factum ſit. d. §.ſed illud.verſ.quidam verò.& d.q.vij.c.quædam.c.concubuiſti.c.ſi quis cum, in prin. Quinta replicatio eſt:Niſi ob frigiditatẽ viri vel ſterilitatem vxoris diuortium ſit factum: hoc enim caſu repudianti nuptias iterare permittitur.32.quæſt.vij. c. quod propoſuiſti.c. ſi quis cum.§.fin.33.q.j.c.j.c.requiſiſti.§.quia ſi mulier.Sexta replicatio eſt: Niſi ob inſidias à coniuge coniugi factas diuortium ſit factum.31.q. j. cap.ſi qua mulier.& c.j.de diuortiis. Septima replicatio eſt: Niſi ob diutinam coniugis abſentiam diuortium ſit factum. Quæ replicatio videtur approbari c.perlatum. viij. qui filij ſint legitimi. Octaua replicatio eſt:Niſi cum ob infidelitatem coniuges ſeparati eſſent repudiatus repudiatáue repudiantem ſequi nolit, ſed vltrò ab eo diſcedat.c.quãto.vij.c.gaudemus.viij. §.qui autem. de diuortiis.28.q.ij.c.ſi infidelis. Huius duplicatio eſt: Niſi non ex duobus infidelibus alter de nouo ſit conuerſus: ſed ex duobus fidelibus alter in hæreſin lapſus ſit, ideóq; diuortiũ

factum

factum. tunc enim nuptias iterare non licet. d. c. vij.& d. c. si infidelis. §. hic distinguendũ, in fine Nona replicatio est: Nisi cum ob infidelitatem diuortium factum esset, repudiatus repudiatáue repudiantem quidem sequi volens, nolit conuerti, vel repudiantem ad mortale peccatum pertrahere conetur. d. §. qui autem. Decima replicatio est: Nisi periculum sit, ne maritus vxorem adulteram occidat: hoc enim casu permittendum illi est nuptias iterare. 33. q. ij. c. si quod verius Vndecima replicatio est: Nisi post diuortiũ mors alterutrius superuenerit: hoc enim casu superstiti nuptias iterare licet. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur 32. q. vij. c. hi verò. c. quod proposuisti. § fin. Cuius duplicatio est: Nisi is eáue, cuius culpa diuortium factum est, superstes sit. d. ca. hi verò. & d. § fin. Concordant ea quæ habentur s̃. cap. xiij. except. 33. Hæc de secunda exceptione.

III. Exceptio: Nisi is eáue, qui quęúe religionem nouit, nuptias iterare velit. c, consuluit. x. de conuers. coniugat. dist. xxviij. c. de Syracusanæ. §. fin. Concordant ea quæ habentur s̃. ca. xiij. except. 30. in prin. Huius exceptionis replicatio prima videtur: Nisi inuita vxore nouerit religionem. Sed reprobatur c. quidam. iij. de conuers. coniugatorum. Altera replicatio videtur: Nisi vouens religionem monasterium non fuerit ingressus, nec vxor eius fuerit velata. Sed reprobatur c. ex parte. ix. eod. tit. Tertia replicatio videtur: Nisi vouens contrahendo nuptias infidelem ad fidem Christianam conuertere possit. Sed & hæc reprobatur 32. q. viij. in prin. cum cap. sequente. Hæc de tertia exceptione: de qua tamen vide plura d. except. 30.

IIII. Exceptio est: Nisi clerici vxor eo mortuo nuptias iterauerit. dist. 28. c. quia sunt. c. si se cuiquam. c. si qua. cap. de Syracusanæ. item distin. 32. c. seriatim. §. fin. Huius replicatio est: Nisi clericus in vita maluerit clericatus officio carere, quàm ab vxore abstinere. 27. q. ij. c. multorum.

V. Exceptio: Nisi is eáue, qui quæúe coniugem occidit, vel vitæ eius insidiatus insidiatáue est, nuptias iterare velit. c. j. de diuortiis. 31. q. j. c. si qua mulier. 33. q. ij. c. interfectores, in prin. cap. quicunque. c. admonere. §. sin autem publicam. vers. vxorem nunquam ducere. cap. si quod verius. §. in præmissis. vers. si autem illas. Huius exceptionis replicatio est: Nisi lapsus iuuenilis incõtinentiæ sit metuendus: tunc enim secundæ nuptiæ indulgeri possunt. d. c. interfectores, in prin.

verſ.exceptis adoleſcentibus. & d.verſ.ſi autem illas.ibi: niſi fortè propter lapſum.

VI. Exceptio eſt: Niſi rapta raptori ſuo nupſerit. hoc enim caſu alterutro mortuo, ſuperſtiti nuptias iterare non permittitur. xxxvj.q.ij.c.ſi autem §.ſed ſi vnus. Plures propoſitæ regulæ exceptiones vide ſ̄.c.xiij.cum ſequente.

III. QVANDO NVPTIÆ iterandæ?

I. Regula: Soluto matrimonio, mulier nuptias intra annum iterare non poterat iure ciuili. Quòd ſi intra annum nupſiſſet, infamis efficiebatur, aliáſque pœnas ſuſtinebat. M. I. C. lib. j. cap.xx.quæſt.j. cauſa xiij. & lib. iiij. cap.v.q.ij. reg.j. Sed hoc ius corrigitur ac mutatur cap.penult. & vlt.de ſecundis nuptiis.

II. Regula: Si culpa mulieris diuortium interceſſerat: iure ciuili intra quinquennium nuptias iterare non poterat, per ea quæ habentur M. I. C. d.quæſt.ij.reg.ij. Sed iure pontificio in perpetuum nubere prohibetur, per ea quæ propoſita ſunt ſ̄. cap. xiij.except.xxxj. & xxxiij. De qua re dictum quoq; ſ̄.q.prox.excep.ij.repl. xj.dupl.j. Quinimò licet culpa careat, viuo tamē marito, à quo diuertit, nuptias iterare non poteſt, per ea quæ habentur d.except.ij.in princ. Hæc de ſecundis nuptiis: de quibus tamen vide plura M. I. C. d.cap.v. cum cap.ſequente vj.

DE CONCVBINIS.
Cap. XXII.

SVpereſt vt de iure concubinatus agamus. Eſt autem concubinatus regulariter licitus. diſt.xxiiij.cap.is qui.c.Chriſtiano, in fine.l.iij.in fine.ff.de concubinis. Declaratur regula propoſita, definitione concubinæ d.diſt. xxxiiij.c.omnibus. Planè contradicit regulæ propoſitæ d.diſt. xxxiiij.ca.audite. xxxij.q.ij.c.concubinæ, in prin.q.iiij. c.nemo.c.dicat aliquis. Sed hiſce obiectionibus ſepoſitis, videamus quæ ſint propoſitæ regulæ exceptiones. Harū prima eſt: Niſi vxorem ſimul & concubinam quis habeat. Quæ exceptio elicitur ex d.c.is qui non. & d.cap. Chriſtiano. verſ. ſi coniunx deeſt. Accedit xxxv. q.ij.c.de conſanguinitate, in fine. Altera exceptio eſt: Niſi clericus concubinam habeat. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur ſ̄. lib.prox.cap.v.reg.lx. Plures propoſitæ

positæ regulæ exceptiones, sed & plura de iure concubinatus vide M. I. C. lib.iiij.cap.ix.Hactenus de causis matrimonialibus sit dictum.

DE CONCILIIS.
Cap. XXIII.

HActenus iura personarum, rerum & actionum ecclesiasticarum exposuimus, quæ per concilia & visitationes conseruantur ac ritè administrantur. Ideóque superest vt de conciliis & visitationibus subiiciamus. Idóque de conciliis in hoc, de visitationibus in sequenti capite dicetur.

I. DE nomine & nominis ratione cauetur distin. xv.cap.j. §.synodus autem, vsque ad finem.

II. QVANDO ET QVOTIES habenda concilia?

I. Regula: Singulis annis habenda concilia prouincialia. c.sicut olim.xv.in prin.de accusationib. distin.xviij. cap.quoniam quidem, in prin.

II. Regula: Singulis annis bis habenda concilia prouincialia.dist.xviij.ca.de conciliis, in prin.ca.propter ecclesiasticas, in prin.c.peruenit.c.quoniam, in prin.ca.propter ecclesiasticas, in prin.Apostol.canon.xxvj.

III. Regula: Regulares quolibet triennio concilia celebrabunt.c.in singulis.vij.in prin.de statu monachorum.

IIII. Regula: Aliquot certis diebus continuè habendum.d.c.vij.§.huiusmodi verò.

V. Regula: Primum concilium ante dies quadragesimæ, alterum circa tempus autumni habendum. dist.xviij.cap.habeatur.Apostol.canon.xxxvj.in fine. Mutatur tamen tempus prioris concilij, vt habeatur tertia hebdomada paschalis solennitatis, posterius idibus Octobris, d.dist.xviij.cap.propter ecclesiasticas.vers.semel quidem post.& §.secundum verò. Vt habeatur vndecima calend. Nouembris, cauetur De consecrat.dist.iij.c.placuit.vers.dies verò concilij.

III. A QVIBVS HABENDA concilia?

Regulares quoq; canonici, abbates atque priores possunt ac debent habere peculiare concilium. cap. in singulis. vij.in prin.& §.hoc ipsum.de statu monachorum.

IIII. QVI AD CONCILIA conuocandi?

I. Regula: Vniuersi sacerdotes conuocandi.c.cum super. ix.de maioritate & obedientia. & d.c.vij in prin.

II. Regula: De suffraganeis episcopis conuocandis cauetur c.sicut olim.xxv.in prin.de accusationib.item distinct. xv.iiij.c.propter ecclesiasticas.§.admoneant autem.

III. Regula: Capitula cathedralium ecclesiarum ad concilia prouincialia vocanda & admittenda.cap.vlt.de his quæ fiunt à prælato.

IIII. Regula: De religiosis populum non habentibus ad synodum non cogendis cauetur cap. nimis praua. xvij. & ibi glossa.de excessibus prælatorum.

V. Regula: De abbatibus ad synodum non cogendis cauetur distin xviij.ca.episcopus.item xviij.q.ij.ca.vlt.vers.non enim.Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi rationabilis causa subsit.d.vers.non enim.& d.c.episcopus.Altera exceptio est: Nisi abbas primus post alios episcopos resideat.l.ex ore:xvij.§.porrò in priuilegio.vers.quare tenetur.item §.fin. vers. propter quod. de priuilegiis. Tertia exceptio est: Nisi abbates populum habeant.cap.quod super.ix.& ibi glossa.de maioritate & obedientia. Quarta exceptio est: Nisi concilium sit abbatum ac religiosorum peculiare. cap.in singulis. vij.in princ.de statu monachorum.

VI. Regula: De hæreticis ad synodum non conuocandis cauetur xxiiij.q.iij.c.cum quibus.

VII. Regula: Imperatores synodis interesse non debent. distin.96.vbinam. Cuius regulæ exceptio est:Nisi vniuersalis sit synodus, in qua de fide agitur. d. cap. vbinam. vers.nisi forte & d.dist.96 cap.nos ad fidem.

VIII. Regula: Presbyteri,diacones,& omnes quotquot se laicos existimant,præsentes esse oportet.distinct.xviij.cap. propter ecclesiasticas. §.in ipsis autem.cap.ante penult. vers. ita vt ad concilium.

V. ANTECEDENTIA.

I. Regula: De inquirendis prius iis quæ correctione indigent, cauetur cap sicut olim. xxv.§. vt autem id valeat.de accusationibus.

II. Regula: Absque apostolicæ sedis authoritate synodum particularem vel concilium vniuersale congregare non licet.distinct.xvij.in prin.cum cc.sequentibus, vsque ad c.vlt. item

item iij.q.vj.c.dudum. Huius regulæ exceptio est: Nisi non ad generaliter aliquid definiendum, sed ad corrigendum & indicendum id quod est statutum, concilia celebrentur. dist. xviij.in prin.

III. Regula: Absque metropolitani & episcoporum authoritate & consensu nemini licet cõgregare synodum. dist. xviij.c.propter ecclesiasticas, in fine. & c.antepenult.

IIII. Regula: Ne quis ex vocatis ad synodum religiosorum plus quàm sex euectiones & octo personas secum adducat, cauetur c.in singulis. vij.in prin. vers. hoc adhibito. de statu monachorum.

VI. ADIVNCTA CONCILIORVM.

I. Regula: De præsidentibus synodi ordinandis cauetur d.c.vij.§.aduocent autem.

II. Regula: De ordine sessionũ cauetur per ea quæ proposita sunt s. lib. prox. c.viij.q.vj.reg.j.cum sequentibus.

III. Regula: De iuramento synodali cauetur xxxv.q.vj. cap.episcopus.

IIII. Regula: De inquisitis quæ correctione indigent, in concilio proponendis, cauetur c.sicut olim. xxv. §.vt autem.vers.& ea fideliter.de accusationibus.

V. Regula: De corrigendis excessibus, & maioribus reformandis, & quærelis diiudicandis in concilio cauetur d. c.xxv. in princ. vers.in quibus. & d.§.vt autem. vers.vt super his.item distin.xviij.cap.de conciliis.vers.in quibus.cap.propter ecclesiasticas, in princ. & cap. antepenult.in princ. item De statu monachor. cap. in singulis. vij. §. huiusmodi verò. Apostol.canon.xxxvj.

VI. Regula: De inquirenda culpa præsidentium priorum cauetur cap.ea quæ viij. §.sequentes. vers. idem etiam. d.tit.de statu monachor.

VII. Regula: De dissidentibus episcopis reconciliandis cauetur dist. 90.cap.dissidentes.

VIII. Regula: De visitatoribus eligendis, & horum officio cauetur d.c.in singulis vij.§.ordinentur etiam.

IX. Regula: De sequentis concilij vel capituli loco definiendo cauetur d.c.vij.§.prouiso.

X. Regula: De cauendo, ne ecclesiæ à laicis lædantur, cauetur d.cap.vij.§.fin.

XI. Regula: De vita communiter celebranda & communibus expensis cauetur d.c.vij.§.& qui conuenerint.

XII. Regula: De muneribus à subditis accipiendis vel offerendis cauetur distin.xviij.cap.quoniam.§.fin. & cap. de eulogiis.

XIII. Regula: De meditatione & sollicitudine episcoporum congregatorum circa mandata diuina cauetur d.cap. quoniam.§.dum autem.

VII. EVENTVS CONCILIORVM.

I.Regula: De contumacia vocatorum non venientium, vel non habentium singulis annis synodum coercenda. cauetur dist.xviij.c.non oportet.c.peruenit.c. quoniam. §.hunc ergo.c.episcopus.c. placuit.c. si quis autem.c. si quis episcopus.c.si quis episcoporum.

II. Regula: De statutis publicandis cauetur distinct. 18. cap.vltimo.

III. Regula: De die pascatis annunciando cauetur De consecrat.dist.iij.c.placuit vt postquam.

IIII. Regula: De statutis concilij. obseruandis cauetur c.in singulis. vij. §. & quod statutum. §. si vero. vers. cæteris irrefragabiliter.de statu monachor.item.c. sicut olim.xxv.§. vt autem.vers.& quæ statuerint.de accusationibus.

V. Regula: De pœna transgressorum cauetur d.c.25.§.fin.

VI. Regula: De iis quæ in synodo expediri nō possunt, ad Pontificem referendis, cauetur d.c.vij.§. si verò, item distin. xviij.c.de conciliis, in fine. Hæc de conciliis.

DE VISITATIONIBVS. CAP. XXIIII.

I. EX QVIBVS CAVSIS VIsitatio instituenda.

SI suspecta sit hæresis. c. excommunicamus. xiij.§ adiicimus.de hæreticis. Huius causæ aliarúmque similium exceptio generalis videtur: Nisi episcopi suffraganei non sint negligentes. Sed reprobatur.c.vlt.de censibus.in vj.

II. QVI VISITANDI.

I. Regula: Omnes visitandi. nulla præscriptione obstante. c.cum ex officij. xvj. §. nos igitur. vers. quemadmodum nec contra.de præscriptionibus.

II. Regula: Clericos & populum visitabit, maiores & minores.c.j.in prin.& §.deinde.de censibus, in vj.

III. Re

III. Regula: Prius propriam, deinde suffraganeorum diœceses visitare debet. d. c. j. in prin. & §. deinde.

III. A QVIBVS VISITANDVM?

Ab archiepiscopo visitandum. d. cap. j. in prin. & cap. vlt. in prin. eod. tit.

IIII. PER QVOS VISITANDVM?

Si ipse visitare non possit, per alium visitare licet. 10. quęst. j. cap. episcopum.

V. QVOTIES VISITANDVM?

I. Regula: Sæpius visitare potest. cap. j. §. postquam. & cap. vlt. de censibus, in vj. xviij. quæst. ij. c. visitandi. & cap. non semel, in prin.

II. Regula: Singulis annis visitandum. 10. quæst. j. cap. relata est. c. decreuimus. & cap. episcopum, in prin.

VI. ANTECEDENTIA visitationem.

De consilio suffraganeorum prius requirendo, & decreto in scriptis proponendo, cauetur c. j. §. postquam autem versi. prius tamen. de censib. in vj.

VII. ADIVNCTA ET OFFICIA visitatorum.

I. Regula: Curet visitator, vt reparentur oratoria. 10. q. j. cap. decreuimus. versi. & si qua fortè. cap. episcopum. versic. vt exquirat.

II. Regula: Corrigere ac reformare debet, quæ corrigenda ac reformanda reperiet. cap. in singulis. vij. §. ordinentur etiam. versi. corrigentes. cap. ea quæ. viij. in prin. de statu monachor. c. procurationes. xxiij. §. porrò. de censibus.

III. Regula: Visitator debet à clericis exquirere, qualiter baptisma, missam & cætera officia peragant: & si defectus inueniatur, ignaros instruere debet. 10. quæstio. j. cap. episcopum §. fin. & cap. placuit, in prin. item c. j. §. sanè huiusmodi. de censib.

IIII. Regula: Ordinare debet, vt catechumini ante viginti dies baptismi ad purgationem exorcismi veniant, in quibus discant Credo in Deum. d. cap. placuit. versic. & hoc modis omnibus.

V. Reg

V. Regula: Debet docere laicos, vt fugiant idololatriam & omnia mortalia crimina: & quod sibi nolunt fieri, ne aliis faciant: vt fidem rectam teneant. quo facto, ad alium locum pergere debet. d. cap. placuit §. postquam ergo. item De censibus cap. procurationes. xxiij. §. porrò. versi. prædicationi.

VI. Regula: Non debet quærere quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christ. d. §. porrò.

VII. Regula: Si rectorem loci inuenerit loco remouendum: proprio episcopo hoc denunciare debet, vt eum remoueat: quòd si eum non remouerit, Papæ, hoc referat. cap. in singulis. vij. §. ordinentur. versi. ita quod si. de statu monach.

VIII. Regula: Monachos delinquentes per abbatem loci corrigi faciat, eísque pœnitentiam iniungi. cap. ea. quæ viij. in prin. versi. ita tamen quod monachos. eod tit.

IX. Regula: Monachos contumaces ac rebelles regulari censura percellere debet absque personarum respectu. d. cap. viij. §. ipsi etiam visitatores.

X. Regula: Si commodè vel absque difficultate ad locum aliquem accedere nequit, clericos ac laicos eius loci ad alium congruum locum conuocare debet. cap. j. in prin. vers. & si commodè de censibus, in vj.

XI. Regula: Postquam ab vno diœcesi ad aliam transierit, ad priorem reuerti non debet, priusquam omnes alias diœceses visitauerit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur d. c. j §. ex quo tamen. & §. postquam.

XII. Regula: Diffamatos ordinariis denunciare debet, vt ipsi inquirant: notoria crimina ipse punier. d. cap. j. §. sanè huiusmodi. versi. quod si de aliquibus.

XIII. Regula: Culpam priorum visitatorum inquirere debet. c. ea quæ. viij. §. sequentes. de statu monachorum.

XIIII. Regula: Visitator potest confessiones subditorum audire, eósque absoluere, vel pœnitentiam eis iniungere. cap. vlt. §. fin. de censibus, in vj.

XV. Regula: Ne subditis interdicatur veritas in inquisitionibus indicanda, debet curare. cap. quia plerique. iiij. de officio ordinarij, in vj.

XVI. Regula: Episcopus visitans monasterium, non tenetur accipere monachos illius monastrij pro tabeilionibus: nec debet esse solus, sed duos vel tres clericos cum notario, qui etiam clericus sit, debet assumere, non sæculares introducere. cap. vt iuxta. xvij. de officio ordinarij. extrauagant.

commu

commun.j.de officio ordinarij.

XVII. Regula: Ne ipse vel suorum aliquis munus accipiat, cauetur cap.j.§.procurationes, vsque ad §.fiua. & cap. exigit.ij.de censibus, in vj.

XVIII. Regula: Ne sumptibus subditos grauet, cauetur Clement.ij.de censibus.10.quæst.iij.c.quia cognouimus. cap.cauendum.cap.inter cætera.§. cum verò.c.relatum.cap. vlt.xviij.quæst.ij.cap.visitandi, in fine. Vide item s.lib.proxi. cap.viij.quæst.viij.reg.viij.item j.lib.proxi.c.j.reg.iiij.Pœna, si iniquis sumptibus ecclesias grauauerit, proponitur cap. procurationes.xxiij.§.fin.de censibus.

XIX. Regula: Ne vltra vnum diem in vna basilica moretur, cauetur 10. q.iij.c. inter cætera. vers.aut amplius.

XX. Regula: De numero personarum & equorum, quibus visitantes vti debent in visitationibus, cauetur cap.cum apostolus.vj. in prin.& §.fin. item cap. procurationes. xxiij. in prin.versic.& tunc euectionum. de censibus. cap.cum ad quorundam.vij.de excessib.prælatorum.

XXI. Regula: Ne sumptuosas epulas quęrant, sed oblatis sint contenti. cauetur d.cap.cum apostolus.6.in prin.vers. nec sumptuosas. Clement.ad nostrum.ij.eod.tit.de censibus. 10.quæst.iij.cap.illud, in fine.& c.vlt.§.fin.

XXII. Regula: Non patiatur à quoquam præsumi de rebus ecclesiæ, nisi cui fuerit iniuncta visitatio.distinctione lxj.c.vltimo.

XXIII. Regula: Ne venationibus indulgeat visitator, cauetur d.c.cum apostolus.vj. in prin.versi.nec cum canibus.

XXIIII. Regula: In proprio gradu visitatores suscipiantur, & inuitentur ad verbum faciendum, & oblationem consecrandam.vij.q.j.cap.episcopi vel præsbyteri.

XXV. Regula: De stipendio visitatorum cauetur. xij. quæst.ij.cap.charitatem.§.fin.

XXVI. Regula: De procurationibus, seu sumptibus præstandis visitatori, eiúsque familiæ, cauetur cap.cum nuper.xxv.de censibus.cap.si episcopus.vj. de officio ordinarij, in vj.cap.j.§.deinde, in fine.de censib.in vj.Clement.j.eod.tit. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non sit manifesta & necessaria causa visitationis per alium institutæ. Quæ exceptio videtur approbari cap.procurationes.xxiij.in prin.d.tit. de censibus. Altera exceptio est: Nisi non visitet episcopus: tunc enim procurationes exigere non potest.c.exigit.ij.vers.

siue:

siue visitationis officio.de censib.in vj.& d.c.vj.§.fi.

XXVII. Regula: Omnes ecclesiæ & monasteria eius prouinciæ quæ visitatur, ad procurationes visitatorum conferre tenentur.cap. sopitæ. xiiij. de censibus. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi aliquæ ecclesiæ nunquam vel multis annis procurationes soluerint. Sed reprobatur cap. cum ex officij.xxj.de prescriptionibus.cap.venerabili.xxiiij. de censibus. Altera exceptio videtur: Nisi ecclesiç sint de nouo conuersæ. Sed & hæc exceptio reprobatur cap.super eo. xxij.d.tit.de censibus. Tertia exceptio videtur: Nisi ecclesia sita sit in propria diœcesi visitantis. Sed reprobatur d.cap. xxiiij.versic.quod eorum monasterium. & ibi glossa. Quarta exceptio est: Nisi priuata sint oratoria.ca. vlt. de censibus. Quinta exceptio est: Nisi à procurationibus præstãdis nonnullæ ecclesiæ immunitatem fuerint consecutæ. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, Clement.j. versic.nisi forsan. de censibus: verùm eius replicatio prima est: Nisi generalis sit immunitas, non à procurationibus specialit.cap.cum venerabilis. xxj. de censibus.. Altera replicatio est: Nisi ecclesia post impetratam immunitatem fuerit adquisita. Clement.j.§.fin.eod.tit.

XXVIII. Regula: Ne procuratio in pecunia, sed in speciebus seu victualibus exigatur, cauetur cap.j.§.procurationes.c.exigit.ij.de censib.in vj. Huius exceptio est: Nisi volens pecuniam offerat. Quæ exceptio approbatur iure nouo.cap. fœlicis.iij.eod.tit.

XXIX. Regula: Singulis diebus non nisi vnam procurationem accipere debet, licet plura loca visitauerit.d.cap. fœlicis.iij.§.adiicientes.

XXX. Regula, De quantitate procurationis: taxatur, & pœna transgressori imponitur extrauag. commun. j. de censibus.

XXXI. Regula: De visitandis monialibus specialiter cauetur. Clement. attendentes.ij. de statu monachorum. Hæc de actibus ecclesiasticis sint dicta.

LIBRI QVARTI FINIS.

METHODI IVRIS PONTIFICII LIBER V.

DE RELIQVO IVRE PONTIFICIO.



HACTENVS quæ de iure & legibus, de magistratibus, de iudiciis tam publicis quàm priuatis, nec non de personis, rebus & actibus ecclesiasticis, quibus causas matrimoniales subiecimus, in iure pontificio habentur, exposita & in ordinem redacta sunt. Præter ista verò alia nonnulla in eodem iure continentur, ad ius publicum & priuatum personarum, rerum & actionum pertinentia, quæ in hoc libro exponemus, ordine Methodi iuris ciuilis seruato.

DE IVRE PVBLICO.

CAP. I.

QVANQVAM pleraque ex iis quæ hucusque quatuor libris exposita sunt, ad ius publicum pertinent: tamen præter ea, nonnulla alia de publico iure restant, de quibus in hoc capite dicetur.

I. Regula: Mulcta alicui indicta iure ciuili pertinet ad fiscum.l.v.C.de modo mulctarum. Secùs tamen obseruatur iure pontificio, per ea quæ habentur s̄. libr.j.cap.vij. quæst. j.reg. iiij.

II. Regula: Non potest episcopus nouum vectigal imponere monasterio.c.sciētes.iij.& c.innouamus.10.de censibus.

III. Regula: Non debetur census, cuius causa ignoratur cap.peruenit..v.eod.tit.

IIII. Regula: Ne ratione census vel alterius exactionis plus debito exigatur, cauetur cap.ea quæ de.xij.d.tit.& cap. quia plerique.viij.de immunitate eccles. Concordat M.I.C. lib.iij.cap.xiiij.quæst.vj.reg.iij. Plura de censu persoluendo vide j̄.cap.iiij.

V. Regula: Pædagia & vectigalia noua sine consensu principis imponere non licet. cap. innouamus. 10. de censibus. Concordat

Concordat M.I.C. lib.iij.cap.xv.quæst.ij.

VI. Regula, De re militari. Militare pecatum non est, per ea quæ proposita sunt s̄.lib proxi.c.vj.q vij.reg.viij.

VII. Regula: Quibus diebus à bellicis actibus feriandum, definitur c.j.de treuga & pace. Huius regulæ exceptio est: Nisi necessitas vrgeat. xxiij.q.viij.c.si nulla.

VIII. Regula: Quæ tempore belli securitate gaudeant, definitur c.vlt.de treuga & pace.

IX. Regula: De arte balistariorum & sagittariorum aduersus Christianos non exercenda cauetur. cap. vnico. de sagittariis.

X. Regula: De torneamentis non exercendis cauetur c.j. in prin.de torneamentis. Mutatur ac tollitur hæc regula extrauag.Ioann.xxij.vnica eod tit.

XI. Regula: Conuenticula prohibentur De consæcrat. dist. iij.c. ne quis ieiunet. vers. & ad alienas. Concordat M.I.C.vib.iij.cap.xxviij.in prin.

XII. Regula: Collegium constituere sine authoritate superioris non licet.cap. dilecta. xiiij. de excessib. prælator Concordat.l.i j.§.j.ff.de collegiis.

XIII. Regula: Collegium siue corpus debet habere syndicum.c.vnico, de syndico. Vide item s̄. lib.iij.c.j.reg. xiij.

XIIII. Regula: Quod vniuersitati debetur, nō debetur singulis ex vniuersitate.ca. cum clerici.xix.de verb. signific. Vide M.I.C.libro iij.cap.28. quæst.iij.reg.iij.

DE STVDIIS ARTIVM liberalium.

XV. Regula: De magistris & doctoribus artium liberalium vbique constituendis cauetur distinctione.xxxvij.c.de quibusdam.

XVI. Regula: De mercede ac salario magistris ac doctoribus artium liberalium decernendo cauetur ca.j.c.quia nonnullis. iiij. & c.vlt.§.fin.de magistris. Concordat M.I.C. lib.iij. cap. xxviij.de aliis personarum speciebus, q.j.reg.iiij.

XVII. Regula: Ne pro licentia docendi aliquid accipiatur, cauetur d.c.j.§.pro licentia.& c.prohibeas.ij.c. quanto.iij.eod.tit.Excipitur certa quantitas: de qua j̄.reg.xx.

XVIII. Regula: Vt gratis doceant magistri, cauetur d. §. pro licentia.

XIX. Regula: Ne alicui volenti docere facultas negetur.d.§. pro licentia.

XX. Re-

XX. Regula: De iuramento ab eo qui ad doctoratus vel magisterij honorem promouetur, circa expensas præstando cauetur Clement. cum sit nimis. ij. de magistris.

XXI. Regula: Præceptores artium liberalium causas suas agere & defendere in iudicio prohibendi non sunt. ca. cum deputati xvj. de iudiciis.

XXII Regula: De professoribus linguarum Hebraicæ, Arabicæ & Chaldaicæ instituendis cauetur Clement. j. de magistris.

XXIII. Regula: Medici ante omnia infirmum ad confessionem inducere debent, nec quidquam illi suadere, quod ad periculum animarum tendat. cap. cum infirmitas. xiij. de pœnitentiis.

XXIIII. Regula: De Theologiæ studiosis ad scholas transmittendis cauetur cap. vlt. de magistris.

XXV. Regula: Poetæ non legendi. distin. 37. c. ideo prohibetur, in princ. Hæc de studiis artium liberalium: de quibus vide item M. I. C. lib. iij. cap. xxviij.

DE IVRE CIVITATVM.

XXVI. Regula: Refertur ad vniuersos quod publicè fit per maiorem partem. l. 160. §. j. ff. de regulis iuris. Contradicere videtur j. q. vij c. quoties à populis.

XXVII. Regula: De ornatu ciuium & fuco mulierum cauetur De consecrat. dist. v. c. fucare. Vide item M. I. C. lib. iij. cap. 31. de reliquis reb. ciuitatum, reg. vij.

XXVIII. Regula: Ne in templis vel cœmeteriis nundinæ celebrentur, cauetur c. decet. ij. §. cessent in ecclesiis. de immunit. ecclesiar. in vj.

XXIX. Regula: Ne consultationes vel concilia ciuium fiant in templis, cauetur d. c. ij. §. cessent in locis.

XXX. Regula: Ne die solenni, prætermisso ecclesiæ conuentu, ad spectacula eatur, cauetur De consecrat. distin. j. cap. qui die solenni.

XXXI. Regula: A muneribus & collectis cæcus immunis est. c licet multum. iiij. de censib. Concordat in personalibus munerib. l. j. c. qui morbo se excusaut.

XXXII. Regula: Plures aliæ sunt excusationum causæ, quibus quis à muneribus excusatur, quas enumerauit M. I. C. lib. iij. c. 37. Quarum exceptio generalis est: Nisi ad munera nominatus non appellauit. Quæ exceptio approbatur d. lib. iij. c. 38. except. iij. Cuius replicatio prima est: Nisi

non solenniter ad munera sit nominatus.ij. q. vj.c.ei qui appellat. §. est autem. & l. xxvij. C. de appellationibus. Altera replicatio est: Nisi minor viginti quinque annis ad munera nominatus non appellauit.d.c.ei.qui appellat. §. item si propter.& l.viij.C.quando prouocare non est.Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C.d.cap.38. Hæc de iure publico.

DE IVRE PERSONArum. Cap. II.

INTER iura personarum primum locum obtinet ius inter maritum & vxorem. Sed de eo actum s.lib.prox.ca.xj. cum sequentibus. Ideóque eo hîc omisso, quid de reliquo personarum iure canonibus cautum sit, in hoc capite exponemus.¶ Diuisio autem personarum in clericos & laicos habetur xij.quæst.j.cap.duo sunt.

DE IVRE INTER PARENtes & liberos.

I. Regula: Liberi parentibus reuerentiam & obsequium debent.33.q. v.cap.est ordo. Cuius exceptio videtur in cultu diuino. Sed reprobatur distinct.30.c.j. Plura de regula proposita vide M.I.C.lib.iiij.cap.xxj.quæst.v.reg.ij.

II. Regula: Pater filium castigare debet, quod est charitatis.23.quæst.v.cap.non putes.

III. Regula: Pater filios alere debet.dist.30.c.si quis reliquerit.Huius regulæ exceptio est: Nisi ex iniusto matrimonio sint nati. Quæ exceptio approbatur M. I. C.d. quæst. v. reg.x.except.v. Sed contradicit c. cum haberet.v.§.fin.in fine. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Plures huiusmodi exceptiones, pluráque de regula proposita vide d. reg.x.

IIII. Regula: Si alter coniunx ad fidem Christianam redeat, altero in hæresi manente: apud conuersum filij alendi & educandi sunt.cap.ij.de conuersione infidelium.

V. Regula: Mater ipsa infantem nutrire, non alij nutriendum tradere debet.distinct.v.c.ad eius.§.praua autem.

DE NATVRALIBVS LIBERIS.

VI. Regula: Naturales liberi dicuntur, qui non ex iustis nuptiis sunt procreati.32.q.iiij.c.vlt.§.naturales. Concordat M. I. C.lib.iiij.c.xxiiij.quæst.ij.reg.j.Cuius regulæ exceptio prima

prima est: Nisi publicè in facie ecclesiæ sine contradictione matrimonium sit contractum. c. cum inter. ij. cap. peruenit. xj. & cap. ex tenore xiiij. qui filij sint legitimi. De qua tamen exceptione vide item S. lib. prox. cap. xij. quæst. vj. reg. x. in fine. & M.I.C. lib. iij. cap. viij. reg. vij. excom. ij. & cap. xj. reg. xviij. except. j. Cuius replicatio est: Nisi vterque parens vitium matrimonij sciuerit. c. vlt. §. si quis verò. de clandestina desponsat. Altera exceptio est: Nisi parentes infideles, qui iniustas nuptias contraxerunt, postea ad fidem sint conuersi. cap. vlt. qui filij sint legitimi. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C. d. cap. xxiiij. in fine.

VII. Regula: Naturalis filius per subsequens matrimonium legitimatur. cap. j. qui filij sint legitimi. Cuius exceptio est: Nisi filius sit adulterinus. cap. tanta est. vj. eod. tit. Plura de regula proposita eiúsque exceptionib. vide M.I.C. d. cap. xxiiij. quæst. iij. causa ij.

VIII. Regula: Naturalis legitimatur per rescriptum Papæ. c. per venerabilem. xiij. qui filij. sint legitimi. Cuius exceptio est: Nisi filius sit adulterinus. d. c. xiij. §. fin. Plures exceptiones colligi possunt ex d. c. xiij. itẽ M. I. C. d. q. iij. causa iij.

IX. Regula: De probatione, si quæratur vtrum naturalis, an legitimus sit filius? cauetur cap. per tuas. xij. d. tit.

X. Regula: Naturales æquè ac legitimi honesti esse possunt. 32. q. iiij. c. sicut satius. §. vndecunque.

XI. Regula: Naturales liberi matris, non patris conditionem sequuntur. 32. quæst. iiij. c. vltim. Vide item J. reg. xix. & M.I.C. lib. iiij. c. xxiiij. quæst. iiij. reg. vij. item lib. vj. cap. iij. causa j. except. j.

XII. Regula: Actio qua quæritur vtrum quis legitimè natus sit? apud ecclesiasticum iudicem competit, non ciuilem, quamuis incidenter proponatur. c. lator. v. & c. causam. vij. qui filij sint legitimi.

XIII. Regula: Hæretici liberos suos in potestate sua non habent. Ideóque emancipatio ab iis facta nihil operatur. cap. quicunque. ij. §. fin. de hæreticis, in vj.

XIIII. Regula: Episcopalis dignitas filium à patris potestate liberat. dist. 54. c. si seruus sciente. §. sed & ius patriæ.

XV. Regula: Si pater filium languidum exposuit, vel alimenta ei denegauit: per hoc patriam potestatem amittit. c. vnico, de infantib. & languidis expositis. Contradicit l. xvj. C. de nuptiis. Hæc de iure inter parentes & liberos: de quo

vide plura M.I.C.lib.iiij.cap.xxj.& deinceps.

DE TVTELLA ET CVRA.

XVI. Regula: A tutella & cura excusantur clerici & monachi.distin 88 c.vlt.xvj.q.j.c.generaliter.xxj.q.iij.c. Cyprianus l.40.C.de episcopis & clericis.

XVII. Regula: Pubertate pupilli finitur tutela, per ea quæ habentur M.I C. lib.v.cap.viij.causa j. Cuius definitio habetur ibidem. Cui tamen contradicit cap. puberes. iij.de desponsat.impub.

XVIII. Regula: Tutor tenetur defendere pupillum,& iudicium nomine eius suscipere, per ea quæ habentur M.I. C.lib.v.cap.xj quæst iij.reg.j.in prin. Cuius exceptio est:Nisi tutor esse desierit c.ex parte.67.de appellationibus.Plura de exceptione proposita vide d.reg.j. except.j. Sed & plures exceptiones vide d.reg.j.

DE IVRE SERVORVM.

XIX. Regula:Natus ex serua seruus nascitur,per ea quæ habentur M.I.C.lib.vj.cap. iij.in prin. Cuius exceptio prima videtur: Nisi ex parte libero conceptus sit. Sed reprobatur 32.q.iiij.c.vlt. Concordat d.c.iij.causa j.except.j. Admittitur tamen exceptio hæc, si consuetudine aliud sit receptum.ca. licet.iij.de cōiugio seruorum. Altera exceptio est:Nisi postquam mater ex seruitute ad libertatem peruenit, natus est c.vnico,de natis ex libero ventre. Concordat M.I.C.d.causa j.except.v. Tertia exceptio est:Nisi ex seruo patre,matre libera sit natus.d.c.vnico,& c. vlt.de seruis non ordinandis.& ibi glossa. Plures exceptiones vide d.causa j.

XX. Regula: Si liber homo per plures annos pro seruo habitus sit: ob id tamen seruus non efficitur.xvj.q.iij.c.placuit.§.penult.Concordat M. I. C.d.cap.iij.causa ix.

XXI. Regula: Si infans expositus tollatur & educetur. seruus educantis efficitur. Quæ regula videtur approbari distin.87.c.vltim. Sed contradicit c.vnicum.§.fin.de infantibus expositis. Sed & contradicit M.I.C.d.c.iij.causa xiiij.

XXII. Regula:Si dominus seruum ægrum dereliquerit vel alimenta ei denegauerit:dominiū eius amittit & seruus libertatem acquirit. c. vnico, de infantibus& languidis expositis. Concordat M.I.C.lib vj.cap.iiij.causa xvij.

XXIII. Regula: Si seruus Iudæi Christianus fieri desideret,per hoc liber efficitur.distin. 54.c.nulla. §.fin.cum c. sequentib.

sequentibus,vsque ad cap.si seruus absente.

XXIIII. Regula:Si seruus episcopus sit factus,per hoc liber efficitur.distinct.54.cap.si seruus sciente.§.episcopalis.

XXV. Regula : Si seruus sciente domino & non contradicente clericus sit factus,liber efficitur, per ea quæ proposita sunt s.libro iij.capite iiij quæst.ij.reg.vij.except.j.

XXVI. Regula:Manumissione quoque seruus liber efficitur,per ea quæ habentur M I.C.lib.vj.c.v.quæst iij. in prin. Cuius exceptio prima est : Nisi quis non suum, sed alienum seruum manumiserit.Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur M. I.C.libro vj.cap. vj. except. xj.in princ. Cuius replicatio prima est: Nisi prælatus ecclesiæ seruum ecclesiæ manumiserit.xij.q. ij. cap si quos,in princ. cap. cum redemptor. Huius duplicatio prima hæc est : Nisi episcopus nihil de suo ecclesiæ contulerit.d.q.ij.c.etsi illi:item cap. episcopi qui nihil. iiij. de rebus ecclesiæ alienandis. Altera duplicatio est.Nisi abbas monasterij seruum manumiserit. dist.54.c. abbati vel monacho.Altera propositę exceptionis replicatio est : Nisi sacerdos,qui ecclesiæ aliquid relinquit,vel prædia ei adquisiuit,seruos ecclesiæ iuxta rei collatæ modū ,quem canones decreuerunt,manumiserit.c.consensus.iij. de rebus ecclesię alienandis.Tertia replicatio videtur:Nisi abbas seruum monacho donatum manumiserit. Sed reprobatur xvij. q.iiij.c.in venditionibus.§.j.Hæc de prima exceptione.Altera propositæ regulæ exceptio est : Nisi non vindicta sit facta manumissio. Cuius replicatio est : Nisi in ecclesia sit facta manumissio, vel ecclesiæ per testamentum seruus commendatus.dist.87.c.eos qui.§.in ecclesia. Concordat M. I. C.lib. vj.c.vij.except.43.repl.j. Plures replicationes vide d. except, xliij. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I. C. d.cap. v.cum quatuor cap.sequentibus.

XXVII. Regula : Seruus ecclesiæ manumittendus tēpore manumissionis cauere debet,se de familia esse ecclesię, & ab eius obsequio se non recessurum, eámque cautionem renouare tenetur.xij.q.ij.c.de libertis.§.fin.cum c.sequente.

XXVIII. Regula:Manumisso regulariter debetur peculium, per ea quæ habentur M. I. C.lib.vj.cap.x.quæst.xiij. reg. vj.in prin. Cuius exceptio : Nisi cum manumitteretur, peculium illi nominatim fuerit ademptum.distinct. 54.cap. de rebus,in prin. Concordat d.reg.vj.except.j. Plures exceptiones vide d. reg. vj.

XXIX. Regula: Si cum seruus certo modo manumissus esset, & nisi modum obseruaret, in seruitutem rediret: modum istum non obseruauerit, hoc enim casu in seruitutem manumissus repeti potest, exemplo cap. ij. de conditionibus adpositis.

XXX. Regula: Si manumissus debitas operas non præstet, in seruitutem repeti potest. xij. q.ij.c.diaconi. §. fin. & c. nullus.iiij.de seruis non ordinandis.

XXXI. Regula: Si seruus ecclesiæ manumissus eam accusauerit, vel contra eam testimonium perhibuerit: in seruitutem repeti potest. d. quæst.ij. cap. episcopus.§. huiusmodi autem. & c. de famulis.iij.§.quibus sicut.de seruis non ordinandis.

XXXII. Regula: Si libertus ecclesiæ à patrocinio eius recesserit, vel illud non recognouerit: in seruitutem repeti potest.d.quæst.ij.cap.insolitum.§.si verò libertus, cum cc.sequentibus, vsque ad cap. de libertis. §. ab aliis. & cap. longinquitate.

XXXIII. Regula: Marito in seruitutem redacto, nihilo minus vxor manet libera. xxix. quæst. ij. cap. cuius rei.§.fin. cum cap.sequente.

DE IVRE PATRONATVS.

XXXIIII. Regula: Si libertus clericus fit factus vel monachus, ius patronatus in eo amittitur. dist. liiij. cap.qui ex famulis.§.fin.cum c.sequente.

XXXV. Regula: Si libertus ita manumissus sit, vt etiam iuspatronatus ei remittatur: ius patronatus in eo vindicari non potest. Quæ regula approbatur simul & distinguitur xij. q.ij.c.si quos.§.fin.cum c.sequente.

XXXVI. Regula: Ab vniuersitate manumissus vniuersitatis, non singulorum est libertus. d.q.ij.cap.episcopus.§.si verò à collegio.

XXXVII. Regula: Liberti à patrono ecclesiæ commendati, ecclesiæ fiunt liberti.d.q.ij.c.de libertis.§.ab aliis.

XXXVIII. Regula: In liberos liberti ius patronatus non competit, per ea quæ habentur M. I. C.lib.vj.c.xv.quæst. v.reg.j.Cuius exceptio est: Nisi ecclesiæ sint liberti: hæc enim in liberos liberti ius patronatus habet. cap. consensus. iij.§. fin.de reb.ecclesiæ alienandis. xij.q.ij.cap.de libertis, in prin. vers. quàm ab eis progeniti. & cap. liberti ecclesiæ. vers. nec posteritas quidem.

XXXIX.

XXXIX. Regula: Si patronus liberto non præstiterit alimenta, ius patronatus amittit. c. vnico, de infantibus expositis. Concordat M. I. C. lib. vj. c. xvj. q. j. causa vij.

XL. Regula: Si patronus libertum infantem vel languidum exposuit, vel ab alio expositum ratum habuit, ius patronatus amittit. d. c. vnico.

XLI. Regula: Si princeps libertum ingenuum fecit, ius patronatus in eo cessat. xij. q. ij. cap. episcopus. §. si verò ingenuum. Concordat M. I. C. d. q. j. causa xv.

XLII. Regula: Libertis ecclesiarum interdicitur alienationib. c. de famulis. iij. §. quidquid. de seruis nō ordinandis.

XLIII. Regula: Ecclesia iure patronatus in omnia liberti bona succedit. d. §. quidquid. Concordat M. I. C. lib. vj. cap. xxj. quæst. iiij. reg. j. vbi vide propositæ regulæ aliquot exceptiones.

XLIIII. Regula, De adscriptitio. Huic agrum cui adscriptus est, deserere non licet. c. indicatum. iij. de immunitate eccles. Hæc de iure personarum: de quo tamen vide plura M. I. C. lib. iiij. cum duobus libris sequentibus.

DE RERVM IVRE.
Cap. III.

DE DOMINIO.

PRIMA regula: Si quid capitur ex hostibus, eius dominium capienti adquiritur, per ea quæ habentur M. I. C. lib. vij. cap. j. causa vj. Cuius exceptio est: Nisi bellum sit iniustum. cap. sicut. xxix. in princ. de iureiurando. Plures exceptiones vide d. causa vj.

II. Regula: Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. c. j. de reg. iuris. Concordat M. I. C. lib. vij. c. iiij. in prin. & lib. xxiij. c. v. q. iij. in prin.

III. Regula: Rei vendicatio non nisi aduersus rei possessorem competit, per ea quæ habentur M. I. C. lib. vij. cap. v. except. xiij. in princ. Cuius exceptio est: Nisi dolo desierit possidere; hic enim pro possessore habetur. c. pro possessore. xxxvj. de reg. iuris. Concordat d. except. xiij. repl. j.

IIII. Regula: In rei vendicatione succumbit actor non probans causam ex qua petiit, licet post actionem in iudicium deductam ex alia causa dominium sit nactus c. abbate. iij. de re iudicata, in vj.

V. Regula: Rei vendicatio ibi, vbi res est de qua contenditur, competit. ca. sanè si. iij. de foro competenti. Concordat M. I. C. lib. vij. cap. v. quæst. iiij.

VI. Regula: Rei vendicatione instituta, regulariter quidem ipsa res venit in condemnationem. Cuius exceptio est: Nisi res sit consecrata: tunc enim æstimatio eius venit præstanda xiiij. q vj. c j. §. fin cum c. sequente Comperimus.

VII. Regula: In rei vendicatione actor rem quam petit, tenetur specificare ac designare. c. significantibus. ij. de libelli oblatione. Concordat M. I. C. libro vij. cap. v. quæst. vj. reg. v.

VIII. Regula: In rei vendicatione actor reo sumptus, quos in rem bona fide fecit, tenetur restituere, per ea quæ habentur M. I. C. d. quæst. vj. reg. vij. A qua regula excipitur precium, quo rem comparauit. xvj. q. iij. c. penult. §. vniuersas. l. ij. C. ne rei dominicæ vel templorum. Concordat M. I. C. d. reg. vij. except. j.

IX. Regula: Rei vendicatio longi temporis præscriptione eliditur. cap. cum olim. xviij. de præscriptionibus. xvj. q. iij. cap. placuit vt quicunque. §. præscriptionem. Concordat M. I. C. lib. vij. cap. viij. q. iij. effectu j.

X. Regula: Præscriptionis istius duplex est ratio, Odium petentis, & fauor possidentis. d. §. præscriptionum. & d. cap. placuit. §. hæ præscriptiones.

XI. Regula: Vsucapione quoque rerum dominia adquiruntur, per ea quæ habentur M. I. C. lib. vij. ca. j. in prin. & q. iij. effectu j. & ij. Cuius exceptio prima est: Nisi sciens rem alienam possederit: hic enim rem non vsucapit, per ea quæ habentur d. lib. vij. cap. ix. except. xj. in princ. Cuius replicatio prima est: Nisi ab initio possessionis ignorauerit rem esse alienam. d. c. placuit vt. §. si autem nullò titulo. Concordat d. except. xj. repl. viij. Contradicit xxxiiij. q. j. ca. si virgo. vers. sicut in iure. & cap. vlt. de præscript. Altera replicatio est: Nisi triginta annorum præscriptio obiiciatur: hæc enim malæ fidei possessorem tuetur. d. c placuit vt. §. quod si mala. Contradicit tamen c. vigilanti. v. c. si diligenti. xvij. §. si verò dicatur. & c. vlt. de præscriptionibus. c. possessor. ij. de reg. iuris, in vj. Hæc de prima exceptione: cuius tamen plures replicationes vide M. I. C. d. except. xj. Altera exceptio est: Nisi res ecclesiæ possideatur: hæc enim vsucapi non potest. xvj. q. iij. cap. licet. cap. placuit vt. §. potest etiam. Concordat. M. I. C.

lib. vij.

lib.vij.cap.x.except.xv. Tertia exceptio est: Nisi res fisci vel Imperatoris possideatur.xvj.q.iij.c.penult.§.vniuersas.l.ij.C. ne rei dominicæ vel templor. Concordat item d.cap. iij. except.xvj.Quarta exceptio est: Nisi causa falsa vel nulla possessionis fuerit. cap j.de præscriptionib.in vj.cap.j.de reg. iuris,in vj.Concordat M.I C d.lib.vij.cap.xj.except.xxviij.Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ius commune, vel præsumptio sit pro possidente. d.c.j.de præscript. in vj.Altera replicatio est: Nisi tempus sit triginta annorum quo possedit, vel immemoriale. d.cap.j.in fine. & d. cap. placuit vt. §.si autem nullo titulo. Plures replicationes vide M. I. C. d.except.xxviij.Quinta exceptio est: Nisi non suo.sed alieno nomine possederit. c.si diligenti.xvij in prin.de præscriptionib. Sexta exceptio est: Nisi res non sit possessa.ca.sine possessione.iij.de præscript.in vj. & l. xxv ff.de vsucap. Septima exceptio est: Nisi dominus medio tempore agere non potuerit propter possessoris absentiam, infantiam, vel aliam iustam causam. De qua re vide M. I. C. lib. xv. cap. xiij. except. viij. Octaua exceptio est: Nisi non per legitimum tempus possederit. Quæ exceptio approbatur M.I.C.lib.vij.ca.xij.except. xxxiiij.in prin.Cuius replicatio est:Nisi accessione vtatur sui authoris.xvj.q.iij c.placuit vt §.quod si ab eo.Concordat M. I. C. d.except.xxxiiij. replic.ij. Huius duplicatio est: Nisi ab eo causam possidendi non habeat possessor, vel ipse malafide possideat.d.c.placuit vt §.quod si mala.vers.nec sibi proderit. Concordat M. I. C.d.repl.ij.dupl.iiij.Plures duplicationes vide d.repl.ij.Sed & plures propositæ exceptionis replicationes vide M.I.C.d.except.xxxiiij. Nona exceptio est: Nisi possessio fuerit interrupta, & res medio tempore non possessa. d.c. placuit vt §. hæc de præscriptionibus decennij. Concordat. M. I. C. d.ca. xij.except.42. Huius replicatio est: Nisi à tempore possessionis recuperatæ triginta anni excesserint.d. §. hæc de præscriptionib. vers.quod si per. Plures replicationes vide d.except.42.Decima exceptio est: Nisi possessor medio tempore vel post impletam vsucapionem priuilegium contrarium vsucapioni petierit. cap. veniens. xix. de præscript. Vndecima exceptio est:Nisi is qui rem vsucepit, postea eam rem possidere desierit: hoc enim casu ad eam recuperandam rei vendicationem non habet. Sed reprobatur l.viij. in prin.C.de præscript. xxx.vel xxxx. annorum. Admittitur tamen hæc exceptio, primùm quidem, si mala fide qui præ-

ſcripſit poſſederit.d.ca.placuit vt.§.quod ſi mala.verſ.ſi verò aliquo.& d.l. viij.§.quod ſi quis. Deinde admittitur, ſi prior dominus rem receperit. Aduerſus hunc enim etiam bonæ fidei poſſeſſori vindiactio denegatur.d.§.quod ſi mala.verſ. ſi autem res.Planè harum diſtinctionum replicatio generalis hæc eſt: Niſi alius per vim poſſeſſionem nactus ſit:hoc enim caſu etiam malæ fidei poſſeſſori, qui rem præſcripſit, actio deneganda non eſt.d.§.quod ſi mala. verſ.quod ſi violenter. & d.l. viij. §. ſed hæc ſuper illis. Plura de exceptione propoſita vide M.I.C.d.cap.xij.except. liiij. Duodecima exceptio eſt in rebus non poſſeſſis,vel non præſcriptis.Quæ exceptio approbatur exemplo c.cum olim.xviij.in fine.de præſcriptionibus.Hæc de dominio.de quo vide plura M.I.C.li.7.

DE POSSESSIONE.

XII. Regula:Adquiritur poſſeſſio ex conſuetudine loci, qua modicum terræ loco rei tradendæ datur, vel in extremitate pallij manu apprehendentis ſuſtinetur.c. ex literis.ij. de conſuetudine.

XIII. Regula: Per ſolutionem penſionis res, pro qua penſio ſoluitur,tradita cenſetur.c.cum veniſſe ix.de reſtitutione ſpoliator.

XIIII. Regula: Si vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt, datur eo nomine actio de qua M.I.C.lib.vij.cap. Cuius exceptio prima hæc eſt: Niſi cum ob latitantem debitorem creditor in poſſeſſionem bonorum eius miſſus eſſet, debitor cautionem offerat iudicio ſiſti & iudicatum ſolui. cap. j. de dolo & contumacia.Altera exceptio videtur: Niſi miſſo tale crimen obiiciatur, quo probato poſſeſſione eſſet priuandus. Sed hæc exceptio reprobarur. cap. aecedens. xxiij.de accuſationibus.

XV. Regula:interdicto Vti poſſidetis vtroque probante, obtinet is qui antiquiorem poſſeſſionem probat titulo maximè iuſtificatam, vel meliores probationes reſpectu poſſeſſionis adduxit.c.licet cauſam.ix,de probationibus.

XVI. Regula:interdicto Vnde vi agitur ad poſſeſſionem vi occupatam reſtituendam, per ea quæ propoſita ſunt M.I.C.lib.vij.cap.xxiij.quæſt.ij.& q.iiij. in prin. Cuius exceptio prima hæc videtur:Niſi quis ſuam rem vel ſibi debitam vi occupauerit. Quæ tamen reprobatur cap. ſuper ſpoliatione.iiij.de ordine cognition.Concordat M. I.C. cap.xxiij. q.viij.reg.ix. Planè admittitur, ſi actor in eam exceptionem

conſenſerit

consenserit, ita, vt si reus eam probasset, ei cederet. ca. j. de restitut. spoliat. Altera exceptio est: Nisi reus ab actore prior fuerit deiectus, ísque vim vi repulerit. d. cap. iiij. Concordant ea quæ habentur M.I.C. d. quæst. iiij. except. xij. vbi de ea vide plura. Tertia exceptio est: Nisi actor antea clam possessionem reo absente occupasset. cap. olim causam. xij. de restitutione spoliatorũ. Quarta exceptio videtur: Nisi deiectus vitiosè possessionem fuerat nactus. Sed reprobatur cap. in literis. v. d. tit. Planè admittitur exceptio proposita, si præsumptio iuris sit contra actorem improprietatis, quod actor iniustè, reus iustè possederit. cap. vlt. eod. tit. in vj. Quinta exceptio videtur: Nisi proprietatis causa in iudicium deducta sit. Sed reprobatur cap. pastoralis. v. de causa possessionis & proprietatis. l. xvij. §. fin. ff. de vi & vi armata. Planè admittitur exceptio proposita, si in causa proprietatis conclusum sit. d. cap. Quæ tamen distinctio recipit replicationem hanc: Nisi iusta subsit causa. d. cap. v. versic. nisi iudex qui de causa. Sexta exceptio est: Nisi actor antea non possederit. cap. olim. xvij. de restitut. spoliat. Septima exceptio est: Nisi actor antea rem, de cuius possessione se deiectum dicit spontè resignauerit. cap. accepta. iij. & cap. audita. iiij. eodem tit. Huius replicatio est: Nisi post deiectionem demum resignauerit. hoc enim casu resignatio præsumitur metus causa facta: ideóque actori non obest. cap. sollicitè. ij. eod. tit. Octaua exceptio videtur: Nisi actor crimen aliquod commisisse dicatur. Sed reprobatur cap. item cum quis. vj. eod. tit. Nona exceptio est: Nisi magistratus subditum deiecerit. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: sed eius replicatio est: Nisi non seruato iuris ordine deiecerit. cap. conquetente. vij. de restit. spoliat. Decima exceptio est: Nisi reus restituere propter inopiam non possit. cap. olim. xvj. eod. tit. Vndecima exceptio est: Nisi deiectus sit restitutus. cap. Pisanis. xix. eod. tit. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C. d. q. iiij.

XVII. Regula: interdictum Vnde vi nõ competit contra alium, quàm qui vi deiecit. cap. cum ad sedem. xv. de restitutio. spoliator. Huius exceptio prima videtur: Nisi alius rem possideat. Sed reprobatur M.I.C. d. cap. xxiij. quæst. vj. except. vij. Admittitur tamen, si alius sciens rem vi occupatam receperit. cap. sæpe contingit. xviij. de restitut. spoliator. plures exceptiones vide M.I.C. d. quæst. vj.

XVIII. Regula: In interdictum. Vnde vi venit res cum fructi-

fructibus, damno quod sensit deiectus, & omnis causa.cap. grauis.xj.de restitut.spoliat.iij.quæst.j.cap. episcopi si à propriis.& cap.redintegranda. Plura de hac regula vide M.I.C. d.cap.xxiij quæst.viij reg.j.

XIX. Regula: De fructibus restituendis specialiter etiã cauetur tum d.c.xj.tum etiam M.I.C.d.q.viij.reg.

XX. Regula: constitutionibus principum, reus tam rem, quàm eius æstimationem restituere tenetur.j.quæst.iiij.cap. vlt.l.vij.& l.10.C.vnde vi.Instit.de interdictis.§.sed ex constitutionibus.

XXI. Regula: Adfine remedium interdicti Vnde vi est, condictio ex lege, si post appellationem quid sit innouatum. cap.bonæ memoriæ.51.de appellationibus. De qua re vide s̃. lib.ij.cap.xviij quæst.vij.reg.xiij.

XXII. Regula: Adfine item remedium est, exceptio spolij: de qua vide s̃.lib.ij.cap.ix.except.iiij.

XXIII. Regula: Adfine quoque remedium est c.redintegranda.iij.quæst.j.cap redintegranda.

XXIIII. Regula: De differentia precarij & rerum præcariarum cauetur ca.vlt.de præcariis.vbi dicitur, quòd præcarium mutata voluntate concedentis, vel eius cui concedens alienauit, reuocari potest: præcariæ verò non item.

XXV. Regula: Soluitur item precarium morte eius qui præcario rogauit.d.cap.vlt.versi.soluitur quoque.

XXVI. Regula. Solui quoque videtur præcarium morte concedentis. Sed hæc causa reprobatur d.cap. vlt. versic.non etiam concedentis. Plura de præcario vide s̃.lib.iij. cap.xij. reg.xvij.& xviij. Hæc de possessione sint dicta: de qua tamen vide plura M.I.C.lib.vij.

DE VSVFRVCTV.

XXVII. Regula: Vsusfructus in iis reb. quæ vsu consumuntur, constitui non potest.extrauag.Ioan.22. ad conditorem.iij.§.quod autem quo ad res.de verbo.signifi. De qua re vide plura M.I.C.lib.vij.cap xxvj.quæst.iiij.except.ij.

XXVIII. Regula: De cautione ab vsufructuario præstanda cauetur cap.vltim.de pignoribus. De qua vide plura M.I.C. d.lib.vij.cap. xxxj. Plura de vsufructu vide M.I.C.d. lib.viij.cap.xxvj.& deinceps.

DE REBVS SACRIS, SANctis & religiosis.

XXIX. Regula: Locus ad hoſpitalitatis vſum deputatus religioſus efficitur.c.ad hæc.iiij.de religioſis domibus.

XXX. Regula: Locus in quem mortuus illatus eſt, religioſus efficitur, per ea quæ habentur M.I.C.lib.viij.cap.xiij. de loco religioſo, quæſt.ij.in prin. Cuius exceptio eſt: Niſi hæreticus eo ſit illatus.cap.quicunque.ij.in prin.verſic.& locus ille. de hæreticis, in vj. Plures huiuſmodi exceptiones vide M.I.C.d.quæſt.ij.

XXXI. Regula: Res ſacra vel religioſa alienari, obligari, vel ciuilibus vſibus commodari non poteſt.d.c.iiij.&xij.q.ij.cap.nulli.cap.prædia.item De reg.iuris,in vj.cap. ſemel.51. Concordant item M.I.C.lib.viij.ca.xiij. de rebus ſacris.q.iij. reg.ij. Plura de hiſce rebus vide d.cap.xiij.

DE REBVS CVM ALIO communibus.

XXXII. Regula: In re communi potior eſt conditio prohibentis.cap.in re communi.lvj.de regul.iuris,in vj. Plura de hac regula vide M.I.C. lib.viij.cap.xxiiij.de rebus cum alio communibus,reg.j.

DE NOVI OPERIS nunciatione.

XXXIII. Regula: Noui operis nunciatio remittitur, ſi is cui nunciatum eſt, cautionem præſtet de opere, ſi non iure fuerit ædificatum, demoliendo. Quæ regula approbatur M I. C. libr.viij. cap. xxvj. quæſt. ix. cauſa vij. in princ.& cap. xxvij.actione.ij.quæſtio.j. exceptio.ij. Cuius exceptio eſt: Niſi in continenti, vel intra tres menſes probari poſſit, non iure ædificari.c. penult. & vlt.de noui operis nunciatione. Plures exceptiones vide M.I.C.d.cauſa vij.

XXXIIII. Regula: Si quis contempta noui operis nũciatione, opus fecrerit: illud deſtruere cogitur. cap.j.cum c. ſequente.d.tit.& l.xx.in prin.ff.eo.tit. Huius exceptio prima videtur: Niſi iure opus factum ſit. Sed reprobatur d.c.j.cum ſequente. Concordat M.I.C.lib.viij.cap.xxvij.actione ij.q.j. except.iij. Altera exceptio eſt: Niſi cautum ſit nuncianti de opere, ſi non iure fuerit ædificatum, demoliendo. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur per ea quæ habentur ſ.regu.proxim. Tertiam exceptionem vide M.I.C.dicta quæſt.j.except.j.

DE CENSIBVS.

Cap. IIII.

INTER rerum iura numerari etiam poſſunt cẽſus,quos quis in re aliena habet.de quo in hoc capite dicetur.

I. CAVSÆ EX QVIBVS debetur cenſus.

I. Cauſa : Si cenſus in prædio alicuius conſtitutus ſit per legatum, indictionem vel ſimilem aliquem modum : debetur. Cuius cauſæ ſiue regulæ exceptio eſt : Niſi eccleſiæ cenſus ſit impoſitus.cap,ſciente.iij.ca.prohibemus.vij.cap. cum clerici.xj.de cenſibus.c. præterea. xxiij. de iure patronatus. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi in fundatione eccleſiæ conſenſu epiſcopi cenſus ei ſit impoſitus.d.ca.xxiij. verſi præter antiquos.cap. ſignificauit. xiij.§. quocirca. de cenſibus. Huius replicationis duplicatio eſt: Niſi vetus cenſus poſtea ſit auctus.d.c.prohibemus vij.ver.nec veteres.& c. grauis.xv.de cenſibus. Altera replicatio eſt : Niſi epiſcopus remittendo eccleſiæ iura epiſcopalia cenſum ei impoſuerit. cap.conſtitutus. vj.de religioſis domib. Tertia replicatio videtur : Niſi epiſcopus eccleſiam à laicis occupatam illis eripuerit. Sed reprobatur cap.eccleſiis.ix.de cenſibus. Quarta replicatio videtur: Niſi iuſiurandum de perſoluendo cenſu præſtitum ſit. Sed reprobatur cap.ſignificauit.xiij.& ca.grauis.xv.eod.tit. Quinta replicatio eſt : Niſi authoritas ſuperioris interceſſerit.cap.præterea.viij. verſi.ſi pontificis.d.tit. Huius duplicatio eſt : Niſi nulla iuſta cauſa ſubſit. d.c.ſignificauit. xij.§. fina. Accedit gloſſa in cap. prohibemus.vij.in verbo Cenſus,in fine.

II. Regula : Si multis annis cenſus ſint perſoluti, debentur ex præſcriptione. Cuius exceptio eſt : Niſi clericus ſine authoritate ſuperioris ex reditibus eccleſiæ cenſum perſoluerit,d,c,præterea.viij.& c.cum clericis.xj.de cenſibus.

II. QVID ET QVANTVM DEBEATVR.

I. Regula: Ne ratione cenſus plus debito exigatur, caueatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.cap.j.reg.iiij.

II. Regula : Si cum procuratio in ſingulas perſonas annua eſſet impoſita, perſonarum numerus ſit auctus,vt inde grauetur

grauetur ecclesia soluens: officio iudicis ei succurritur.cap. quanto.xvj.de censibus.

III. Regula: Si ad diuersas mensuras soluitur census, minorem soluendo liberatur.cap.ex parte.xviij.d.tit.

IIII. Regula: Soluendi sunt census in antiqua moneta, in qua sunt instituti.cap.penult.de censibus. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi solutio alterius monetæ sit præscripta. cap.olim xx.d.tit. Altera exceptio est: Nisi antiqua moneta in vsu esse desierit: tunc enim æstimatio eius persoluenda. d.cap.penult.in fine.

III. ADIVNCTA SEV officium exigentis.

Petens censum causam exprimere debet, ex qua debeatur.cap.peruenit.v de censibus. Hæc de rerum iure sint dicta: de quo tamen vide plura M.I.C. lib.vij.& viij. Sequitur nunc de actionum iure, puta testamentorum, successionum ab intestato, legatorum, donationum, contractuum, delictorum, exceptionum, liberationum, ac restitutionum.

DE CAVSIS IVRIS LVcratiuis, & conditionibus.
Cap. V.

PRIMA regula: Testamentum vnde dictum, definitur xiij.quæstio.ij.cap. placuit.§. vel vt quidam.versic.vnde & testament.

II. Regula: Testamentum pupillare paterni testamenti pars est.cap.j.§.fina.in fine. de testamentis, in vj. Concordat M.I.C.lib.ix.c.ij.quæst.iiij.reg.ij.

III. Regula, De executoribus testamenti: quatenus vnus sine altero exequi possit, definitur cap.vlt.§.fin.d. titu. Item, quatenus illis cessantibus episcopus loci exequi possit, vide j.reg.xix.except.viij.in fine.

IIII. Regula: De ratione ab executoribus testamenti reddenda cauetur Clement.j.eod.tit.

V. Regula: Regulariter quidem ex testamento hæreditas peti potest, ac legata debentur.xiij.quæst.ij.ca.vltima, in prin.c.placuit.§.vel vt quidam.Nouell.xxij.§.atque hoc primum. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi testator fuerit furiosus, vel non compos mentis.c. vlt.§.quia verò pars de succes-

succeſſionibus ab inteſtato.l.ij.& l.xvij. qui teſtamen. facere poſſunt Altera exceptio eſt: Niſi teſt. tor ſeruus fuerit.xiij. quæſt.ij.cap.vltima.verſi. quod de libero,cum cap.ſequente. Concordat M.I.C lib.ix.cap.v.except.xvij. Tertia exceptio eſt: Niſi teſtator monachus fuerit cap.quia ingredientibus. ij de teſtamentis. Concordant ea quæ propoſita ſunt s̃.libr. iij.cap.vj.regu.v. except.ij. vbi etiam propoſitæ exceptionis aliquot replicationes annotantur. Quarta exceptio: Niſi teſtator manifeſtus fuerit vſurarius. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur cap.ij.§.pen. l. & vlt. de vſuris,in vj. Quinta exceptio eſt: Niſi non ſeptem teſtes teſtamenti factioni interfuerint. Quæ exceptio approbata iure ciuili. M.I.C.lib.ix.cap.vij. in prin. mutari ac reprobari videtur ea. cum eſſes.io. & cap. relatum. xj. de teſtamentis Vbi duo vel tres teſtes ſufficere dicuntur. Sexta exceptio eſt: Niſi hermaphroditus teſtis in teſtamento ſit adhibitus. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur.iiij q.ij.c.vlt § hermaphroditus.l.xv.ff.de teſtibus. Septima exceptio eſt: Niſi epiſcopus vel clericus de rebus eccleſiæ vel tempore clericatus adquiſitis ſit teſtatus.c.j.c.cum in officiis.vij.& c.ad hæc.viij. in prin.de teſtamentis. Cuius replicatio eſt: Niſi non intuitu eccleſiæ ſed perſonæ propriæ reſpectus quid illi ſit alienatũ. c.quia nos.ix.eo.tit. Plura de exceptione propoſita vide s̃.li. iij.cap.vj.reg.v.except.j. Sed & plures propoſitæ regulæ exceptiones vide M.I.C.libro ix.cap.v.cum capp. ſequentibus Planè iam dictarum aliarúmque ſimilium exceptionum replicatio generalis videtur: Niſi in eum caſum deuenerit teſtamentum, quo ab initio potuit ſubſiſtere. Sed reprobatur. c.non firmatur.xviij.de reg.iuris, in vj.l.xx.& l.pen.ff.eo. tit. Plures replicationes generales vide M. I. C. d.lib. ix. cap.xv. cum ſequente.

VI. Regula: Teſtamento deficiente, ſucceditur ab inteſtato à liberis, parentibus & tranſuerſalibus cognatis: vt M.I.C. lib.x.eſt oſtenſum. Cuius regulæ exceptio prima eſt: Niſi tranſuerſales vltra ſextum gradum defuncto ſint cognati.xxxv.q.v.c.vlt.§.ſucceſſionis. Concordat d.lib.x. ca.v. reg.j.except.vj.vbi huius exceptionis duæ annotantur replicationes. Altera exceptio eſt: Niſi hæres hæreditati renunciauerit. Quæ exceptio approbatur M. I. C. d. lib.x. cap.ix. except.xiiij.in prin. Cuius replicatio prima eſt: Niſi futuræ hæreditati nondum ſibi delatæ renunciauerit. Quæ replicatio

catio approbatur d.except.xiiij.replic.ix.in prin.& d.libro x. cap. vj. except. v. Cuius duplicatio est: Nisi præstito iureiurando futuræ hæreditati renunciauerit. cap. quamuis.ij. de pactis,in vj. Cuius triplicationes vide M. I. R. lib.iiij.cap.vj. post.reg.ix.except.iij.replic.j. duplic.ij. Plures replicationes vide d.except.xiiij.

VII. Regula: De oratione numeri graduum cognationum, quare vsque ad sextum gradum numerentur, cauetur 35.q.iiij.in prin.cum c.sequente.& q.v.cap.vlt.§.successionis.

VIII. Regula, De modo numerandi gradus cognationis. Hic alius est iure pontificio, alius iure ciuili. de qua re dictum s̃.lib.prox.cap. xiij.except. j. repl.iij. Planè numerationi graduum, quæ habetur 35. q. v. cap. vlt. concordant ea quæ habenrur M.I.C lib x.cap.vij.quæst.v.

IX. Regula: Iure ciuili gradus adfinitatis nulli sunt.l.iiij. §. gradus. ff.de gradibus & adfinibus. Secùs de iure pontificio: de qua re dictum s̃.d.cap.xiij.except.ij.repl.ij.

X. Regula, De generibus adfinium, proposita est s̃.d.exceptione ij. in principio.

XI. Regula: Generi & nurus, soceri & socrus appellatio ex sponsalib. adquiritur. xxvij. q.ij.cap.egressus.§.fin.& cap. priusquam.vers.sicut etiam eos.Concordat M.I.C.lib.x.cap. vij.de adfinib.q.v.§.de sponsi.

XII. Regula, De fratre & sorore vxoris:quo nomine appelletur, disseritur 35.q.v.cap.quod autem.

XIII. Regula, De viri fratre & sorore:quo nomine appelletur, cauetur d. c. quod autem. §. mariti frater,& §.viri soror. Concordat l.iiij.§.viri frater.ff.de gradib. & adfin.

XIIII. Regula, De duorum fratrum vxoribus:quo nomine appellētur,cauetur d.c.quod autem. §.duorum autem.

XV. Regula: De sororis viro, & fratre vxoris cauetur d. cap. quod autem.§.fin.

XVI. Regula:Ecclesia clericis succedit,per ea quæ proposita sunt s̃.lib.iij.cap.vj.reg.vj.

XVII. Regula: Filius exhæredatus vel præteritus de inofficioso querelam habet,per ea quæ habentur M. I.C.lib. xj.cap.iiij. quæst.ij.in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi ex iusta causa sit exhæredatus. Quæ exceptio approbatur d.quæst.ij.except. xvij. in prin. Cuius replicatio est: Nisi filius post perpetratum delictum, ob quod exhæredari meruit,monasticā vitam elegerit.xix.q.iij.c.vlt.in prin. Nouell.

ſucceſſionibus ab inteſtato.l.ij.& l.xvij. qui teſtamen. facere
poſſunt. Altera exceptio eſt: Niſi teſtator ſeruus fuerit.
quæſt.ij.cap.vltima.verſi. quod de libero,cum cap.ſeq.
Concordat M.I.C lib.ix.cap.v.except.xvij. Tertia e
eſt: Niſi teſtator monachus fuerit cap.quia ingre
ij de teſtamentis. Concordant ea quæ propoſi
iij.cap.vj.regu.v. except.ij. vbi etiam propoſi
aliquot replicationes annotantur. Quarta
ſtator manifeſtus fuerit vſurarius. Quæ
tur ſimul & diſtinguitur cap.ij.§.pen. l.
Quinta exceptio eſt: Niſi non ſeptem
ctioni interfuerint. Quæ exceptio
M.I.C.lib.ix.cap.vij. in prin. muta
cum eſſes &c. & cap. relatum. xi
tres teſtes ſufficere dicuntur.
maphroditus teſtis in teſtam
ptio approbatur ſimul & di
phroditus.l.xv.ff.de teſtib.
ſcopus vel clericus de re
adquiſitis ſit teſtatus.
in prin.de teſtament
eccleſiæ ſed perſo
c.quia nos.ix.co
iij.cap.vj.reg.v
ceptiones vi
Planè iam d ... alcidia
plicatio ge ... at:pro ea enim
ſtament ... xviij. de teſtamentis.
c.non ſi
Plures ... deicommiſſa relicta regulari-
cum ſ ... ſmonere.c.conſideratio. item cap.
V ... autem.de teſtamentis. Concordat ſ.
ſt ... M.I.C.lib.xij.cap. iij.in prin. Cuius exceptio
... filiusfamiliâs legauerit.c.licet.iiij.§.fin. de ſe-
... vj. l. j.§.fin.ff.de leg. iij. Huius replicatio prima
conſenſu patris legauerit. d. §.fin. Altera replicatio
niſi rem caſtrenſis, vel quaſi caſtrenſis peculij legauerit
§.fin. Concordat M.I.C.d.c.iij.except.iij repl.ij. Aliam re-
plicationem vide M. I. C. d.except. iij.repl.j. Altera exceptio
videtur: Niſi ab eccleſia legatum ſit relictum. Sed reproba-
tur xij.q.iij.c.pen.§.fin. Tertia exceptio eſt: Niſi res eccleſiæ
legata

...ta sit. c. filius noster. v. de testamentis. Quarta exceptio ... si quis ecclesiæ plus quàm vni filiorum legauerit. xiij. ... cuit. §. sed non videtur. c. si quis irascitur. Quinta ... detur: Nisi non solennibus verbis sit legatum. ... xceptio reprobatur c. indicante. iiij. de testa... ...at M. I. C. lib. xij. cap. vj. except. 74. Sexta ex... ...s legatum vel aliam dispositionem vlti... ...taté contulerit. Hæc exceptio repro... testamentis. Approbatur M. I. C. d. c. ... ceptio est: Nisi impossibile sit id ... rest. vj. de reg. iur. in vj. Concor... ...lures propositæ regulæ exce... & deinceps. Planè istarum ...letur: Nisi res in eum ca... ...nsistere potuit. Sed re... ...ris, in vj. Concordat ... eiusmodi replica... ...iones iá enumera... ...gato insunt sumuntur. ...umptæ ex consequentib. ...taua exceptio: Nisi legata... ...c. si hæredes. vj. de testamẽtis. ...xij. c. viij. causa xv. in prin. vbi subii... ...onis aliquot replicationes. Sanè si ec... ...m sit, & rogatus iussa testatoris intra an... ...ur: executio ad episcopum loci deuoluitur. ...iij. c. tua nobis xvij. & c. penult. de testamentis. ...eptio est: Nisi rogatus restituere hæreditatem, si ...eris decesserit: in monasterium sit ingressus, ac mo...us factus. cap. in præsentia. viij. de probationib. Alias ...uiusmodi exceptiones, ex consequentibus legatum desumptas, vide M. I. C. d. lib. xij. cap. vij. cum quinque capp. sequentib. Hæc de xix. regula.

XX. Regula: Si in actione legatorum aliud actum, aliud dictum vel scriptum sit: præferenda est voluntas scripto vel dicto. cap. intelligentia. vj. cap. propterea. viij. & cap. in his. xv. §. considerantes. de verb. significat. Concordant M. I. C. lib. xiij. cap. ix. reg. viij.

XXI. Regula: Ex legatis & fideicommissis rogatus detrahet quartá ex lege Falcidia, vel Trebellianicam. c. Raynutius. xvj. §. in eo vero. de testamentis. & M. I. C. lib. xiij. c. xv. in

213.§.nullam autem.Plures replicationes vide d.except.xvij. Altera exceptio est: Nisi in testamento pupillari vel furiosi, quod pater ei fecit, exhæredatus sit vel præteritus. cap. j. §. fin. de testamentis, in vj. Concordat M. I.C. d. quæst.ij. except.xxiiij. Tertia exceptio est: Nisi actori aliud competat remedium,quo portionem debitam cõsequi possit.Quæ exceptio approbatur M.I.C.d.q.ij.except.30. Cuius replicatio est: Nisi quartam Trebellianicam deduxerit, vel deducere possit: hoc enim casu nihilominus legitimam deducere potest.c.'Raynutius.xvj.§.in eo verò & §. quia verò pater item. Raynaldus.xviij. de testamentis. Quarta exceptio est: Nisi actor legitimam sit consecutus. Quæ exceptio approbatur M.I.C.lib.xj.cap.v.in prin. Cuius replicatio prima est:Nisi in legitima sit grauatus ad eam alij restituendam. d. c. Raynutius.xvj.in prin. & d.§.quia verò pater. Distinguitur M.I.C. d.cap.v. replic.v.Planè iure nouo, quidquid ad grauandum actorem in legitima adiectum est,ipso iure pro non adiecto habetur.d.§.quia verò pater. & d.c.'Raynaldus.xviij. Plures replicationes vide M. I. C. d. cap. v. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C.d.quæst.ij.

DE LEGATIS ET FIDEI-commissis.

XVIII. Regula: Hæres vel alius rogatus rem legatam alienare prohibetur M.I.C.lib.xij.cap.ij.reg.ij.in prin.Cuius exceptio prima est: Nisi rogatus quartam ex lege Falcidia vel tanquam legitimam suam ex bonis retineat:pro ea enim parte valet alienatio.cap. Raynaldus.xviij. de testamentis. Plures exceptiones vide d.reg.ij.

XIX. Regula:Legata & fideicommissa relicta regulariter debentur.xvj. q. j. c. admonere.c.consideratio. item cap. Raynutius.xvj.§. in eo autem.de testamentis. Concordat s. reg.v.in prin.& M.I.C.lib.xij.cap. iij.in prin. Cuius exceptio prima est:Nisi filiusfamiliâs legauerit.c.licet.iiij.§.fin. de sepulturis, in vj. l. j.§.fin.ff.de leg. iij. Huius replicatio prima est: Nisi consensu patris legauerit. d. §. fin.Altera replicatio est: Nisi rem castrensis,vel quasi castrensis peculij legauerit d.§.fin. Concordat M.I.C.d.c.iij.except.iij repl.ij. Aliam replicationem vide M. I. C. d.except. iij.repl.j.Altera exceptio videtur:Nisi ab ecclesia legatum sit relictum. Sed reprobatur xij.q.iij.c.pen.§.fin. Tertia exceptio est:Nisi res ecclesiæ legata

legata sit. c. filius noster. v. de testamentis. Quarta exceptio est: Nisi quis ecclesiæ plus quàm vni filiorum legauerit. xiij. q. ij. ca. placuit. §. sed non videtur. c. si quis irascitur. Quinta exceptio videtur: Nisi non solennibus verbis sit legatum. Quæ tamen exceptio reprobatur c. indicante. iiij. de testamentis. Concordat M. I. C. lib. xij. cap. vj. except. 74. Sexta exceptio est: Nisi quis legatum vel aliam dispositionem vltimam in alterius voluntatē contulerit. Hæc exceptio reprobatur c. cum tibi. xiij. de testamentis. Approbatur M. I. C. d. c. vj. except. 80. Septima exceptio est: Nisi impossibile sit id quod legatum est c. nemo potest. vj. de reg. iur. in vj. Concordat M. I. C. d. cap. vj. except. 93. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d. lib. xij. c. iij. & deinceps. Planè istarum exceptionū replicatio generalis videtur: Nisi res in eum casum reciderit, quo ab initio legatū consistere potuit. Sed reprobatur c. non firmatur. xviij. de reg. iuris, in vj. Concordat M. I. C. d. lib. xij. c. vj. in fine, repl. j. Plures eiusmodi replicationes generales vide d. c. vj. Porrò exceptiones iā enumeratæ, & si quæ sunt similes, ex iis quæ legato insunt sumuntur. Supersunt nōnullæ exceptiones desumptæ ex consequentib. legatum: de quibus sequitur. Octaua exceptio: Nisi legatarius iussa testatoris nō fecerit. c. si hæredes. vj. de testamētis. Concordat M. I. C. d. lib. xij. c. viij. causa xv. in prin. vbi subiiciuntur huius exceptionis aliquot replicationes. Sanè si ecclesiæ legatū relictum sit, & rogatus iussa testatoris intra annum nō exequatur: executio ad episcopum loci deuoluitur. c. nos quidem. iij. c. tua nobis xvij. & c. penult. de testamentis. Nona exceptio est: Nisi rogatus restituere hæreditatem, si sine liberis decesserit: in monasterium sit ingressus, ac monachus factus. cap. in præsentia. viij. de probationib. Alias huiusmodi exceptiones, ex consequentibus legatum desumptas, vide M. I. C. d. lib. xij. cap. vij. cum quinque capp. sequentib. Hæc de xix. regula.

XX. Regula: Si in actione legatorum aliud actum, aliud dictum vel scriptum sit: præferenda est voluntas scripto vel dicto. cap. intelligentia. vj. cap. propterea. viij. & cap. in his. xv. §. considerantes. de verb. significat. Concordant M. I. C. lib. xiij. cap. ix. reg. viij.

XXI. Regula: Ex legatis & fideicommissis rogatus detrahet quartā ex lege Falcidia, vel Trebellianicam. c. Raynutius. xvj. §. in eo verò. de testamentis. & M. I. C. lib. xiij. c. xv. in

princ. in quam ei computantur fructus percepti. d. §. in eo verò. Concordat M. I. C. lib. xiij. cap.xvj.quæst.v.reg.j.except. ij. Huius regulæ exceptio est: Nisi directa sit substitutio,non fideicommissaria.ca. j.de testamentis,in vj. In dubio autem substitutio præsumitur directa, non fideicommissaria.d. cap.j. vers. cum in substitutionibus. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C.d.cap.xv.

XXII. Regula: Negans ecclesiæ legatum relictum restituere excommunicatur. xiij. quæst.ij.cap.qui oblationes, cum duob.cc.sequentibus.

DE CONDITIONIBVS ET LEgatis conditionalibus.

XXIII. Regula: Si factum vel datum sit, aut euenerit id quod in conditione continetur: impleta dicitur conditio & inde oritur actio. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi cum sub pluribus conditionibus quid legatum vel contractum, alióue modo dispositum esset,non omnes cōditiones extiterint.Institut.de hæredib.instituendis. §. penult. Cuius exemplum habetur c.olim 25.de rescriptis.Huius replicatio prima est:Nisi non coniunctim,sed disiunctim plures conditiones sint adiectæ: hoc enim casu vel vnam ex iis extitisse sufficit.c.inter cęteras.iiij.eod.tit.c.in alternatiuis.70.de reg. iur.in vj. Concordat M.I.C.lib.xiiij.cap.j.q.iij.except.xj.replic.j. Altera exceptio est: Nisi alio modo, vel ex alia causa, quàm conditio concepta est, ea extiterit. Quæ exceptio approbatur exemplo c. susceptam. vj.de rescriptis,in vj. Concordat M. I. C d.q.iij.except.xiiij.vbi huius exceptionis aliquot subiiciuntur replicationes. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C.d.quæst.iij.

XXIIII. Regula: Si non euenerit quod in conditione continetur,defecisse dicitur conditio, & exinde actio denegatur. M. I. C.lib.xiiij.cap.ij.in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi non stet per actorem ,quo minus conditio impleatur.c.imputari.41.& c.cum non stat.66.de reg.iur.in vj.Plura de hac exceptione vide M. I. C. de cap. ij. except. x. Sed & plures exceptiones vide d.cap.ij.

XXV. Regula: Conditio hæc, Si facere non possit: intelligitur tam de iure quàm de facto.c.sciscitatus.xiij.de rescriptis.l.filius.xv. ff.de condit.& demonstr. Plura de conditionibus vide M. I. C. d.cap.j.ij.& iij.

DE

XXVI. Regula: Ex donatióne proficiſcitur actio ad rem donatam tradẽdã, & exceptio ad eam retinendam. M. I.C.lib.xiiij.c.xiiij.in prin. Cuius exceptio prima eſt: Niſi nõ dominus rem alienã donauerit, vel prælatus rem eccleſiæ.c. fraternitatem.ij.de donationib. Concordat ea quæ propoſita ſunt s.lib.iij.cap.xij.reg.xj. Altera exceptio videtur: Niſi traditio non ſit ſecuta. Sed reprobatur c.j.de donationib.& M.I.C.d.cap.xiiij.except.33.§.iure autem nouo. Vbi de hac exceptione vide plura. Tertia exceptio eſt: Niſi conditio donationis defecerit, vel cauſa non ſit ſecuta. M.I.C.d.c.xiiij except.36. Cuius replicatio eſt: Niſi eccleſiæ ſub conditione, vel modo ſit donatum. Quæ replicatio approbatur ſimul & diſtinguitur c.verum.iiij.de conditionibus adpoſitis. Plures replicationes vide M.C.d.except.36. Quarta exceptio eſt: Niſi donatarius in donatorem fuerit ingratus.cap.vltim.de donationib. Concordat M.I.C.d.cap.xiiij.except.38. Cuius replicatio eſt: Niſi donator in vita ſua actionem de reuocanda ob ingratitudinem donatione non mouerit: hoc enim caſu ipſius hæres reuocare non poteſt.d.c.vlt.§.fin. Concordat M.I.C.d.except.38.repl.iiij. Sed & plures replicationes vide d.except.38.& plures exceptiones d cap.xiiij.

XXVII. Regula: In donationibus pleniſſima ſit interpretatio. Ideóque clauſula onéroſa poſt multas donationes adpoſita proximam tantùm donationem reſpicit. cap.cum dilecti.vj.de donationib.

XXVIII. Regula: In re dubia nemo plus iuris videtur donaſſe quàm habet.c.paſtoralis.vij.eod.tit.

XXIX. Regula: Si quis immodicam fecerit donationem, competit liberis donatoris actio vel exceptio ad præſtandam ſeu deducendam vel ſupplendam legitimam. cap. Raynutius.xvj.§.dictus verò iudex. & §.cum autem coram. de teſtamentis. De qua actione vide M.I.C.lib.xiiij.cap.xvj.

XXX. Regula: Donatio inter maritum & vxorem conſtante matrimonio facta non valet. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur cap.vlt.in prin. Concordat M.I.C. libro xiiij.cap.xx.in prin. Huius exceptio prima eſt: Niſi donans non fiat pauperior, nec accipiens locupletior.d.c.vlt.in prin. Concordat M.I.C.d.cap.xx.except.ix.vbi de hac exceptione vide plura. Altera exceptio eſt: Niſi donator dum vixit, donationem non reuocauerit. d.cap.vltim.verſ.niſi donatoris

obitu. Concordat d.cap.xx.except. 39.in prin. Cuius tamen replicatio prima est: Nisi donatorem pœnituerit tacitè vel expressè.d.cap. vlt. vers.quæ tamen penitus. De qua re vide plura d. except. 39. repl.iij. Altera replicatio est: Nisi donatarius ante donatorem decesserit.d.ca.vlt.vers.vel qui donatum. De qua re vide plura d. except.39.repl.xiiij. Sed & plures replicationes vide d. except. 39. & plures exceptiones d. cap.xx. Hæc de causis iuris lucratiuis: de quibus tamen vide plura M.I.C.lib.ix.cum quinque libris sequentibus.

DE OBLIGATIONIBVS & actionibus in genere.

Cap. VI.

PRIMA regula: Ex contractu & quasi contractu, maleficio & quasi maleficio regulariter oritur obligatio simul & actio, per ea quæ habentur M. I. C. lib.xv.cap.j.diuis. iij. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iussu magistratus fecerit. cap. quod quis.xxiiij. de regulis iuris, in vj.l. 127. §. fin.ff.eod.tit. Altera exceptio est: Nisi sciente & consentiente aduersario fecerit cap. scienti. 27. d.tit.in vj. Concordat M. I. C. d.lib.xv.cap.ij. except.xiiij. Tertia exceptio est: Nisi metus causa fecerit. Vide j. Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. d.cap.ij.

II. Regula: An actio iure diuino sit permissa, differitur xiiij. q.j. in princ.& xxiij. q. iiij. vbi vindicta prohibetur: de qua re annotatum quoque s lib. j.cap. viij.q.ij. reg.iij. Contrarium tamen concluditur d.quæst.j.cap.j.§.fin. cum duob. cc.sequentibus.

III. Regula: Filiofamiliâs regulariter non competit actio sine patris consensu, per ea quæ habentur M.I.C.d.lib. xv.cap.iiij.reg.j.in princ. Cuius exceptio hæc est: Nisi causa sit spiritualis.ca.vlt.§.fin.de iudiciis, in vj. Plures huiusmodi exceptiones vide d.reg.j.

IIII. Regula: Actio litigiosa cedi ac emi prohibetur c. vlt.§.cum igitur.de alienat.iudicij mutandi causa facta. Concordat M. I. C. d.c.iiij.reg.vj.except.ij.repl.iij. Vbi huius regulæ aliquot subiiciuntur exceptiones.

V. Regula: Clericis & monachis videtur actio deneganda.xiiij.q.j.in prin.cum cap. sequente, in prin. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi de damno vitando, non de lucro

lucro captando agant. d.q.j.c.j.§.his ita. Altera exceptio est: Nisi non suo, sed alterius vel ecclesiæ nomine agant. d.ca.j.§. aliud est, vsque ad §.fin.

VI. Regula: Excommunicato non datur actio. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s.lib.ij.c.ix.de excommunicat.exceptione.

VII. Regula: Pater pro filio non tenetur, neque conueniri potest.c.vlt.de delictis pueror. item i.q.iiij.cap. Iudæi, in fine. Concordat M.I.C.lib.xv.cap.v.reg.iiij.exemplo viij.

VIII. Regula: Nec ex facto alterius alius conueniri potest, per ea quæ habentur d. reg. iiij.in princ. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi alius factum alterius ratum habuerit.cap.cum quis absque.23.de sentent.excom.in vj.c.ratihabitionem.x. de reg.iuris,in vj. Concordat M. I. C.d.reg.iiij. except. xiij. Cuius exceptionis replicatio est: Nisi nomine ratum habentis non sit gestum: tunc enim ratihabitio ei non nocet.d.c.23.§.fin.& c.ratum.ix.de reg.iuris,in vj. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi iure repræsaliarum incola pro incola conueniatur. Cuius replicatio est in personis & rebus ecclesiasticis, contra quas repræsaliæ concedi vel extendi non possunt.c.vnico,de iniuriis,in vj. Plures exceptiones propositæ regulæ vide M. I. C.d.reg.iiij. Sed & exempla contraria isti regulæ vide j.q.iiij.c.ecclesia quæ.

IX. Regula: Excommunicatus quamuis agere non possit, conueniri tamen potest.c.intelleximus.vij.de iudiciis.

X. Regula: Successori ecclesiastico non præiudicat factum prædecessoris. c. ij. de præscriptionib. Cuius exceptio est: Nisi in rem ecclesiæ sit versum. Nam successor in beneficio ecclesiastico conueniri potest ex contractu à prædecessore suo in rem ecclesiæ inito.c.j.de solutionibus.

XI. Regula: Spoliatus conueniri non potest, antequam restituatur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur s.lib.2.cap.ix.de exceptione spolij.

XII. Regula: Per procuratorem quis factum in iudicio proponere prohibetur c.pastoralis.xiiij.de iudiciis. Contradicit M.I.C. lib.xv.c.v.per quos competat actio, reg.j.

XIII. Regula: Solutio census debet fieri in antiqua moneta, nisi alia moneta sit præscripta. de qua re vide s.cap.iiij. quæst.ij.reg.iiij.

XIIII. Regula: Si census annui diuersis mensuris soluti sunt, in minori mensura debentur.c.ex parte.18.de censibus.

XV. Regula: Si antiqua moneta, in qua annuum solui debet, in vsu esse desiit: æstimatio eius debetur. ca. penult. in fine de censibus.

XVI. Regula: Si quis plus petierit, punitur. cap. vnico, de plus petitionibus. Concordat M. I. C. lib. xv. c. vj. reg. ix.

XVII. Regula: Si genus debeatur, vel vnum ex duobus, regulariter electio est debitoris. cap. in alternatiuis. lxx. de reg. iuris, in vj. De qua re vide plura M. I. C. lib. xvj. cap. vj. reg. iiij.

XVIII. Regula: Vsuræ debentur ex mora. Quæ regula approbatur M. I. C. lib. xv. cap. vij. quæst. j. causa ij. in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi non reus, sed alius moram fecerit: nam reo alterius mora non nocet. cap. mora. xxv. de reg. iuris, in vj. De qua re vide plura d. causa ij. except. iij. Altera exceptio est: Nisi reus interpellatus exceptione se tueri potuit. cap. non est. lx. eod. tit. de qua vide item d. causa ij. except. xiiij. Plura de vsuris, quatenus exigi possint vel non, vide s. lib. j. c. xix. item M. I. C. d. c. vij.

XIX. Regula: Ex vi facta in litem iuratur taxatione à iudice facta. cap. vlt. de his quæ vi metúsve. Concordat M. I. C. lib. xv. cap. ix. q. iiij.

XX. Regula: Condemnationem minuit compensationis exceptio opposita, per ea quæ habentur M. I. C. lib. xv. cap. xj. in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi depositi actione agatur. cap. ij. §. sanè depositori de deposito. Concordat M. I. C. d. cap. xj. q. iij. except. ij. Altera exceptio est: Nisi debitum quod opponitur, dubium sit, non liquidum. d. c. ij. §. fin. Concordat M. I. C. d. q. iij. except. xxvj.

XXI. Regula: De temporis præscriptionibus: quatenus actionibus obstent, vide s. lib. iij. ca. j. reg. xix. cum sequente. item cap. ix. in princ. reg. ij. item M. I. C. lib. xv. cap. xiij. vbi inter alias aduersus præscriptionem exceptiones numeratur & hæc: Nisi actio semel in iudicium deducta fuerit, vel lis mota. M. I. C. d. c. xiij. except. v. Cuius replicatio prima est: Nisi ab vltimo die litis quadraginta anni excesserint. xvj. q. iij. c. placuit vt quicunque. §. hæc de præscriptionibus. vers. si per litis. Concordat d. except. v. repl. iiij. Altera replicatio est: Nisi lis non fuerit contestata. Quę replicatio approbatur per ea quæ habentur M. I. C. d. except. v. repl. vj. in princ. Cuius duplicatio est: Nisi cum reus propter absentiam, infantiam vel aliam similem causam conueniri non posset: querela ea de re

de re præsidi vel episcopo sit oblata.d.c.placuit vt.§.is autem cuius res. Concordat d.repl.vj.dupl.ij. Tertia replicatio est: Nisi in integrũ restitutio in iudicium sit deducta. hæc enim per hoc non continuatur, sed continuo quadriennio expirat. Clement.j. de integr. restit. l.Papinianus.xxj.§.fin. ff. de minor. xxv.annis.l vj. C.de temp.in integr.restit. Plures propositæ exceptionis replicationes vide M I. C. de except.v. Altera exceptio est: Nisi reus fuerit in mala fide. c.possessor.ij. de reg.iuris, in vj.Plura de hac exceptione vide s̃.c.iij.reg.xj. replic.ij.Tertia exceptio est.Nisi titulus à præscribente non probetur. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur xvj.quæst.iij. cap.dilectio.§.potest etiam. Plures huiusmodi exceptiones vide s̃.lib.iij.cap.ix. reg.ij.item M. I. C. d.c.xiij. Istarum exceptionum replicatio generalis iure ciuili approbata est hæc: Nisi quadraginta anni excesserint; hæc enim actionem omnem excludit, dictis exceptionibus non obstantib. M. I. C. d.cap.xiij.in fine. Cui concordat cap.ad aures. vj. in fine. de præscriptionib. Huius tamen replicationis generalis duplicatio prima est: Nisi procurationem legatus vel nuncius sedis apostolicæ petat: huic enim præscriptio ista non obstat. c.accedentes.xj.eod.tit.ca.cum instantia.xvij. prin.de censibus.Altera duplicatio est: Nisi visitatio eiúsque procuratio per superiorem ab inferiore exigatur. c. cum ex officij.xvj.d.tit. Tertia duplicatio est: Nisi functiones publicæ exigantur.xvj.q.iij.ca.placuit vt.§.fin.cum ca.sequente, in prin.Concordat M.I.C.d.c.xiij.in fine, dupl.ij. Quarta duplicatio est: Nisi decimæ, primitiæ vel aliæ res sacræ petantur. d.c.placuit vt.§.quod si priuatus.§.fin.& d.q.iij.c.iubemus.§. sic etiam.item c.causam.vij.de præscriptionibus.Quinta duplicatio est: Nisi subditus se à iurisdictione & obedientia sui magistratus subducat. hic enim nulla præscriptione defenditur.c.cum non liceat.xij & c.cum ex officij.xvj. de præscriptionibus. Sexta duplicatio est: Nisi liber homo in libertatem vindicetur.dict. cap. placuit vt.§. penultim. Concordat M. I. C. vj. cap.iij. causa ix. Plures huiusmodi duplicationes vide M. I. C. d. c. xiij. in. fin. Hæc de obligationib. & actionibus in genere sint dicta: de quib. vide plura M.I.C.d.lib.15.

DE CONTRACTIBVS.
& quasi contractibus.

Cap. VII.

PRima regula: Pacta seruãda sunt. c. qualiter. iij. de pactis. Concordant ea quæ habentur M. I. C. lib. xv. c. xv. in prin. Quæ tamen regula suis exceptionib. non caret. nam Deus quoque frequenter suam mutat sententiam. xxij. q. iiij. cap. vnusquisque. §. fin. cum c. sequente. & c. non semper est igitur propositæ regulæ exceptio prima: Nisi pactum nudum sit. Quæ exceptio approbatur M. I. C. d. cap. xv. except. xij. in prin. Cuius replicatio est: Nisi pactum nudum bonæ fidei contractui insit. cap. contractus. 85. de reg. iuris, in vj. Concordat M. I. C. d. except. xij. replic. iiij. Plures replicationes vide d. except. xij. Plane iure pontificio exceptio proposita reprobatur c. j. de pactis. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi vi metúsue causa pactum factum sit. c. peruenit. ij. de iureiurando. xv. q. vj. cap. j. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. c. xv. except. xvj. Tertia exceptio est: Nisi aduersus leges vel contra bonos mores pactum factum sit. c. vlt. de pactis. c. cum quidam. xij. §. illi verò. c. sicut ex literis. xiij. c. tua nos. xxiiij. de iureiurando. c. in malis. 69. de reg. iuris, in vj. Concordant item ea quę habẽtur s̃. lib. ij. c. xvj. reg. ix. excep. j. & M. I. C. d. cap. xv. except. xvij. Sed & exemplum eius est, si cõuenerit de succedendo prælato in prælaturã. c. accepimus. v. de pactis. item, si clerici post mortem decedentium maiores sibi pensiones paciscantur. cap. cum clerici. vj. eod. tit. Quarta exceptio est: Nisi pactum in damnum tertij vergat. c. plerique. vij. eod tit. Concordat M. I. C. lib. xv. cap. xvij. aduersus quos ex pacto actio competat, in prin. Quinta exceptio est: Nisi pactũ aduersus ecclesiasticã libertatẽ factum sit. c. sicut nostris. xxvij. & c. petitio. 31. de iureiurando. Sexta exceptio est: Nisi impossibile quid in pactum sit deductum. c. vlt. in fine. de pactis. c. nemo. vj. de reg. iuris, in vj. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. c. xv. except. xxiij. Septima exceptio est: Nisi de spiritualib. vel beneficiis ecclesiasticis pactum factum sit. c. cum pridẽ. iiij & c. vl. de pactis. c. super eo. 7. de transactionib. Concordant ea quæ habentur s̃. lib. iij. c. vij. reg. 115. cum sequentibus. Sed & plura de hac exceptione vide M. I. C. d. cap. xv. except. xxxiij. Octaua exceptio. Nisi conditio pacti vel contractus defecerit, capite peruenit. iij. & cap. sicut. xxix. in fine. de iureiurando. Vide plura de hac exceptione M. I. C. d. c. xv. excep. xlij. Nona exceptio videtur: Nisi

Nisi instrumentum contractus sit amissum. Sed reprobatur cap.cum olim.xij. de priuilegiis. Concordant M.I.C. d.cap. xv. except. xlviij. Decima exceptio videtur: Nisi paciscentem pacti statim pœnituerit. Sed reprobatur cap. quod semel. xij. de regul.iuris, in vj. Vndecima exceptio est: Nisi Papa absoluerit à contractu vel iuramento.xv.quæst. vj.cap. authoritatem, cum tribus cc.sequentib. Duodecima exceptio: Nisi per promissorē non stet, quo minus præster quod promisit.cap.imputari.xlj.de reg.iuris,in vj.cap.significante. vij.de pignoribus. Concordat M.I.C. lib.xvj.cap.iiij.except. iij. Decimatertia exceptio: Nisi aduersa quoque pars fidem non præstet promissis.cap.peruenit.iij. versi.nec tu.& cap.sicut.xix.in fine.de iureiurando.cap.constitutus.vij.de pœnis. Concordat s̄.lib.ij.cap.vlt.except.iiij. Decimaquarta exceptio est: Nisi aliquid melius fecerit quàm promisit.d.c.peruenit.iij. in princ. Decimaquinta exceptio: Nisi cum quis promisisset se facturum quod peteretur, illicitum quid petatur. cap. cum iuramento. iiij. de homicidio.

DE REPLICATIONIBVS PRÆCEDENTIVM EXCEPTIONUM generalibus.

Hactenus propositæ regulæ exceptiones enumerauimus: quarum tamen plures vide s̄.lib.ij.cap. xvj.reg.ix. & M.I.C. d.cap. xv. Planè istarum exceptionum replicatio generalis prima hæc videtur: Nisi iusiurandum de pacto seruando sit præstitum. Sed reprobatur cap.j.de iureiurando,in vj.cap. non est.lviij.de reg.iuris,in vj. Cuius exemplum habetur c.j. cum cap.sequente.cap.quanto.xviij.c.tua nos.xxiiij.de iureiurando,cap.ij.§.contractus autem omnes.de rebus ecclesiæ non alienandis,in vj.xv.quæst.vj.cap.authoritatem. Concordant item ea quæ habentur s̄.lib.ij.cap.xvj.regu.ix.except.j. M.I.C.lib.xv. cap. xv.in fine, repl.j. Planè admittitur replicatio proposita, si iusiurandum seruari possit sine interitu salutis æternæ. hoc enim casu iusiurandum est obligatorium: potest tamen authoritate Pontificis relaxari. cap.si verò aliquis.viij.de iureiurando. De qua re vide s̄.lib.proxi.cap.10. de iureiurando. Altera replicatio est: Nisi authoritate Papæ pactum vel contractus sit confirmatus.cap. quoties.ij.de pactis.cap.j.versi.sed si rem,cum cap.sequente.de confirmatione vtili. Contradicit M.I.C. d.cap.xv. repl.v. Huius replicationis

tionis duplicatio prima est: Nisi cum res litigiosa esset, Papa negocium confirmauerit.d.cap.j.in prin. Altera duplicatio est: Nisi cōtra confirmationem suam Papa postea rescripserit cap.de confirmationibus.ij.versic.nisi nouum. de confirmat. vtili. Tertia duplicatio est: Nisi per falsi suggestionē confirmatio sit impetrata.d.cap.ij.versi.aut certum sit.& cap. bonæ memoriæ.iij.eod.titu. Quarta duplicatio est: Nisi innouatum tantùm sit instrumentum contractus, non confirmatum.cap.cum.dilecti.iiij.eod.tit.cap. ex parte.xiij.& cap. quia intentionis.xxix. de priuilegiis. Quinta duplicatio est: Nisi Papa regulari confirmauerit administrationem temporalem.cap.ad nostram.v.cum cap.sequente.Porrecta.de confirmatione vtili. Sexta duplicatio est: Nisi sententia ipso iure nulla sit confirmata.cap. examinata.vij.eod.titu. Septima duplicatio videtur: Nisi verbum Confirmo, rem confirmatam præcesserit. Sed reprobatur cap.venerabilis.viij.eod.tit. Octaua duplicatio videtur: Nisi verba hæc, Sicut sine prauitate prouidè facta est: confirmationi sint inserta. Sed reprobatur d.cap.viij. Hæc de secunda replicatione generali. Tertia replicatio videtur: Nisi res in eum casum peruenerit, quo ab initio vtiliter in contractum deduci potuit. Sed reprobatur cap.non firmatur.xviij de regulis iuris, in vj. Vide item M.I.C.d.cap.xv. in fine. Sed & plures replicationes generales vide M.I.C. d.cap.xv.

II. Regula: Ex pacto de non petendo competit exceptio pacti conuenti, si petatur M.I.C.lib.xv.cap.xvj.in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi ex noua causa agatur. Quæ exceptio approbatur exemplo cap. ad nostram.xx. de iureiurando. Altera exceptio est: Nisi aliud petatur quàm pacto comprehensum est. Quæ exceptio approbatur exemplo, quod cum de damno non petendo conuenisset, expensæ petuntur, cap.in nostra.viij.de iniuriis. Concordat M.I.C.lib.xv.c.xviij. vbi huius exceptionis aliquot subiiciuntur replicationes. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C. d.c.xvj.

III. Regula: Ex pœnali stipulatione, si non fiat quod sub pœna promissum est, actio datur ad pœnam petendam, per ea quæ habentur M.I.C.lib.xvj. cap.ix. de pœnali stipulatione, reg.iij in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi matrimonium sub pœna sit promissum.cap. gemma.xxix.de sponsalibus. Altera exceptio est: Nisi pro parte præstitum sit, quod sub pœna promissum est. hoc enim casu pœnalis stipulatio

non

non nisi pro reliqua parte,non in solidum committitur. cap. suam.ix.de pœnis.Contradicunt ea quæ habentur M.I.C.lib. xv.cap.v.reg.v. except.vij.repl.vj. Plura de regula proposita eiúsque exceptionibus.vide M.I.C.d.reg.iij.

IIII. Regula: Si debitor pro suo debito rem alienam obligauit, ad eam redimendam ipse eiúsque hæres tenetur. cap.ex præsentium.iij. de pignoribus.Concordat M.I.C.lib. xvij.cap.iiij quæst.j.causa iiij.

V. Regula: Ex commodato commodati actio datur ad commodatum reddendum, per ea quæ habentur M.I.C.d.q. j.causa v. Cuius exceptio prima est: Nisi res commodata perierit.M.I.C.d.quęst.j.except.iij. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi culpa commodatarij interueniente res perierit.cap.j.§.licet.versi.nisi acciderit de commodato.Huius duplicatio videtur: Nisi leuissima fuerit culpa commodatarij. Sed reprobatur d.cap.j. in prin. Concordat M.I.C.d. except.iij.replic.iij. Plura de replicatione proposita vide d. except.iij.replic.ij. Altera replicatio est: Nisi conuenerit vt commodatarius omne periculum præstet.d.§.licet.versi.vel interuenerit.l.j.C.de commodato. Tertia replicatio est: Nisi post moram à commodatario factam res perierit.d.§. licet. versic.seu in mora.Concordat M.I.C.libr.xxiiij.cap.xvij.except.vij. Plures replicationes vide d.exceptio.iij. Altera exceptio est: Nisi vsus, cuius gratia res fuerat commodata, non fuerit expletus.d.c.j.§. contra eum.de commodato.Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C.d.q.j.

VI. Regula: Si commodator vsum rei commodatæ intempestiuè auferat commodatario, contraria commodati actione tenetur.§. contra eum, in fine.l.xvij.§.sicut.ff.commodati.De qua actione vide plura M.I.C.lib.xvij.c.v.

VII. Regula: Depositarius depositum non restituens depositi actione tenetur.M.I.C.lib.xvij.cap.vij.quæst.ij.causa.vij.in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi depositum perierit.d.causa.vij.except.j. Huius replicatio prima est: Nisi depositarius suis rebus saluis depositum amiserit.c.cap.bona fides.ij.in prin.de deposito. Concordat M.I.C. d.except. j.replic.ij.distin.j.Altera replicatio est: Nisi depositarius deposito se obtulit: hoc enim casu culpam præstat.d. cap.ij. §.j.Concordat M.I.C.d.replic.ij.distinct.iiij. Tertia replicatio est: Nisi merces interuenit pro re deposita custodienda. nam & hoc casu culpam præstat.d.§.j. versic.vel si quid

pro.

pro. Concordat M.I.C. d.replic.ij.distinct.iij. Quarta replicatio est: Nisi pactum de culpa præstanda interuenerit.d.ca.ij.ʒ pacto verò. Concordat M.I.C.d.except.j.repl.iij. Quinta replicatio est: Nisi post moram res perierit.d.§.pacto verò.versi.mora. Plura de hac replicatione vide M. I. C. d.except.j.replic.viij. Sexta replicatio est: Nisi culpa depositarij res perierit. Quæ replicatio videtur approbari d.§.pacto verò. ibi: culpa. Sed contradicit M. I. C. d. replic.ij.in princ. Ideóque replicatio proposita videtur restringenda ad casum, de quo M. I. C. d.except.j.repl.ix.dictum est.Plures replicationes propositæ exceptionis vide d.except.j. Sed & plures exceptiones vide M.I.C.d.causa vij.

VIII. Regula: Vel statim depositum repeti potest. d.c. ij.§.sane depositori. Concordat M. I. C. d.cap.vij.q.vj.reg.j. vbi aliquot subiiciuntur exceptiones.

IX. Regula: Ex pignoris contractu regulariter competit actio pignoratitia & hypothecaria ad persequendum pignus, per ea quæ habentur M. I. C. lib. xvij. cap.xvj. quæst. iij.in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi liber homo pignori sit obligatus. cap. latot. ij. de pignoribus. Concordat M. I. C. libr.xvij.cap.xj. except. xxxiiij. Altera exceptio est: Nisi extraneus possessor rem vsuceperit vel præscripserit. xvj.quæst.iij.cap.placuit vt.§.præscriptionum.versic. non solùm. Concordat M. I. C. libr. xvij.cap.xvj.quæst.viij.regu.j. except.j. Huius exceptionis replicatio est: Nisi alius quàm qui rem vsucepit vel præscripsit, conueniatur: huic enim alterius præscriptio non prodest.d. cap. placuit vt.§.si verò ad alium.versic.nec sibi proderit.l. viij.§. sin verò nullum.C.de præscript.xxx.annor. Plures exceptiones vide d.lib.xvij.cap. xj.cum duobus cc.sequentibus.

X. Regula: Pactum legis commissoriæ in pignoris contractu prohibetur cap.significante. vij.de pignoribus.l.iij.C. de pactis pignorum.

XI. Regula: Si eadem res duobus vel pluribus pignori obligata sit: is potior est, qui prior est tempore. cap. qui prior.liiij. de regulis iuris.in vj. Concordat M. I. C. lib.xvij. cap.xvij.in princ.

XII. Regula, De pignoratitia actione, quæ datur debitori ad pignus repetendum: ex quibus causis competat, definitur M.I.C.lib.xvij.cap. xx.quæst.j. Quibus connumerari potest, Si creditor vel eius successor ex pignore tantum

fructus

fructus percepit, quantum est in sorte. Quæ causa approbatur cap.cum contra.vj.de pignoribus cap.j.cum cap.sequente.& cap.conquestus viij.de vsuris. Concordat M.I.C. d.cap. xx.quæst.iiij.regu.iij. vbi subiicitur propositæ regulæ exceptio. Sed & plures propositæ causæ exceptiones vide s̃.lib.j. cap.xix.quæst.ij.causa vj. Quibus adiici potest hæc quoque exceptio: Nisi debitor iusiurandum præstiterit de non repetendo pignore, nisi forte soluta. cap. ad nostram. vij. de iureiurando.

XIII. Regula: Creditor fructus in sortem debet computare, vt patet ex iis quæ s̃.regu. proxi. sunt proposita; vbi etiam eius exceptiones sunt annotatæ.

XIIII. Regula: Si modico præcio venditione facta, conuenit vt intra certum tempus rem venditori liceat oblato precio retrahere: pignus præsumitur in fraudem vsurarum constitutum, non venditio. c.ad nostram.v. de emptio.& vendit. De qua re vide item M.I.R.lib.ij.cap.10. in verbo Simulatio. Idem dicendum, si res vendita sit, vt post tempus emptor eam recipiat oblato præcio maiori, fructib. in sortem computatis.c.illo nos.iiij.de pignoribus.

XV. Regula: Si venditor deceptus sit vltra dimidium iusti precij. valet quidem venditio, sed venditori datur actio, vt restituto precio rem recipiat. cap.cum dilecti. iij. & cap. cum causa.vj.de emptio. & venditio. Concordat M.I.C. libr. xviij.c.ij.except.xvvij.distin.j. Cuius exceptio est: Nisi emptor offerat quod iusto præcio deest.d.c.iij.& d.c.vj.& d.dist. j.repl.j. Plures exceptiones vide d.distin.j.

XVI. Regula: Venditor cogi potest, ne carius vendat merces suas transeuntibus, quàm in mercato vendere possit. cap.j. de empt.& vendit.

XVII. Regula: Venditor vitium rei in vendendo indicare tenetur: aliâs empti actione vel redhibitoria tenetur. M.I.C.lib.xviij.cap.xij.q.iij.in prin.item causa vj. Cuius exceptio est: Nisi emptor vitium sciuit.c eum qui certus.xxxj. de reg.iur.in vj.Concordant ea quæ habentur M.I.C.d.q.iij. except.gener.10. vbi aliquot subiiciuntur replicationes. Sed & plures exceptiones vide d.quæst.iij.

XVIII. Regula: Re vendita euicta, emptor regressum habet aduersus venditorem de præstanda euictione. M.I.C. lib.xviij.c.xiiij.q.j.causa j.vij.& ix. Cuius exceptio prima est: Nisi emptor conuentus non denunciauit vẽditori, vt defen-

sioni

ſioni rei adeſſet. cap. vlt. in prin. de empt. & vendit. De qua exceptione vide plura M. I. C. d. quæſt. j. except. lxviij. Altera exceptio eſt: Niſi emptor contumaciter abfuit tempore ſententiæ latæ. d. cap. vlt. verſic. vel contumaciter. Concordat d. quæſt. j. except. lvj & exceptio. lviij Tertia exceptio eſt: Niſi per iniuriam iudicis emptor victus ſit. d. cap. vlt. verſi. ſeu per iniuriam. Concordat d. quæſt. j. except. lv. Plures exceptiones vide M. I. C. d. quæſt. j.

XIX. Regula: Locator conductorem prohibere non poteſt, quo minus re conducta fruatur. Quod ſi fecerit, ex conducta tenetur, per ea quæ habentur M. I. C. libr. xix. cap. iij. quæſt. j. cauſa v. in prin. Cuius exceptio prima eſt: Niſi res locata vſibus domini neceſſaria ſit. c. proper. iij §. verum. de locato & conducto. l. iij. C. eod. tit. Altera exceptio eſt: Niſi dominus ædes locatas reficere velit. d. § verum. & d. l. iij. verſ. aut corrigere. Tertia exceptio eſt: Niſi conductor malè in re cõducta ſit verſatus. d. §. verum. verſ. qui etiam inde. & d. l. iij. verſ. aut tu malè. Quarta exceptio eſt: Niſi conductor non ſoluerit penſionem. d. §. verum. verſ. vel cum canonem. l. liiij. §. inter. ff. locati. Plures huiuſmodi exceptiones vide M. I. C. d. cauſa v.

XX. Regula; Si conductor damnũ in fructibus peraptis, vel percipiendis paſſus ſit, remittenda eſt ei penſio. d. c. propter. iij. in prin. Concordat M. I. C. lib. xix. c. iiij. q. j. cauſa iiij. in prin. Cuius exceptio prima eſt: Niſi anni præcedentis vel ſequentis fructus fuerint vberiores. d. c. iij. in prin. verſ. niſi cum vbertate. Concordat M. I. C. d. cauſa. iiij. exceptio. vj. Altera exceptio eſt: Niſi culpa conductoris damnum contigerit. d. c. iij. in princ. verſ. ſine culpa. Plures exceptiones vide d. cauſa iiij.

XXI. Regula: Si emphyteuta eccleſiæ intra biennium, vel alius intra triennium canonem non ſoluerit: iure ſuo cadit. c. vlt. §. emphyteuta quoque. de locato & conducto. x. q. ij. c. hoc ius. §. qui rem. Nouell. vij. §. ſcire autem omnes. Concordat M. I. C. lib xix. cap. ix. quæſt. vj. cauſa j. Huius regulæ exceptio prima videtur: Niſi dominus non ſoluat emphyteutæ meliorationes. Sed reprobatur. d. §. qui rem. verſ. non repetiturus. Concordat M. I. C. d. cauſa j. except. iiij. Altera exceptio videtur: Niſi emphyteuta non ſit interpellatus vt ſolueret. Sed & hæc exceptio reprobatur d. c. vltim. in fine. & M. I. C. d. cauſa j. exceptio. v. Plures exceptiones vide

vide d. causa j.

XXII. Regula: Si emphyteuta non requisito vel nolente domino ius suũ alienauerit, eo cadit. d. §. emphyteuta quoque vers. secus præsumendo. Concordat M.I.C.d.q.vj.causa iij. in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi dominus requisitus ipse emere noluit d.c.vlt.in prin. Concordat d.causa iij. except. ij. Cuius replicatio prima est: Nisi attestatione præmissa emphyteuta domino non indicauerit, quantum pretium sibi ab alio offeratur.d.c.vlt.in prin. & d. except.ij.repl. j. Altera replicatio est: Nisi ab attestatione præmissa nondum duo menses præterierint.d. c. vlt. in prin. vers. vel à denunciationis. & d. except. ij. replic.iij. Tertia replicatio est: Nisi personis vetitis alienauerit. d. c. vlt. in princ. vers. qui ab emptione huiusmodi. & d. except. ij. replic. iij. Plures replicationes, sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d. causa iij.

XXIII. Regula: Si emphyteuta rem fecerit deteriorem, iure suo cadit. x. quæst. ij. cap. hoc ius. §. qui rem.

XXIIII. Regula: Si emphyteuta ius suũ ex causis prædictis amisit, vt ad dominũ res redeat; nihilominus præteriti temporis pensiones soluere, & damnum, quo res deterior facta est, præstare tenetur. d. §. qui rem. vers. vt tamen soluat.

XXV. Regula: Ex mandato mandati actio nascitur. de qua M. I. C. lib. xix. cap. xij. cum sequentib. Cuius exceptio est: Nisi consilium fuerit non fraudulentum. c. nullus. 61. de reg. iuris, in vj. Concordat M.I.C.d.cap.xij.except.j.in prin. vbi subiiciuntur aliquot replicationes. Plures exceptiones vide d. cap. xij. cum sequentibus.

XXVI. Regula: Si quis negocia ecclesiæ gerendo vel ecclesiæ rebus damnum intulerit, sibi lucrum captando: vel contrà in suis rebus damnum senserit, dum vtilitati ecclesiæ studet: hoc damnum hinc inde præstabitur. xij. q. iiij. c. j. §. fin. cum cap. sequente, vsque ad §. si verò de rebus. Concordat M. I. C. lib. xx. cap. iiij. in prin. & quæst. iiij. in princ. item cap. v. quæst. j. & cap. vj. quæst. j. in prin.

XXVII. Regula: Si quis negocia ecclesiæ gerendo res eius consumpserit: hoc præstandũ est. xij. q. v. c. obitum. Quo nomine etiam aduersus hæredem datur actio. d. c. obitum. Concordat M.I.C.d.cap.v.quæst.iij.reg.j.except.j.

XXVIII. Regula: Finium regundorum actio triginta annorum præscriptione eliditur. l. vj. C. finium regundorum

Cuius exceptio est in finibus episcopatuum & parochiarum, qui nullo tempore præscribi possunt. cap. super eo. iiij. de parochiis.

XXIX. Regula: Si quis pro alio intercesserit fideiubendo vel mandando, pro eo conueniri potest, per ea quæ habentur M.I.C. lib. xxj. capite j. quæst. ij. in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi clericus vel monachus intercesserit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur. s. lib. iij. cap. v. reg. 28. Plures exceptiones vide d. quæst. ij.

XXX. Regula: Si quis pro alio intercesserit, contraria mandati actione consequitur, vt indemnis seruetur. c. peruenit. ij. de fideiussoribus. Concordat M. I. C. lib. xxj. cap. iij. in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi nondum soluerit actor d. c. iij. quæst. j. except. j. Cuius replicatio prima est: Nisi debitor diu in solutione debiti cessauerit. c. vlt. d. tit. l. 38. in fine. ff. mandati. Altera replicatio est: Nisi debitor dissipare bon[illegible] sua incipiat. d. cap. vlt. vers. aut dissipare. & d. l. 38. in fine. Tertia replicatio est: Nisi actor sit condemnatus. d. cap. v[illegible]n. vers. seu super hoc. Concordat M. I. C. d. except. j. replic. [illegible] Quarta replicatio est: Nisi actor à creditoribus molestetur [illegible] p. constitutus. iij. d. tit. de fideiussoribus. Plures replicationes vide d. except. j. Hæc de contractibus & quasi contractibus: de quibus tamen vide plura M. I. C. lib. xv. cum sex libris sequentibus.

DE DELICTIS ET QVASI delictis. Cap VIII.

PRIMA regula. Furtum committit, qui inuentum non reddit xiiij. q. v. c. si quid inuenisti. & c. multi. Concordat M. I. C. lib. xxij. cap. ij. de furti actione, quæst. ij. causa xix. vbi aliquot subiiciuntur exceptiones.

II. Regula: Si rem domino abnegat, furtum committit. d. c. si quid vers. qui alienum. Cõcordat M. I. C. d. q. ij. causa xvj.

III. Regula: Si metu pœnæ à furto abstinet, furti tenetur, in iudicio scilicet poli. de pœnitent. distin. j. cap. si propterea.

IIII. Regula: Ex furto regulariter furti actio competit, per ea quæ habentur M. I. C. d. quæst. ij. causa j. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi rem minimam abstulerit. Sed reprobatur xiiij. q. vj. c. vlt. Concordat M. I. C. lib. xxij. cap. viij. q. iij. except. vj. Altera exceptio est: Nisi non furandi

vandi animo quis rem alienam contrectauerit.d.c.vlt. Concordat M.I.C.lib.xxij.cap.ij.de furti actione,quæst.ij.excep. xxiiij. Tertia exceptio est: Nisi propter necessitatem famis vel frigoris furtum fecerit.de consecrat.distinct.v.c.discipulos.item cap.si quis propter.iij. de furtis. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C.d.quæst.ij.

V. Regula · Furti etiã tenetur, qui furem non indicat ob lucrum quo ab eo consequitur.c.qui cum fure.iiij.de furtis.

VI. Regula: Furti pœna quadrupli est. xij. q.ij.c.in antiquis. cap. si seculi. Concordat M.I.C.lib.xxij.cap.v.in princ.

VII. Regula: Si pars ablata sit, non de toto, sed de parte tantùm ablata furti actio est. de pœnitent.distin.j.c.vulgaris. l.xxj. in prin.ff.de furtis. Concordat M.I.C. d.cap.v.reg.viij. vbi subiicitur exceptio.

VIII. Regula: Etiam sacci æstimatio, in quo pecunia furtiua continetur, in furti actione venit. distinct. 50. c. qui saccum.l.79.ff.de furtis.

IX. Regula: Si clericus ecclesiæ furtum fecerit, qua pœna puniendus sit, definitur xiij.q.ij.c.clerici. §.si quis autem.

X. Regula: Furti species est rapina.xiiij. q. v.cap.dixit.§. fin.cum c.sequente. Concordat M. I. C. lib.xxij.c.viij.quæst. iij.causa j. & quæst.x.reg.ij.

XI. Regula: Ex damno dato actio aduersus dantem competit.c.vlt.in prin.de iniuriis. Concordat M.I.C.lib.xxij.cap. ix. q. iij. causa j. Huius causæ exceptio prima videtur: Nisi per ignorantiam vel imperitiam damnum dederit. Sed reprobatur d. c. vlt.in prin. vers.aut hæc imperitia. Altera exceptio est: Nisi actor damnum euitare potuit. c. damnum. 86.de reg.iuris,in vj. Concordat M. I.C lib.xxij ca.ix.in fin. except.xxiiij. Plures huiusmodi except.vide d.cap.ix.

XII. Regula: Si quis foueam fecerit, in quam alienum pecus ceciderit; is qui foueam fecit, de damno dato tenetur. cap.si quis.ij.de iniuriis. Concordat M. I.C.d.quæst.iij.causa x.vbi huius regulæ aliquot subiiciuntur exceptiones.

XIII. Regula: Si ignem immisit in alienam segetem, de damno dato tenetur.c. si egressus.v.d.tit. Concordat l. 30. §. in hac actione.ff.ad l.Aquiliam. Sed & concordat M. I. C.d. quæst. iij. causa xxix.

XIIII. Regula: Si fructus alienos immisso pecore depauit, de damno dato tenetur. cap. si læserit. iiij. d. tit. Concordat M.I.C.d.quæst.iij.causa xxxiij.

XV. Regula: Si causam & occasionem damni dedit, de damno dato tenetur. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s.lib.j.cap.xv.de homicidio,quæst. j.causa iij. Concordant ea quæ habentur M. I.C.d.q.iij.causa 53. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi quis licitum faciens alteri causam vel occasionem damni dedit.xxiij.q.v.c.de occidendis.§.qui verò repelluntur,vsque ad §.fin.Concordat d.causa iij.except.j. Altera exceptio est: Nisi ne damnum accideret, nihil ex contingentibus omisit, & ita culpa caret. cap. vltim. §.fin. de iniuriis.l.30.§.in hac actione.vers.at si omnia. ff. ad l. Aquiliam.

XVI. Regula: Si domum vel superficiem aliam incenderit, punitur. cap. si quis domum. vj. de iniuriis.xxiij. quæst. viij.cap.si quis membrorum,cum cap. sequente. Concordat M.I.C.lib.xxij.cap.ix.causa xxiiij.

XVII. Regula: Si liberum hominem vulnerauit, punitur cap.j.de iniuriis. & d.c.si quis membrorum,in prin. item M.I.C.lib.xxij.cap.x.reg.x.

XVIII. Regula: Si matremfamiliâs, aut prætextatum prætextatámue adsectatus fuerit, siue alicuius pudicitiam attentauerit:punitur.de pœnitent.distinct.j. cap. si quis tam masculum,in prin.& §.attentari.l.ix.§.fin.ff.de iniuriis. Vide M.I.C.lib.lib.xxij.cap.xj.quæst.iij.causa iiij.

XIX. Regula:Si aduersus aliquem manus leuatæ sint, & sæpe territus sit quasi vapulaturus:punitur. d. distin.j. cap.si quis pulsatus.l.xv.§.j.ff.de iniuriis

XX. Regula: Si libellum, carmen aut tale quid ad alicuius infamiam scripserit vel confinxerit: punitur.v. q.j.cap.j. cum duobus cc.sequentibus. Concordat M.I.C.d.quæst.iij. causa 36.vbi subiiciuntur duæ exceptiones.

XXI. Regula: Si libellum famosum inuentum non corrupe rit,punitur.d.c.j.vers.& qui eam.& d.q.j.cap.vlt.§.si quis famosum. Concordat M.I.C.d.quæst.iij.causa 37.

XXII. Regula: Ex omni alia iniuria regulariter quidem iniuriarum actio nascitur,per ea quæ habentur M.I.C. li.xxij.c.xj.q.iij.in prin.Cuius exceptio prima est: Nisi ioco aut casu factũ sit,non iniuriæ faciendæ animo.xv.q.j.c. illud §.quare si quis.l.iij.§.quare si quis.ff.de iniuriis. Concordat M.I.C.lib.xxij.cap.xj.q.iiij.in prin. Altera exceptio est: Nisi nocentem infamauit.v.q.j.c.quidam. §. sin autem in eadem. Concordat M. I. C. d. q. iiij.except.xij. Tertia exceptio est:

Nisi

Nisi quis liberum hominem pro seruo suo per errorem ceciderit.xv.quæst.j.ca.vlt.d §.si quis liberum.l. iij.§.fin.cum l. sequente. ff. de iniuriis. Quarta exceptio est: Nisi furiosus vel impubes iniuriam fecerit.d.cap.illud,in prin. & d.l.iij.in prin. Quinta exceptio est: Nisi iniuria remissa sit. xxiij. q. iiij.c.si illic,in prin. Concordat M. I. C. d.quæst.iiij.except. 34.vbi subiicitur replicatio. Sexta exceptio est:Nisi reus errorem apertè confessus fuerit ac reuocauerit.d.§. sin autem in eadem. vers. vel fortè sciens. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I. C.d.quæst.iiij.

XXIII. Regula: Non solùm is qui fecit, sed is quoque cuius dolo vel opera iniuriam fecit tenetur,de pœnit.distin. j.cap.si quis tam.§. fin. l.xj.in prin. ff. de iniuriis. Concordat M.I.C.lib.22.capite xij.quæst.ij.in prin.

XXIIII. Regula: Capitalis pœna est, si quis puero stuprum persuaserit, aut mulierem puellámue interpellauerit,quídve impudicitiæ gratia fecerit,& c. de pœnitent. dist. j. cap.sollicitatores.§. qui puero. l. j. §. fin. ff. de extraordin. criminibus.

XXV. Regula: In actione iniuriarum tentanda prius est reconciliatio,quàm ad sententiam perueniatur.23. q.iiij. cap.si illic.vbi vers.sin verò nihil.

XXVI. Regula: Iniuriarum actione damnatus fit infamis,per ea quæ habentur M. I. C.lib. 22.cap.xiij. quæst. iiij. reg.j. Cuius exceptio est: Nisi modica fuerit iniuria.c.cum te. 23.de re iudicata.

XXVII. Regula: Si quadrupes damnum dederit. datur actio,vt vel damnum sarciatur,vel quadrupes noxæ dedatur.c.vlt.§.quod si animal.de iniuriis.Concordat M. I. C. lib. 23. c.j.quæst.ij.in prin. Est igitur propositæ regulæ exceptio hæc: Nisi quadrupes pro damno dedatur: hoc enim casu ad damnum præstandum dominus non tenetur,vt ex iam propositis constat. Concordat M. I. C. d.cap.j.quæst.v.reg.j. except.j. Cuius replicatio prima est:Nisi fera bestia,vel quæ consueuit nocere, damnum dederit: hanc enim dando dominus non liberatur.d. §. quod si animal. vers. quod tamen ad liberationem. Altera replicatio est: Nisi culpa domini quadrupes damnum dederit.d. §.quod si animal. versi. & quam debueras.item c. si bos.iij.& cap.si læserit.iiij.eod.tit. Plures replicationes vide M.I C.d.except.j.

XXVIII. Regula: Bos pro boue interemptore reddi

debet.d.cap.si bos.iij.

XXIX. Regula: Quadrupes quæ nocuit, etiam ordinaria pœna punitur xv.q.j.cap. firmissimè. §. vnde etiam de brutis.§.fin.cum c.sequente Mulier.

XXX. Regula: Sacrilegium committitur, si laicus iura ecclesiastica vsurpauerit. cap. conquestus. xvj. de foro competenti.

XXXI. Regula: Quidquid in sacratis Deo rebus & episcopis iniuste agitur, pro sacrilegio reputatur. cap. quæ multotiens.vij.de reg iuris.xij.quæst.ij.cap.nulli.ca. prædia. xiij.q.ij.cap.qui oblationes, in fine. xvij. quæst. iiij. cap. qui rapit. cap. si quis contumax. §. sacrilegium ergo. cap. quisquis.§.sacrilegium, vsque ad finem. Concordat M. I. C. lib. 23. cap. vij.quæst. vj. in princ. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi rem priuatam è loco sacro quis surripuerit. Sed reprobatur d.cap.si quis contumax.§. sacrilegium ergo. vers.vel non sacrum. & d.c.quisquis.§.similiter sacrilegium. & §.fin.Contradicit l.v.ff.ad l.Iul.peculatus. Altera exceptio videtur: Nisi sacrum è loco priuato surripuerit. Sed & hæc exceptio reprobatur d.vers. vel non sacrum. & d.§.similiter. contradicere videtur 23. q.iiij. cap.quid ergo.§.fin.Tertiam propositæ regulæ exceptionem vide M.I.C.d.q.vj.in prin.

XXXII. Regula: Si diuinam legem non obseruat, vel in articulis fidei errat: sacrilegium cōmittit.xvij.q.iiij.c.si quis suadente. §. committunt etiam.l.j.C.de crimine sacrilegij.

XXXIII. Regula: Si de iudicio Imperatoris vel Papæ dubitat, sacrilegium committit.d.§.committunt etiam.vers. aut qui de principali.§.fin.cum c.sequente.

XXXIIII. Regula: Si ecclesiam non permittat ordinari vel consecrari, sacrilegium committit.j.q.j.cap. nullus. §.qui autem, cum cap.sequente.

XXXV. Regula: Si quis relicta ecclesiæ retineat, sacrilegium committit. xiij. q. ij. cap. qui oblationes, in fine. xvij.q.iiij.cap.sacrilegium.

XXXVI. Regula: Si res ecclesiæ alienat, vel alienationi consentit sacrilegiūm committit.17.q.iiij.c.omnes ecclesiæ.

XXXVII. Regula: Si sacerdotes insequitur, sacrilegium committit.d q.iiij.c.sicut qui.cap.si quis contumax.§. dicitur etiam.ca.quisquis.§.j vers. seu qui iniuriam.c.si quis deinceps.c.si quis suadente, in prin.

XXXVIII. Regula: Maius est sacrilegij crimen, quàm fornica-

fornicatio.d.quæst.iiij.cap.sicut qui,in fine.

XXXIX. Regula: Sacrilegi capite puniuntur. d. quæst. iiij.cap.si fortè.item xij.quæst.ij.cap.j.cap.qui abstulerit.l.ix. in prin.ff.ad l.Iul.peculatus.

Excommunicantur.xij.q.ij.cap.nulli.§.fin.& d.q.iiij.cap.si quis contumax.§.fin.cap.quisquis.§.si quis domum.Apostol. canon 71.vbi ob ceram & oleum ablatum excommunicatur. Idem cauetur de vase aureo & argenteo, item de velamine linteo,Apostol,canon.72.

In quadruplum damnantur.d.quæst.ij.cap.si seculi. & d. q. iiij.cap.pecunia.

In decuplum damnantur.d.q.ij.ca.in legib. Contradicit d. quæst.ij.cap.fraternitas.

Aliis pœnis puniuntur.d.q.ij.c.indignè.& d.q.4.c pecunia. c.si quis contumax. §. fin.cum c.sequente, in prin.& § fin.

XL. Regula: Si quis alterius seruo quid persuaserit,quo deterior fieret: eo nomine tenetur actione serui corrupti, per ea quæ habentur M. I. C. lib.23 cap.ix.quæst ij. causa.ij. Cuius exceptio videtur: Nisi occasione religionis seruo suaserit. Sed reprobatur 17.q.iiij. cap.si quis seruum , cum c.sequente. Plures exceptiones vide d.quæst.ij.

XLI. Regula: Deteriores sunt qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt.ix.quæst.iij.cap.facta.

LII. Regula: De abigeis accusatio cum inscriptione & sine ea proponi potest. iiij.quæst. iiij. cap. nullus. §.abacti.l, vnica.C.de abigeis.

XLIII. Regula: Si ex naufragio quid abstulerit,excommunicatur, cap: excommunicationi. iij. §. illi etiam. de raptoribus.

XLIIII. Regula: De sollicitatoribus alienarum nuptiarum, & matrimoniorum interpellatoribus extra ordinem puniendis cauetur De pœnitent. distinct.j.c.sollicitatores,in prin.l.j.in prin.ff.de extraord.criminibus,

XLV. Regula: De concussionis crimine cauetur j.q. j.c. concussionis. Concordat M. I, C. lib.xxiij.cap.xix.reg.iiij.

XLVI. Regula: De lusu prohibito cauetur distin.xxxv. cap.j.in fine.Concordat M. I. C. d.cap.xix.reg.viij.

XLVII. Regula: De blasphemiis & adiurationibus puniendis cauetur cap.de maledicis.Concordat M. I. C. d.cap. xix.reg.ix.

XLVIII. Regula: De nō naturalibus luxuriis puniendis cauetur cap. clerici. iiij. de excessibus prælator. Concordat M. I C. d. cap. xix. reg. x.

XLIX Regula: De ebrietate punienda cauetur distin. 35. cap. j. cap. luxuriosa. c. ecclesiæ. c. venter. c. vinolentum. cap. luxuriam. c. sexta.

L. Regula: De infantibus & languidis expositis cauetur c. vnico, de infantibus & languidis expositis. l. ij. C. eod. tit.

LI. Regula: De incendiis puniendis cauetur c. si quis domum. vj. de iniuriis. 23. q. viij. ca. si quis membrorum. ca. pessimam. Concordat M. I. C. d. cap. xix. reg. xij.

LII. Regula: De his qui signa rebus alienis imponunt, coercendis cauetur xvj. quæst. vj. cap. j. Concordat M. I. C. d. cap. xix. reg. xiiij.

LIII. Regula: De eo qui rapinam emit puniendo cauetur xiiij. q. v. cap. rapinam.

LIIII. Regula: Si quis hospitium ab alio conductum ante tempus istius conductionis finitum sine consensu prioris conduxerit, punitur. c. j. de locato & conducto.

LV. Regula: Ne viri cum mulieribus lauacra habeant communia, cauetur dist. 81. cap. non oportet. Hæc sint dicta de delictis & quasi delictis: ad quæ alia plura connumerari possent. Nam quidquid fit contra præceptum legis, delictum dici potest, & pœnam meretur. xiiij. quæst. ij. c. quisquis l. v. in princ. ff. de re militari. Sed de istis omnibus in vno loco tractare absurdum esset. Nunc de causis iuris retinendi, & amissi recuperandi est dicendum.

DE EXCEPTIONIBVS ET liberationibus. Cap. IX.

PRIMA regula: Exceptionum triplices causæ sunt: aut quia factum sit quod fieri oportuit, aut quia factum sit quod fieri non oportuit, aut quia non sit factum quod fieri oportuit. l. exceptiones. xx. ff. de exceptionibus. Secundi generis exemplum habetur cap. qui ex timore. v. de regulis iuris. vbi is qui ex timore facit præceptum, perinde habetur ac is qui non fecit.

II. Regula: Exceptio æquè ac actio à iudice est attendenda. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi simpliciter iudici cognitio mandata sit, certa forma expressa: hoc

hoc enim casu videtur, quòd exceptiones non debeat admittere. Sed reprobatur c. ex parte. xiij. de officio delegati. Altera exceptio est: Nisi ita causa sit delegata, ne iudex vllas exceptiones admittat.d.cap.xiij.vers.nisi exprimatur. Plures exceptiones vide M. I. C. lib.24.cap.j.q.vj.

III. Regula: Cui competit actio, eidem multo magis exceptio competit.c.qui ad agendum. 71. de reg.iuris, in vj. Concordat M. I. C. d.cap.j.q.vij.reg j.

IIII. Regula: Ei denegatur exceptio, qui eodem crimine laborat quod obiicit.ca.cum ecclesiasticæ.iij. de exceptionibus.cap.constitutis.23. de appellationib.c.pro illorum. 21.de præbendis.c.intelleximus.vj.§.quod si prædicto. & ca. vlt.in fine.de adulteriis.32.q.vj.c.nihil iniquius. Contradicit c.dilecti. viij.de exceptionibus. De qua re vide glossam ibidem in verbo Si res ita.

V. Regula: Excommunicato quamuis denegetur actio, non tamen denegatur exceptio, per ea quæ habentur s.lib. ij.cap.ix.de excom.except.replic.viij.& ix.

VI. Regula: Peremptoria exceptio ante litem contestatam frustra opponitur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur ca.j.cum ca.sequente. de litis contestatione, in vj. Licet tamen eam in initio litis contestari.iij.q.iij. cap. vlt. §. fin.& q.vj.cap.si quis episcoporum, in fine. l. viij. vers. quam ante.C.de exceptionibus.

VII. Regula: Nemo pluribus exceptionibus vti prohibetur, quamuis diuersæ sint.cap.nullus.20.de reg.iuris,in vj. Concordat M. I. C. d.cap.j.quæst.xj.

VIII. Regula: Exceptionem obiiciens non videtur de intentione actoris confiteri.cap.exceptionem.63.d.tit. & ca. cum venerabilis.vj.de exceptionib.l.ix.ff.eod.tit.

IX. Regula: Vis exceptionis est, non vt condemnetur actor in id quod in exceptione deducitur, sed vt actionem excludat.c.ij.de ordine cognitionum.c.j.de exceptionibus.

X. Regula: Qui exceptione vsus est, eo contra quod excepit, postea vti pro se non potest.cap.cum olim.19. vers.licet, enim de sensibus.

XI. Regula: Non est in mora, qui exceptione se potest tueri.ca.non est.60.de reg.iuris, in vj.Concordat M. I. C.lib. 24.cap.17.except.vij.repl.viij.

XII. Regula: Doli exceptione submouetur qui petit quod est restiturus.c.dolo.59.de reg.iuris,in vj.Concordat

M.I.C.lib.xxiiij.capite.ij quæst ij.causa ij.

XIII. Regula: Si quid errore vel ignorantia gestum est, exceptio ignorantiæ datur, exemplo c.apostolicæ ix.in prin. de clerico excom. Concordat M.I.C.lib.24.cap.iij quæst.j.in prin. Declaratur regula proposita, differentia inter errorem & ignorantiam, dist. 38. c. quamuis. vbi errare dicitur, qui putat se scire quod nescit. Is autem qui ignorat, non putat se scire. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iuris, non facti fuerit ignorantia: illa enim non præstat exceptionem vel excusationem. cap. ignorantia. xiij. de reg. iuris. in vj. j.q.iiij.c.turbatur.§.notandum. & §.item ignorantia. Concordat M.I.C.d.c.iij.except. j. Huius exceptionis replicatio prima est nisi non crassa aut supina, sed probabilis fuerit ignorantia iuris.c.vlt.in prin. de constitut.in vj. Altera replicatio est: Nisi agatur de damno vitando. dicta. §. item ignorantia. vers. iuris ciuilis.l.vij.ff. de iuris & facti ignorantia huius replicationis duplicatio est: Nisi in delictis iuris ignorantia prætendatur: hoc enim casu ad euitandã pœnam replicatio proposita non prodest. d. §. item ignorantia vers. non ita si delictum. Tertia replicatio est: Nisi fœmina vel miles ius ignorauerit. Quæ replicatio approbatur M. I. C. d.except. j. replic.ij. & iij. Cuius duplicatio est Nisi ius naturale mulier vel miles ignorasse dicatur. d. §. item ignorantia, in prin. Quarta replicatio est: Nisi quis in ius alterius succedens, ius eius ignoret. c. cum quis. xiiij. de reg. iuris, in vj. l 42. ff. eod. tit. plures replicationes vide M.I.C. d. except. j. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi crassa & supina fuerit facti ignorantia, hominis nimirum securi. c. vltim. ver. dum tamen. de constitut. in vj. Concordat M. I. C. d. cap. iij. except. ij. Planè hoc casu dispensari potest. c. apostolicæ ix. §. cæterùm si forte. de clerico excom. Tertia exceptio est: Nisi culpa ignorantis acciderit, quo minus sciuerit: vel nisi voluntaria sit ignorantia. dist. 37. cap. vlt. & dist. 38. in prin. Quarta exceptio est: Nisi tale sit factum. quod oportuit. ignorantem scire. j. q. iiij. c. turbatur. §. notandum. Exemplum huius habetur. c. quamuis. x de regulis iuris. Huius replicatio est: Nisi minor sit ætate. d. q. iiij. c. virum. §. fin. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C.d.cap.iij.

XIIII. Eo genere quodque dissoluitur, quo colligatum est. c. j. de reg. iuris. Concordat M.I.C. lib. xxiiij. cap. v. quæst. iij. in prin.

XV. Re

XV. Regula: Solutio proficit debitori ad liberationem & exceptionem, per ea quæ habentur M I.C.lib.xxiiij ca.vj. quæst.ij.reg.j Cuius exceptio prima hæc est. Nisi alij quàm creditori solutum sit.cap.ea te.xxij.de iureiurando. Plura de hac exceptione vide M.I.C.lib.xxiiij cap.viij. Altera exceptio est: Nisi aliud pro alio soluatur vel præstetur.cap.cum aliquibus. vj. de re iudicata. Plura de hac exceptione vide M I.C. d.lib.xxiiij. cap.ix.in princ. Tertia exceptio est: Nisi non solidum quod debetur solutum sit. Quæ exceptio approbatur M.I.C.d.c.ix.except.xv. Cuius replicatio est quoad partem solutam: pro ea enim contingit liberatio, quamuis solidum solutum non sit, per ea quæ habentur d. except.xv. replic.j. Cuius duplicatio videtur in obligatione accessoria pœnali. Sed reprobatur cap. suam.ix. de pœnis. Contradicit M.I.C. d.replic.j. duplic. iiij. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C d lib.xxiiij.c. vij. cum sequentibus.

XVI. Regula: Si causa de qua iudicatum est, & quæ per sententiam est finita, rursus deducatur in iudicium: obstat rei iudicatæ exceptio, per ea quæ habentur M.I.C.lib.xxiiij. cap.xiiij..in princ. Cuius exceptio prima videtur: Nisi cum antea apud ecclesiasticum iudicem actum esset, nunc apud ciuilem iudicem agatur: vel contrà. Hæc exceptio reprobatur cap.vltim.de except.in vj. Planè admittitur exceptio proposita, si pendente iudicio apud ciuilem iudicem episcopus adeatur. xj. quæstione prima.cap. quicunque. Altera exceptio est: Nisi ex alia causa nunc agatur, quàm actum est antea. Quæ exceptio approbatur exemplo cap. vlti.de causa possessionis. cap. cum olim. xiiij. de priuilegiis. Concordat M.I.C. d.cap.xiiij.exceptio. iiij. Cuius replicatio prima est: Nisi in rem agatur. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur. cap. abbate.iij. de re iudicata, in vj. Approbatur ibidem §.secus autem. Cui concordat M.I.C. d. except. iiij. replic.j.in princ. Distinctioni concordat d.repl.j.dupl.j. Plures distinctiones huius replicationis vide d.replic.j. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi causa, ob quam in priore iudicio reus fuit absolutus, in posteriore iudicio cesset. Quæ exceptio approbatur exemplo cap aduersario. xiij. de exceptionibus. Clement. vlt. de appellat.l.xviij.ff.de except. rei iudicatæ. Concordat M.I.C. d.c.xiiij.except.vij. Quarta exceptio est: Nisi contra alium in iudicio priore actum est, quàm contra quem nunc agitur. Quæ exceptio approbatur exemplo

exemplo cap.cum olim.vij. de causa possessionis. Concordat M.I.C. lib.xxiiij.cap.xv.reg.j. Huius exceptionis replicatio est:Nisi prior & posterior conuentus sint litis consortes.ij.q. vj.ca.ei qui appellat.§.quandoque. Concordat M.I.C.d.reg. j.exceptio.vj. Plures replicationes vide d.regu.j.exceptio.j. cum sequentibus. Quinta propositæ regulæ exceptio est: Nisi alius antea egerit, quàm qui nunc agit.cap. cum super xvij.de re iudicata.cap.inter dilectos.vilj.§.fin.in fine.de donationibus.cap.j.§.per præfatam, de iure patronatus, in vj. Concordat M.I.C. d. cap.xv.reg.ij.in prin. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cùm posteriori actio primùm competeret, is alium antea agere passus sit.cap.quamuis. xxv.de re iudicata. Concordat d.reg.ij. except.iij. Altera replicatio est: Nisi posterior actor sit successor eius qui antea egit.d.cap.xxv.in fine. Concordat d.reg.ij.except.iiij. Plures replicationes vide d.reg.ij. except.j.cum sequentibus. Sexta propositæ regulæ exceptio est: Nisi alia res petatur nunc, quàm antea est petita. Approbatur exemplo c.dilectus.xviij. de officio ordinarij.cap.cum olim. vij. de causa possessionis. Concordat M.I.C. d.cap.xv.reg.iij.vbi de hac exceptione vide plura. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C.d.cap.xiiij.

XVII. Regula: Si res quæ petitur, interierit: reus exceptione defenditur, per ea quæ habentur M.I.C.lib.xxiiij.ca. xvij.in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi interpellatus non soluerit, & ita post moram factam res interierit. Quæ exceptio approbatur d.cap.xvij.exceptio.vij.in princ. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi intepellatus exceptione se tueri potuit.cap.non est.lx. de reg.iuris, in vj. Concordat M.I.C. d.except.vij.replic.viij. Altera replicatio est: Nisi alius, non reus in mora fuerit.cap.mora.xxv.eod.tit. Concordat M.I.C. d.except.vij.replic.ix. Plures replicationes vide d.except.vij. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide d.c. xvij.

XVIII. Regula: Excommunicatio debitoris exceptionem ei non præstat.cap. si verè.xxxiiij.versi.cum ad hoc debitum.de sent.excommun.

XIX. Regula: Inopia debitoris inanem reddit actionem.cap.olim.xvj.& ibi glossa.de restitut.spoliator. Concordat M.I.C.lib. xxiiij.cap. xxj. causa xxxiij.vbi primæ exceptionis loco ponitur, quòd debitor, quamuis inops, ob debitum incarcerari possit. Quæ tamen exceptio distinguitur in

clerico

clerico debitore, qui præstito iureiurando de soluendo, si quando potuerit, dimittitur.c. Odoardus. iij. de solutionib.

XX. Regula: Si creditor ad extorquendum debitum vim adhibuit debitori, ius crediti amittit. xvj.quæst. vj. in prin.cum duobus cc. sequentibus. & cap.vlt.§.fin. Concordat M.I.C. d.cap.xxj.causa xxxv.Huius regulæ exceptio est: Nisi non creditor, sed alius ipsius nomine, non tamen ipsius mandato vim intulit debitori. Quæ exceptio approbatur exemplo d.quæst.vj.c.placuit.§.fin.cum c.sequente.Si episcopum & cap.vlt.§.si ergo. Concordat s̄.lib.iij.cap.j. regu.xxij. & M.I.C. d.causa xxxv.except.j.

XXI. Regula: Si pro solutione debiti pignoribus cauere debitor sit paratus, per hoc exceptione non defenditur. cap. cum aliquibus. vj. de re iudicata.l. iiij. §. ait prætor.ff. eod.titu. Hæc de exceptionibus & liberationibus. de quibus vide plura M.I.C.lib.xxiiij.

DE IN INTEGRVM RESTItutionibus. Cap. X.

PRIMA regula: In integrum restitutio peti potest ab ordinario administrationem habente, & ab eius delegato, si scilicet specialiter ei causa delegata sit, vel incidat alij causæ delegatæ. Ab arbitro verò peti non potest. cap. causa ix. de in integrum restitutione.l.iij.C.vbi & apud quem cognitio, &c.

II. Regula: Beneficio restitutionis in integrum præscribitur quadriennio continuo.cap.j.in princ. cum cap.sequente.de restitutione in integr.in vj.Clement.vnica,eod.tit.l.vlt. C.de tempor.in integr. restitut. Huius exceptio prima est: Nisi ob aliquam causam, ex qua in integrum restitutio decerni solet, ea intra quadriennium non sit petita.d.cap.j.vers. aut alia rationabilis. Concordat M.I.C. lib.xxv.cap.j.quæst. v.except.j. Altera exceptio est: Nisi iure communi fuerit læsus: vt quia ipso iure non valeat quod est actum, hoc enim casu non obstat quadriennij præscriptio.cap.vltim.in fine.de restitut.in integr. in vj.

III. Regula: In integrum restitutus meliorationes aduersario restituere debet.cap.j in fine. de in integr.restit.

IIII. Regula: Species restitutionis in integrum videtur relaxatio iuramenti.de qua s̄.lib.proxi.c.10.in fine.

V. Regula:

V. Regula: Si quid vi metúsve causa factum est, in integrum restituitur. cap. abbas.ij. de his quæ vi metúsve causa. de consecrat. distinct. v. c. quidquid enim. Concordat M.I.C. lib. xxv. cap. ij. quæst iij causa j. Huius exemplum est, Si metu religionem ingressus sit, capt. j. d. titu. de his quæ vi metúsve. item, Si metu beneficio renunciauit. cap. abbas. ij. & cap. ad audientiam. iiij. eod. tit. Item. Si electioni de se factæ metu renunciauit. cap. ad aures. iij. eod. tit. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non talis fuerit metus, qui cadat in virum constantem. cap. cum dilectus vj. eod. tit. Concordat M.I.C. d. quæst. iij. except. j. Altera exceptio est: Nisi iusiurandum vel fides interuenerit. d. cap. ad aures. iij. versi. nisi fortè iuramento. Contradicit d. cap. abbas. ij. & d. cap. ad audientiam. iiij. item cap. peruenit. ij, de iureiurando. De qua antinomia vide glossam in d. versic. nisi fortè iuramento. Plures exceptiones vide M.I.C. d. quæst. iij.

VI. Regula: In actione Quod metus causa, iuratur in litem, taxatione à iudice facta. ca. vlt. de his quæ vi metúsve. l. xvij. in prin. ff. de dolo malo.

VII. Regula: Ob dolum etiam interuenientem gestum rescinditur, per ea quæ habentur M I.C. lib. xxv. c. iij. quæst. iiij in princ. Cuius exceptio est: Nisi in spiritualibus dolus interuenerit. cap. cum dilectus. vj. versic. nec obstante. & ibi glossa. de his quæ vi metúve.

VII. Regula: Minor ætate contra id quòd gessit quo læsus est, in integrum restituitur. cap. constitutus. viij. de in integrum restitu. Concordat M. I. C. lib. xxv. cap. iiij. quæst. iiij. in prin. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi iusiurandum interuenerit. cap. in præsentia. viij. §. præterea. versic. cum infra. de probationibus. Concordat M. I. C. d. quæst. iiij exceptio. xxiiij. Altera exceptio est: Nisi minor maior factus gestum ratum habuit. d. cap. viij. §. quare cum constet. Concordat M. I. C. d. quæstio iiij. except 27. Tertia exceptio est: Nisi in integrum restitutio semel petita sit & denegata. cap. vlt. de in integrum restitutio. Concordat M. I. C. d. quæst. iiij except. xxx. Cuius replicatio est ex causa noua d. cap. vltim. versic. nisi nouis. Concordat d. except. xxx. replic. j. Plures exceptiones vide d. quæst. iiij.

IX. Regula: Socio vel consorti minoris restitutio minori competens non datur. ij. quæst. vj. cap. vlti. §. quod si ætatis auxilio.

X. Regula:

IX. Regula: Partibus præsentibus in integrum restitutio petenda ac decernenda. cap. cum ex literis. v. §. tandem deliberatio de in integr. restitutio. Concordat M. I. C. d. cap. iiij. quæst. ix. reg. j.

X. Regula: Ecclesiæ quoque perinde ac minori restitutio in integrum competit, per ea quæ proposita sunt s. libr. iij. cap. j. reg. xviij.

XI. Regula: Ecclesiæ quoque perinde ac minori restitutio in integrum competit, per ea quæ proposita sunt s. lib. iij. cap. j reg xviij.

XII. Regula: Si qua alia causa iudicem mouerit, in integrum restituere potest, per ea quæ habētur M. I. C. lib. xxv. cap v. quęst. iij. causa xxij. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi causa de facto non sit probata. cap. ex literis. iiij de in integrum restitutio. Huius replicatio est: Nisi causa non plenè probata sit fauorabilis. d. cap. iiij. §. licet autem. Plures exceptiones vide d. causa xxij.

XIII. Regula: Non totius temporis restitutio facienda, sed eius tantùm, quanto se læsum probat. Clement. vnica, in fine. de in integr. restitut. Concordat M. I. C. d. cap. v. quæst. vj reg. ij.

XIIII. Regula: Datum ob causam causa non secuta repeti potest, exemplo cap. dilectus. xxviij. de Simonia. Concordat M. I. C. lib. xxv. cap. 10. quæst. j. in princ.

XV. Regula: Datum ob turpem vel iniustam causam repeti potest, per ea quæ habentur M. I. C. lib. xxv. ca. xj. q. j. in prin. Cuius exceptio est: Nisi vtriusque sit turpitudo, tam dantis quàm accipientis. c. inter dilectos. viij. de donat. Concordat. M. I. C. d. q. j. except. j. Plures exceptiones vide d. q. j.

XVI. Regula: Si quis vt calumniæ causa negocium faceret vel non faceret, pecuniam acceperit: in quadruplum tenetur. j q. j. ca. in eum. l. j. in prin. ff. de calumniator. De qua re vide plura M. I. C. lib. xxv. cap. xij.

XVII. Regula: Alienatione iudicij mutandi causa facta, ea rescinditur. cap. j. de alienat. iud. mutandi causa. Concordat l. vnica. C. eod. tit.

XVIII. Regula: Clericus qui litē alienam in se transfert, ecclesiastica censura coercetur. cap. vlt. d. tit. Hæc de in integrum restitutionibus: de quibus vide plura M. I. C. lib. xxv. Supersunt verborum significationes & regulæ iuris Pontificij, de quibus sequitur.

DE VERBORVM SIGNIFICAtionibus. Cap. XI.

ACCVSATOR vnde dicatur, definitur cap. forum. 10.§.accusator.de verbor.signific.
Acolythi vnde dicatur, definitur dist.xxj. c.cleros.§.acolythi.
Antequam dictio non semper implicat.cap.quod dicitur.iiij. de verborum significationibus.
Antistes definitur distinct.xxj.c.cleros.§.antistes.
Archiepiscopus, d.cap.cleros.§.archiepiscopus.
Argumentum, d.cap.forum.10.§.argumentum.
Beneficia, cap.tua nobis.xxxij.de verb.signific.
Bigami, xxvij.quæst.j.cap.quotquot.
Canon, distin.iij.in prin.cum cap.sequente.
Cantor, d.cap.c.cleros.§.cantor.
Causa, d.c.forum.x.§.causa à casu.& §. causa aut.
Cella, c. priuilegium.iiij.de verborum. signif.in vi.
Censura ecclesiastica, c.quærenti.xx.de verb.signif.
Clauis, extraua.Ioan.xxij.quia quorundã v.§.clauis est.d.tit.
Clerici, vide s̃.lib.iij.cap.iij.quæst.j.
Concentor, dist.xxj.c. cleros.§.concentor.
Concubina, dist. xxxiiij. c. omnibus. §. concubina.
Coniuratores & conspiratores, c. constitutionem. ij.§.cæterùm.de verb. signif.in vj.
Cuculla, Clement.j.§.statuimus.vers.fin.de statu monachor.
Damni appellatione non continentur expensæ. c. in nostra. viij.de iniuriis.
Desertus locus, c.j. §. illum locum.de verb.signif.in vj.
Diaconi, dist.xxj.c.cleros.§. Leuitæ. vers.hi Græcè.
Diœcesis, c.Rodulphus. xxxv.de rescriptis.
Eiecta, dist. xxxiiij.c.vidua.
Episcopus, dist. xxj.c.cleros.§.episcopus.dist.93.c. legimus. §.quod quidem Græcè.viij.q.j.c.qui episcopatum, in prin.
Euidens, c. constitutionem.ij.in princ. de verb.signifi.in vj.
Exorcista, d c. cleros. §. exorcistæ.
Flamen, d.c.cleros.§.sacerdotes.
Flocus, Clemen.j.§.statuimus, in fine.de statu monachorum.
Forum, c.forum, in prin.de verb.signif.
Generale interdictum, c.cum in partibus.37.de verb.signifi.
Hæresis, 24.q.iij.c.hæresis.c. hæreticus.
Ianuarius dictus quasi ianua anni atque principium.distin. 70.cap.

Pecunia,j.q.iij.c.totum.Concordat M.I.C.lib.xxv.cap.xviij. in verbo Pecunia.
Pedagia, quidagia, salinaria interdicta quæ, cap.super quibusdam.xxvj.§.præterea.de verb.signif.
Pluralis locutio duorum numero contenta est. cap. pluralis. 40.de regulis iuris, in vj.
Pontifex,distinct.xxj.cap.cleros.§.pontifex.
Posterorum appellatione in pœnis non continentur per fœminas descendentes.cap.vbicunque.iiij.de pœnis,in vj.
Præcentor,d.cap.cleros.§.præcentor.
Præpositus,cap.quamuis.ix.de verb.signif.
Præsbyteri & præsbyteræ,distin. xxj. cap. cleros.§.præsbyter distinct.32.cap.vlt.distinct.84.cap.vlt.
Primogenitus,cap.Ioseph.v.de verb.signif.
Probatio,cap.forum.x.§.probatio.de verb.signif.
Processus de simplici & plano qualis sit, Clement.ij.de verb. significat.
Psalmista,distinct.xxj.cap.cleros.§.lectores.
Quæstor,cap.forum.x.§.iudicium.de verb.signif.
Regula, distinct. iij. cap. regula,in prin. de qua vide item j. cap. prox. in prin.
Reus,d. cap.x.§.reus
Sacerdos,d.cap.cleros.§.sacerdos.
Sacramentum.j.quæst.j.cap.multi.§.sacramentum.
Sacrificium,d.c.multi.§.sacrificium.
Satisfactum,cap. ex parte. xxiij. de verb.signif. Concordat M.I.C.lib.xxv.cap.xviij.in verbo Satisfactio.
Secundum,cap.abbate.xxv.eod.tit.
Sortilegi,xxvj.q.j.in prin.cum c.sequente.
Subdiaconi,dist.xxj.cap.cleros.§.hypodiacones.
Succentor,d.cap.cleros.§.succentor.
Sui clerici,cap.sicut.v.de verb.signif.in vj.
Testis,cap.forum.x.§.testes.de verb.signif.
Vates,distinct,xxj.cap.cleros.§.vates.
Vidua, distinct.34.cap.vidua.cap.præsbyteri.§.vidua.l.242.§. vidua.ff.de verb.signif.
Voluntas, xv.quæst.j.in prin.§.est autem voluntas. Hæc de verborum significationibus sint dicta. De quibus vide plura M. I. C. lib. xxv. cap. xviij.

DE

DE REGVLIS IVRIS.

Cap. XII.

REGVLA definitur distinct. iij. cap. j. cum sequente. vbi regula accipitur pro lege. Est enim omnis lex regula iustorum & iniustorum. l. ij. in fine. ff. de legib. In qua tamen significatione in hoc capite non accipitur Regula: sed accipitur in ea significatione, quæ habetur l. j. ff. de reg. iuris. de qua re alibi copiosius dixi.

ABSOLVTIO.

I. Regula: Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. cap. peccatum. iiij. de reg. iuris, in vj.

II. Regula: Peccati venia non datur, nisi correcto. cap. peccati. v. d. tit.

ACCESSORIVM.

III. Regula: Accessorium naturam sequi congruit principalis. cap. accessorium. 42. d. tit. Concordat M. I. C. lib. xxv. cap. xix. in verbo Accessio, reg. j. & ij.

ACTOR ET REVS.

IIII. Regula: Fauorabiliores sunt rei conuenti quàm actores. cap. cum sunt. xj. & cap. in pari. 65. de regulis iuris, in vj. Concordat s. libro ij. capite xvij. reg. xv.

V. Regula: Non debet actori licere, quod reo non permittitur. cap. non licet. 32. d. tit. l. non debet. 41. ff. eod. tit.

ACTVS LEGITIMI.

VI. Regula: Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem. cap. actus. 50. de regulis iuris, in vj. l. actus 77. ff. eod. tit. ex qua lege d. cap. actus, desumptum est, sed perperam. Nec enim id ibi dicitur: sed adiectum est pronomen Qui.

AFFLICTIO.

VII. Regula: Afflictio non est addenda afflictio. cap. ex parte. v. de clerico ægrotante.

AMISSIO.

VIII. Regula: Quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. cap. j. de reg. iuris. Concordat M. I. C. lib. vij. c. iiij. in prin. & lib. xxiiij. ca. v. quæst. iij. in princ.

ANIMVS.

IX. Regula: Diuersitatem corporum diuersitas sequitur animorum. cap. quia diuersitatem. v. in prin. de concessione præbendæ.

ARGVMENTVM.

X. Regula: Quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. cap. quæ à iure. 28. de reg. iuris, in vj. Concordat s̄. lib. j. cap. j. quæst. viij. reg. iiij. except. j.

XI. Regula: In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. cap. in argumentum. 78. d. tit. Concordat d. reg. iiij. except. ij.

BENEFICIVM.

XII. Regula: Beneficium ecclesiasticum non potest licitè sine institutione canonica obtineri. cap. j. de reg. iuris. in vj. Plura de beneficio vide j̄. reg. 92. cum sequentibus.

BONI ET BONA FIDES.

XIII. Regula: Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur. cap. bona fides. 83. de reg. iuris, in vj. l. 57. ff. eod. tit.

XIIII. Regula: Frustra sibi fidem præstari petit, qui eam non præstat. cap. frustra. 75. d. tit. Concordat s̄. cap. vij. reg. j. except. xiij.

XV. Regula: Bonarum mentium est, ibi etiam culpam agnoscere, vbi culpa non est: quia sæpe sine culpa agitur, quod venit ex culpa. distin. v. cap. vlt. §. fin. cap. consilium. ij. §. cum autem, in fine. de obseruantia ieiuniorum.

XVI. Regula: Sanctius est, paucos bonos, quàm multos malos habere. cap. cum sit ars. xiiij. vers. sanctius enim. de ætate & qualitate præficiendor.

CAVSA.

XVII. Regula: Cessante causa, cessat effectus. cap. etsi Christus. 26. §. quemadmodum ergo Paulus, in fine. de iureiurando.

XVIII. Regula: Prohibita causa, prohibitus quoque censetur effectus, per ea quæ habentur s̄. lib. j. cap. j. quæst. viij. reg. ij.

XIX. Regula: Prohibito effectu, omnis eius causa prohibita censetur. d. quæst. viij. reg. iij.

CERT-

CERTIORARE.

XX. Regula: Eum qui certus est, certiorari vlterius non oportet. cap. eum qui. 31. de reg iuris, in vj.

COMMODA.

XXI. Regula: Qui sentit onus, debet etiam sentire commodum: & contrà. c. qui sentire. lv. & cap. rationi. 77. de reg. iuris, in vj. Concordat M. I. C. libro xxv. cap. xix. in verbo Commoda.

XXII. Regula: Ex eo non debet quis fructus consequi, quod nisus extitit impugnare. cap. ex eod. 38. de regulis iuris, in vj. Concordant ea quæ habentur s. libro ij. cap. xiij. reg. j. except. ix.

XXIII. Regula: Frustra leges inuocat, qui contra eas committit. cap. quia frustra. xiiij. in prin. de vsuris. l. 37. §. fin. ff. de minor. xxv. annis.

COMMVNIO.

XXIIII. Regula: In re communi potior est causa prohibentis. cap. in re communi. lvj. de regulis iuris, in vj. Concordat M. I. C. lib. viij. cap. xxiiij. de rebus communib. reg. j.

CONSENSVS.

XXV. Regula: Facientes & consentientes par pœna constringit, per ea quæ habentur s. libro j. cap. vj. quæst. v. except. ij.

XXVI. Regula: Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. cap. quod omnes. xxix. de reg. iuris, in vj. cap. ad hæc. vij. §. fin. de officio archidiaconi.

XXVII. Regula: Qui tacet, consentire videtur. cap. qui tacet, 43. de reg. iuris, in vj.

XXVIII. Regula: Qui tacet, non vtique fatetur, sed nec vtique negare videtur. cap. is qui tacet. 44. d. tit.

XXIX. Regula: Quod semel placuit, amplius displicere non potest. cap. quod semel. xxj. d. tit.

CONSILIVM.

XXX. Regula: Nullus ex consilio (dummodo fraudulentum non fuerit) obligatur. cap. nullus. 62. de reg. iuris, in vj. Concordat s. cap. vij. reg. xxv. except. j.

CONTRACTVS.

XXXI. Regula: Contractus ex conuentione legem

accipere dignoscuntur.cap.contractus. 85. de reg.iuris,in vj. Concordat M. I. C.lib.xv.cap.xv.except.xij.repl.iiij.

CONTRARIA.

XXXII. Regula: Allegans contraria non est audiendus.cap.cum olim.xix.§.fin.de censibus.

XXXIII. Regula: Cohærere & coniungi non possunt, quibus studia & vota sunt diuersa.xvj.quæst.vij.cap.in nona.§.vnde oportet.

XXXIIII. Regula: Distingue tempora, & concordabit scriptura.ij.q.j.c.si peccauerit.§.distingue.

CVLPA.

XXXV. Regula: Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti.c.non est.xix. de reg.iuris,in vj.l.xxxvj. ff.eod.tit.

DAMNVM.

XXXVI. Regula: Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi, non aliis debet imputare. cap. damnum. 86. de reg. iuris, in vj.

DIGNITAS.

XXXVII. Regula: Infamibus portæ dignitatum non patent.cap.infamib.87.d.tit.

DISIVNCTA.

XXXVIII. Regula: In alternatiuis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri. cap.in alternatiuis. 70. de reg.iuris,in vj.

DOLVS.

XXXIX. Regula: Scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus. cap.scienti.xxvij. d.tit. Concordat M. I. C. lib.xv.cap.ij.except.xiiij.

XL. Regula: Qui iussu iudicis facit, non videtur dolo facere. cap. quod quis. xxiiij.d.tit. Concordat s. l.j.cap.vj.q. iij.except.vij.

XLI. Regula: Dolo facit, qui petit quod est restiturus,c.dolo.lix.de reg.iuris,in vj.Concordat M. I. C.lib xxiiij. cap.ij.quæst.ij.causa ij.

XLII. Regula: Qui contra iura mercatur, dolo agere præsumitur.c.qui contra.82.d.tit.

DVBIA.

XLIII. Regula: In re dubia humaniorem sententiam sequi debemus. cap.estote.ij. de reg. iur. cap. odia restringi.

xv.cap.

xv. cap. in pœnis.49. eod.tit.in vj. Concordat M. I. C. lib. ij. cap.xxiiij.quæst.iij.reg.xxiiij.cum sequente.

XLIIII. Regula: In obscuris quod minimum est sequimur. cap. in obscuris. xxx. de reg.iuris, in vj. Concordat M.I.C. d.quæst.iij.reg.xx.

XLV. Regula: In obscuris inspicimus quod verisimilius est, aut quod plerunque fieri solet. cap. inspicimus.45. d.tit. Concordat M. I. C. d.quæst.iij.reg.xxvj.

XLVI. Regula: De occultis non iudicat ecclesia.cap. sicut.xxxiij.§.fin.de Simonia.

XLVIII. Regula: In re dubia contra eum qui legem apertius dicere potuit, interpretatio facienda. cap. contra eum. lvij. de reg.iuris, in vj. Concordat M. I. C. d. quæst. iij. reg. xix.

EVENTVS.

XLVIII. Regula: Non ex euentu, sed ex consilio facta æstimanda. distinct. 47. cap. sicut. §. fin. cum duob.cc. sequentibus. Plures de euentu regulas vide s. reg. xvij. cum duabus sequentibus.

ECCEPTIONVM Regulas vide s.cap.ix.

EXPRESSA, ET NON EXPRESSA.

XLIX. Regula: Multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia non tolerarentur.cap.cum iamdudum.xviij.§.fin.de præbendis.

FACERE ET FACTVM.

L. Regula: Quod quis facit per alium, hoc ipse fecisse videtur. cap. qui facit. 72. de reg.iuris, in vj.l.j.§.deiecisse. ff. de vi & vi armata.

LI. Regula: Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. c.quod alicui. lxxvij.d.tit.l.j.§.j.ff.de administrat. rer.ad ciuitates pertinentium.

LII. Regula: Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.cap.potest.lxviij.d.tit.

LIII. Regula: Pro facto habetur, quoties per eum qui facere debet, non stat quo minus fiat. ca. imputari.41.& cap. cum non stat.lxvj. de reg.iuris, in vj. Plures huius loci regulas vide s.reg.79.cum sequente.

FORTVNA.

LIIII. Regula: Aduersitas probatio virtutis est, non iudicium reprobationis.vij.quæst.j.c.aduersitas,in prin.

GENVS ET SPECIES.

LV. Regula: In generali concessione non veniunt ea quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. cap. in generali.lxxxj.de reg.iuris, in vj. Concordant ea quæ habentur in dialectica mea iuris ciuilis lib. ij. cap. A genere, reg.j.except.ix.

LVI. Regula: Generi per speciem derogatur. cap. generis. xxxiiij. d. tit. Concordant ea quæ habentur d. reg. j. exceptio.j.

IEIVNIVN.

LVII. Regula: Plenus venter facilè de ieiuniis disputat.xij.quæst.ij.cap.gloria.§.plenus.

IMPOSSIBILE.

LVIII. Regula: Nemo potest ad impossibile obligari. cap. nemo. vj. de reg. iuris, in vj.l.145.ff. eod. tit. Concordat M. I. C. lib.xv.cap.xv.except.xxiij.

INIMICITIA.

LIX. Regula: Inimicitiæ bene loqnendo extinguendæ. xj.quæst.iij.cap.iniustum.§.homini.

INITIVM.

LX. Regula: Quod initio vitiosum est, tractu temporis non conualescit. cap. non firmatur. xviij.de reg.iuris, in vj.l 29.& l.201.ff.eod.tit.

LXI. Regula: Vix bono peraguntur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. distin.lxj.cap. miramur.§.principatus.item j.q.j.c.principatus.

LXII. Regula: Quod initio vitiosum non est, ex pòst facto non vitiatur. cap. factum. 73. de reg. iuris, in vj. l. 85. ff.eod.tit.

IVDEX, ET IVDICIVM.

LXIII. Regula: Factum à iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est cap. ea quæ fiunt xxvj. de reg.iuris,in vj.l.129.ff.eod.tit.

LXIIII. Regula: In iudiciis non est acceptio personarum habenda.cap in iudiciis.xij d.tit.

IVRAMENTVM.

LXV. Regula: Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum. cap.non est. lviij.d.tit. Concordant ea, quæ habentur s.lib.ij.cap.xvj.reg.ix.except.j.

LÆDE

LÆDERE ALIVM.

LXVI. Regula: Delictum personæ non debet in detrimentum ecclesiæ redundare.c.delictum.76. de reg.vj. Concordat s.lib.iij.cap.j.reg. xxij.

LXVII. Regula: Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.cap. mutare.33.d.tit.l.75.ff.eod.titulo.

LVIII. Regula: Factum cuique suum, non alteri nocere debet.c.mora.xxv.d.tit. &l.197.in prin.ff.eod.tit.

LXIX. Regula: Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria vel iactura.c. locupletari.48.de reg.iuris, in vj. l. xxxviij.ff. eodem.tit.

LXX. Regula non debet aliquis alterius odio prægrauari.c.non debet. xxj.d.tit.j. q.iiij.in prin.cũ cc. sequentibus questione.v. Concordat l.42.j.ff.de reg.iuris.l.ij.§.nullum.ff. de decurionibus.

LXXI. Regula: Sapiens non est omnis qui nocet. vj. quæstione.j.cap.sapiens.

MAGISTRATVS.

LXXII. Regula: Exemplum superioris inferiores sequuntur.cap.magnæ.vij.§.præterea. de voto.

LXXXIII Regula: Integritas præsidentium, salus est subditorum.dist. 61.cap. miramur.§.integritas.

LXXIIII. Regula: Totus familiæ status & ordo mutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. dicto. cap. miramur.§.nam totius.

MALEDICTIO.

LXXV. Regula: Præmium est iniusta maledictio.xj.q. iij.cap.qui iustus, in prin.

MALVM.

LXXVI. Regula: Ex duobus malis minimum eligendum.xxij.quæst.iiij.cap.non solùm.

MORA.

LXX. Regula: Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri cap, non est.60.de reg.iuris, in vj. Concordat M.I.C. liber. xxiiij. cap.xvij.exceptione vij. repl. viij.

NECESSITAS.

LXXVIII. Regula: Quod non est licitum in lege necessitas facit licitum cap. quod non est. iiij. de regulis iuris.

OBLIGATIO.

LXXIX. Regula: Ex illicito facto non nascitur obligatio. cap. quod latenter. v. de regulis iuris. Concordat. s. regula. lx.

LXXX. Regula: Paria sunt, quid factum non esse, & inutiliter esse factum. cap. non præstat. lij. c. quæ contra. 64. & cap. in malis. 69. de reg. iuris, in vj.

PEREGRINATIO.

LXXXI. Regula: Non, Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandũ est. xij. q. ij. c. gloria. §. penult.

POENA.

LXXXII. Regula: Sine culpa (nisi subsit causa) non est aliquis puniendus. cap. sine culpa. xxiij. de regulis iuris, in vj.

POSSESSOR.

LXXXIII. Regula: Pro possessore habetur qui dolo desijt possidere. c. pro possessore. xxxvj. d. tit. Vide item s. c. iij. regula. iij. except. j.

PRÆIVDICIVM.

LXXXIIII. Regula: Res inter alios acta aliis nõ præiudicat, per ea quæ proposita sunt supra capite ix. reg. xvj. except. v.

PRÆSCRIPTIO.

LXXXV. Regula: Possessor malæ fidei vllo tempore non præscribit. ca. possessor. ij. de reg iuris, in vj. Vide s. cap. iij. reg. xj. repl. ij.

LXXXVI. Regula: Sine possessione præscriptio non procedit. c. sine possessione. iij. dict. tit. l. xxv. ff. de vsucap.

PRÆSVMPTIO

LXXXVII. Regula: Violenta præsumptio euidentissimam probationem requirit. c. veniens. iij. in fine, de præsbytero non baptizato. Concordat s. lib. iij. cap. xij. reg. xxv. except. iij.

LXXXXIII. Regula: Semel malus, semper præsumitur malus. c. semel. viij. de reg. iuris. in vj.

LXXXIX. Regula: ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia. c. præsumitur. xlvij. d. tit.

XC. Regula: Qui contra iura mercatur, bonam fidem non habere præsumitur. cap. qui contra 82. dicto. tit. Plures præsumptionum regulas vide s. lib. ij. cap. xij. regul. iij. cum sequentibus.

PRIOR

PRIOR TEMPORE.

XCI. Regula: Prior tempore, potior iure.cap.qui prior. liiij.de regulis iuris, in vj. Concordat M. I. C. lib.xxxv.cap. xvij.in princip.

PRIVILEGIVM.

XCII. Regula: Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.cap. priuilegium.vij.& cap. quod alicui lxxiiij.de reg.iuris, in vj. Concordat ſ.lib.j.cap. iij.de priuilegiis, reg.ij.

XCIII. Regula: Decet conceſſum à principe beneficium eſſe manſurum.cap. decet.xvj. cum cap.ſequente.eod. titu. Huius exceptiones vide ſupra lib.j. ca.iiij. de priuilegiis, regu.iij.

XCIIII. Regula: Quod ob gratiam alicui conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum. c. quod ob gratiam.lxj.eod.tit. Concordat M.I.C.lib.j.c.ij.q.vj.reg.vij. Plures priuilegiorum regulas vide d.cap.iij.

RATIHABITIO.

XCV. Regula: Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.cap. ratum.ix.de reg.iur.in vj.

XCVI. Regula: Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.cap.ratihabitionem.10.d.tit.

REMOVERE LOCO.

XCVII. Regula: Turpius eiicitur quàm non admittitur hoſpes.cap. quemadmodum.xxv.§.alioquin ſi.verſi.quia turpius.de iureiurando.

SACRA.

XCVIII. Regula: Semel Deo dicatum, non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum.cap.ſemel.51. de reg.iuris, in vj. Concordat ſ.cap.iij.reg. xxx.

SENTENTIA.

XCIX. Regula: Sententia iniuſta iudicem potius lædit, quàm eum in quem temerè fertur. xj. quæſtione tertia. cap.nolite.§.fina.

SVCCESSOR.

C. Regula: Succeſſor præſtat factum prædeceſſoris. Quæ

regula

regula distinguitur in successore ecclesiastico. suprà capite vj.regu.10.

X I. Regula: Nemo plus iuris ad alium transfert, quàm ipse habuit.c nemo potest.lxix.de regu.iur.in vj. Concordat M.I C.lib.xxv.cap.xix.in verbo Successor,reg.j.

X I I. Regula: Successor vti debet iure sui auctoris.c.is qui.xlvj d.tit. Concordat M.I.C.d.loco,reg.ij.

X I I I. Regula: Successor iustam habet ignorantiæ causam.cap.cum quis.xiiij.de reg.iur.in vj.l.xlij.ff.eod.tit.

TOTVM ET PLVS.

X I I I I. Regula: In toto & pars continetur,& in eo quod plus est continetur minus. cap. plus semper.xxxv. & cap.in toto.lxxx.de regulis iuris, in vj.l.110. in princip.& l.cxiij.ff. eodem titu.

X V. Regula: Cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus.c.cui licet.liij. de reg.ius. in vj. Concordat M.I.C. lib.xxv.cap.xix.in verbo Totum, reg.vj.

VERITAS.

X V I. Regula: Propter scandalum euitandum veritas non est omittenda.cap.qui scandalizauerit.iij.de reg.iur.

VSVS.

X V I I. Regula: Abusus non tollit vsum. xiiij. quæst.v. cap.neque enim.

X V I I I. Regula: Alienum possidere videtur, qui rebus partis non vtitur, aut malè vtitur..xiiij. quæst.iiij. cap.quid dicam.§.hæc vtique.

VTILE.

X I X. Regula: Vtile non debet per inutile vitiari. cap. vtile.xxxvij.de reg.iur.in vj. Concordat M.I.C. lib. xxv.cap. ix.in verbo Vtile,reg.j. Hæc de regulis iuris Pontificij, quarum tamen plures vide s.lib.j. cap.j. quæst. viij.lib.ij cap.12. reg.iij.cum sequentibus.item c.xvij.reg.xiiij. cum sequentibus.item M.I.C.d cap.ix.

LIBRI QVINTI ET
VLTIMI FINIS.

EXCVDEBAT
NICOLAVS GVERINVS,
LVGDVNI.
1581.

SERIES CHARTARVM,
quæ in hoc volumine
continentur.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.
A B C D E F G H I K L M N.